Leonelli Fauentini

PRACTICA MEDICINALIS,

SEV, SI MAVIS,

DE MEDENDIS MORBIS

MEMBRORVM OMNIVM

totius humani corporis.


ACCESSIT INSVPER,

De hyſtericis affectionibus tractatus.

De febribus in genere fragmentum.

De febre epidemica auctariolum.

A' Ioanne Khueſnero breuibus ſcholijs omnia illuſtrata, à nobis uerò ab infinitis ferè mendis expurgata, nitidius, ac circũſpectius diſtincta, indexq; locupletior redditus.



VENETIIS,

EX OFFICINA ERASMIANA,

Apud Vincentium Valgriſium:

MDXLVI.

12.16.E.14

D. ANTONIO FVGGERO IOANNES KHVEFNERVS TROCHOREVS S. P. D.

PERVETVSTA QVIDEM, & ex gentilitate in hæc noſtra uſq; tēpora deducta, inoleuit conſuetudo, Magnifice Heros, ac ſtudiorū patrone meritiſſime, priſca ſcilicet inſignium eruditione uirorum multis iam ſeculis uſitata ſolennitas, qua receptum eſt, quos amore ſingulari, & obſeruantia proſequimur, eos ſtudiorum noſtrorum aliquo monumento obſalutare, quo & ſalutati ſe ab illis diligi, & coli exploratum habentes, noſſent inde perpetuam ſibi famam, & doxam immortalem deriuari; rurſusq; ab eorum decore, præſtantiaq; ſcriptis ampiliſſimum pondus inuehi. Proinde quum iam inſtent anniuerſalia regalia, quibus pro felici ineuntis anni auſpicio dotatim ἀποφορητὰ ſibi miſſitant perfamiliares, quibus (inquam) quaſi pignoribus mutuam beneuolentiam teſtatā, ac lætum uēturi temporis ſucceſſum uiciſſitudine quadam uelint exoptatum. Hoc mecum reputans, & celebrem ueterum morē animo reuoluens, creberrimo rogatu nōnullorum, quos intimos habeo, præſertim auunculi mei Ambr. Mauritanouij à Liechten uuerdt Regij Conſiliarij expugnatus (quāquam illic ingens pectori oboriebatur æſtus, quum occurrebat, quam eſſet mea curta ſupellex, & quam immenſum, quod magnificentiæ tuæ poſcit ſublimitas) diuinū Iatrionices Opus: nempe D. Leonelli Fauentini de Victorijs, inter Auſones Archipracticos ſuæ tempeſtatis ſine diſſidio Co-

ryphæi celebratiſsimi theſaurum uerius, quàm librum
περὶ πράξεος Medicinæ ſaluberrimum cũctis mortali=
bus exoptabilem, eiuſdem magnificentiæ tuæ auſpicijs li=
terariæ incudi cõmittere excudendum deſtinaui; ad quod
me plures cauſæ ſunt cohortatæ.

Primò, quòd obſeruãtiſsimi animi mei erga mag. tuam
promptitudinem prodere geſtierim, hac ipſa ratione cõfi
dens, me tenuis fortunæ homunculum, uiam ad magn. tuã
affectantẽ, tam præpotentis Herois, adeoq́; benefici Me=
cænatis fauorẽ, ac gratiam exambiturũ, illius quoq; ſplen
didiſsimæ proſapiæ, ſeu conſanguinitati per hoc gratũ ſa
cturum, uel ſaltem (quo nõ magis in uotis habeo quicquã)
quadam tenus placiturũ, in ſpem præterea nõnihil erige=
bat, quod perſpectum habuerim, quã mag. tuæ, totiq́; illu=
ſtri familiæ ſuæ prænominatus auunculus meus, non uul-
gariter ſolum notus, ſed etiam gratioſe cõmendatus, ha=
beatur. Altera, nec minus euidens cauſa eſt, cur Iatricum
uolumẽ hoc mag. tuæ inſcripſerim, nempe quo ſecurior,
ac munitior idem Leonellus, me coſmeta utcũq; cõptus,
& coaugmentatus, in manus hominum prodiret. Liquet
enim quàm multũ aleæ maneat eos, qui ſine ſatellicio, ali
quo'ue præſidio ſuas fœturas literarias ædere ſtudent, ita
in omnes ſtudiorum liberaliorũ promotores zoilea pro=
broſitas graſſatur. At tutus numirũ exibit in publicum, ſi
mag. tuæ patrocinio nitatur. Cuius authoritati (ſic enim
extra cõtrouerſiam mihi polliceor) quicquid nuncupatur,
ab omni iniuria immune eſt, ut quæ multa opera, ac ueluti
Xerxea munificentia, imo Mecænatea propẽſione Muſis
ipſis cũ maximè faueat, adeoq́; eaſdem, cũ ſuis cultoribus
benigniſsimè foueat. Quo fit, ut eã agminatim docti etiã,
atq; etiã ſuſpiciant, maximopere colant, & reuerẽdiſsimè
ueneretur.

ueneretur. Volui igitur huius rei indiciũ publicè ædere, unde etiã ipſa mag.tua intelligat, quãta ſit bonorũ de ſe æſtimatio,quãq; ignotis ea ſit admirationi, qui ex aliorũ prædicatiõe illius encomia ſilentio preterire nõ poſſunt.

Pateret quidẽ hic adtexẽde præconiorũ mag.tuæ panegyris campus latiſſimus: uerùm,quũ ſciã me huic negotio nõ eſſe parem,ne forte (ut ſæpe fit)malus Rhetor, ingenij mei culpa,bonã cauſam deprauẽ,utpote cũ inclytæ laudes præconis Mineruã longiſſime exuperent, nè ue uel ego blandicus,uel magn. tuæ magoſimoniæ affectator ſuſpicioſis ſycophantis uidear, ſermonem cogor abrumpere,quod eo minus grauate facio,quòd uidelicet uirtutes eius numeris, finibuſq; omnibus (ut cum Tullio loquar) abſolutæ; adeo iam olim literarũ monumẽtis paſſim proditæ ſint,ut nec meo,nec cuiuſquã eloquio indigeãt; quas ne doctiſſimus quiſpiã,iuſto uolumine ſatis pro dignitate percenſere,nedum ego in epiſtola,poſſit. Atqui, ne mag. tua debito defraudetur honore, ut quæ maximã uirtutis opinionẽ habet ubiq; terrarum, ſi non examuſſim, tamen leniter illius decora conabor attingere. Ideirco, ſi uirtus ipſa (quæ ſola eſt uera nobilitas) dignas meretur laudes, quis mag.tua omnigenis uirtutũ ſcintillis micante, nobilior? utpote cuius animus ad ſolam uirtutẽ inflexus eſt, penſiculans nimirum,quod uulgò iactatur. A' uirtute.

Sola beat hominem uirtus, uitaq; probata,
Debita poſt carnis, cætera morte cadunt.

Ob quod ea,nõ errore hominum cõmendatione famoſarum imaginũ (nolim hoc quiſquã domi nobilis in cõtumeliam rapiat) ſed ipſa uirtutis,& honeſti rõne, ductuq; ad hos tantos honores obrepſit,ut ob ſua merita bona inuictiſſimo, & auguſtiſſ. Cæſari CAROLO, necnon germano Ab auctoritate.

mano eius fratri FERDINANDO Regi *Sereniſsimo cum primis maximè grata ſit; adeo, ut eandē inter* Apo*cletos*, & Auguſtales *uiros utraq; maieſtas cooptarit.* Quinetiam, *quæ diuini numinis benignitate, in optimatũ æui huius albũ (ubi mera uiget* Ariſtocratia)*decentiſsimè ſit adſcripta.* In *quã quoq; (ut omnia ſtrictim cõplectar)* Dij, *atq; homines omnia ornamenta congeſſerunt.*

A' *fortuna.* Nam *ſi fortuna magnifaciunda eſt, quis quæſo eadem mag. tua fortunatior ? Cui uidelicet natura ſuppeditauit bonorũ tam corporis, quàm animi myrmeciã, hoc eſt omnium rerũ, quas mortales deſiderare queant, abundantiã, ac ueluti cornucopias.* Quod *precor bonũ, fauſtũ, ſalutareq; ſit magn. tuæ, uniuerſæq; domui illius ampliſsimæ; ſic nimirũ, ut* Deus Opt. Max. *opimis hiſce rebus ſuũ addat incrementũ.* Et *quid ni ? cum ea tam feliciter in gremio luxuriãtis fortunæ poſita, ægenos nõ ſolùm non aſpernetur, ſed miſericorditer adiutet, & alũnetur.* Sed *ne arenas numerẽ, alias uirtutes ampliſsimas (quibus mag. tua ubertim pollet) puta religionẽ, pietatẽ, liberalitatẽ, claritatẽ, induſtriam, manſuetudinẽ, comitatẽ, modeſtiam, & alia id genus præconia, ob cõmemoratas ante cauſas nunc obticebo; præſertim quũ ea tantæ dignationis undiq; habeatur, ut in illius omnifarijs uirtutibus oẽs pariter liberis (ut aiunt) habenis, apertisq; eloquẽtiæ cãpis expatiãtur.*

Supereſt igitur, ut reuertar, quò primũ iter intẽderã.

Extat *adhuc alia tam dedicationis, quàm publicationis rõ, ut uidelicet eorũ, qui ſubdiderũt ſtimulos, et ædẽdi præbuerunt incentiuũ, efflagitationi ſatisfacerem.* Et *hac ipſa æditiõe ſimul toti reipublicæ deſeruirẽ: etenim quod maius operæ precijs facere potuiſſem, quàm publico donaſſe nõ proletarium aliquẽ* Pæoniæ *artis* Doctorculum,

ſed

ſed talem Archiatrũ, apud quẽ profeßionis iſtius candidati non tantũ tyrocinia deponere, ſed etiam ſcopum ipſum attingere queant; quẽq; Auſones numinis inſtar coluerũt, ad quẽ etiam prælegentẽ, cõuentus clarorũ hominum ex omni patria celebres fiebant olim. Hunc ego nõ uenandæ inanis gloriolæ ſtudio, ſed omnibus per hoc cõmodandi in publicũ æditum uolo. Quem & ſpero nõ his ſolùm profore, qui uel hodie medicinæ ſtadiũ ingrediũtur, ſed omnibus etiamnum mortalibus, qui literis utcũq; ſunt imbuti, ſi forte diſpendium bonæ ualetudinis agant.

Ne itaq; tam frugi operis ſuppreßio conſciẽtiæ metũ incuteret, ut quod ex uſu ſit omniũ, religione me exoluere lubuit. Quin & quoad uitales auras carpſero, quantum in me fuerit, adnitar pro uiribus, ne quid pereat Publicæ utilitati: imò etiam omnes Phæbigenas adhortor, ut pro ſe quiſq; ſumma ui nitatur eſſe cõmodo motralibus ſtudioſorum ſuorum, nimirum cõmunicatione.

Penultima ratio eſt, quod cõmune periculum eorũ, qui inerti blandiloquẽtia, necnõ immani truculentia, ac uelut tortorea temeritate uenenariorũ, pharmatrophorũ, ſagarum, iatroliptarũ, recutitorũ, attonſorũ, deniq; pharmacopolarũ, elemẽtarijs pueris in re literaria illiteratiorũ, infœliciter pereũt, miſeratus: languentes, fraudis inſcios, ab illorũ impoſturis dehortarer, iuxtaq; piè cõmonefacerem, quo tẽpeſtiuè diſcrimen uitæ, & rei nũmariæ iacturã declinare ualeat: et ſic, prudẽtiores redditi, poſthac caueant, ne pro Antidoto uenenũ irrepat; & pro ſalutaribus hauriant noxia. Nõ enim uerẽtur eiuſmodi pharmacooi δηλητήριον pro ſalubri potione propinare, quiq; tanti ducũt homicidiũ, quanti canicidiũ. Digni nimirũ, ut cũ manticulatorib. (nam & ipſi triſurciferi, ſunt ueris do

ctoribus archanas receptiones ſuppilantes, quibus abſq; iudicio, & artis cognitiõe cunctos medicari ſtudent, haud ſecus, ac ſutor aliquis eodẽ calopodio omnes calcians) fla gris cõpitatim cædantur: uel Bois circulati (nã talis lau reola tales decet pſeudoiatros, & lauerniones) ad Gara-mantides relegẽtur. Etenim eo impunitatis deuenit tyrã-nica Pſeudoempiricorũ proteruia, frontoſaq; nimis auda cia, ut ſanctiſsima, & laudabiliſsima Iatrice, non amplius medicina, ſed potius carnificina popaulariter appellite-tur; imò & ipſa pharmacopolia paſsim habeantur negle-ctui. Quo fit, ut etiam doctorea priuilegia, tot laboribus, tot uigilijs, & expenſis acquiſita, tanti iam apud idiotas æſtimentur, quanti caſſa nux, aut ſi quid ea uilius eſt. Vi-demus etenim nunc anilia myrothecia ſoſpitalibus medi-camentariorũ officinis anteferri, nec ſecus uenerari ſa-gas, ac fraudatores, ac medicinam ipſam antiquitus. Hos ſi Magiſtratus plagiaria lege plectendos mandarit, num id iuſtum, ac licitum foret, cuiq; philozoo perpenden-dum reliquerim? interim piè monens cunctos, ut miſſos faciant ueterinarios, & ad Orthoiatros ſe conferant, ſi ſaluti ſuæ rectè conſultum uelint.

Deniq; poſtrema ſubeſt cauſa, cur uidelicet motus, hũc præcellentẽ medicinæ ſcriptorẽ euulgauerim, quod ſcili-cet clariſsima amplitudo tua mihi uiſa fuit, cũ ſecũda ua-letudine, tum uita mortaliũ omnium digniſsima: quãdo ea multis adeò prodeſt, ac benefacit, tamq; eſt in hoc impijſ-ſimo, & ab omni miſericordia, humanitate, taceo Chri-ſtiana charitate (ad quã ſegniter admodum Demagogi populum urgent, quũ tamen ueræ ſalutis, & æternæ bea-titudinis ſummã complectatur) alieniſsimo orbe, neceſſa-ria egentibus, & bonis: quàm quod maximè neceſſarium.

Eandem

Eandem igitur mag. tuam tot ornatã uirtutibus, tamq; publicis benefactis ex profeſſo conſpicabilem, ad cõmunem hominũ utilitatẽ, & ſtudioſorũ præſertim, necnõ Canaanicolarũ, mendicato uiuentiũ diu ſuperſtitẽ, & æuiternã cernere cupio, quo illius incolumitas plurimis (ut ſolet) cõſulere queat. Eapropter ad eã dono miſi fidum, peritũ, et probatum morborũ propulſatorẽ, nouũ quidem, ſed interim ueteribus nulla ex parte cedentẽ, quo conſulto, cùm mag. tua, tũ tota illius fundatiſſima, & ornatiſſima cognatio (cui per omnia gratificãdi utinam tam adſit facultas, quàm adeſt uoluntas) præſentẽ ſanitatẽ tueri: ingruẽteſq; affectus, ut erit hic annus, & etiã ſubſecuturus climactericus, ac morbifer, profligere poſſit. Quãdoquidem ſi in cõgerendis gazis, & parãdis facultatibus, naturali quadam inſitione ſumus attẽti, ut nullum ſit genus hominum, quod auri habẽdi cupiditate nõ intabeſcat, cur nõ itidem in curãda ualetudine (quæ cũ omnibus mundi copijs non eſt cõmutãda) æque ſimus ſoliciti? dum et animãtia rationis expertia perſpiciamus, naturæ inſtinctu, in diſquirẽdis ſalutaribus pharmacis, quibus ſe, ſuaſq; partiões, quas fœtificarunt, tueantur, adeò eſſe ſagacia, atq; ſagacia.

Quid homo, cui uniuerſi potens rerum omniũ conditor os ſublime dedit, & erectos ad ſydera tollere uultus, faciat? Cur (inquam) nõ ſalutis ſuæ rationẽ habeat? obſeruetq; uitæ ſalubriter trãſigẽdæ formulam? Quid uerò illos facere cõuenit, qui diuini nutus permiſſu ad gubernacula ſedent, à phalange populari longè, lateq; remoti, quorũ prudentia, & ope, ceu ſtatumine quodam infiniti nituntur; Reſpublicæ muniuntur, erigũtur, ac ſtabiliũtur: in quorũ numero magn. tua omnes eſſe cum admiratione agnoſcimus? Huius itaq; rei gratia hunc ſoſpitalem de re

medica codicem eidem in ſignū gratificæ mentis, & debitæ reuerentiæ conuenienter dico.

Encomium Leonelli.

Cæterùm, ne Authoris encomium prætermittam: Fuit *is in* Auſonia *celeberrimus* Pæoniæ *artis profeſſor,* Leonellus*: gentilitio nomine* Victorinus*, è* Fauentia Italiæ *urbe (ni fallor) oriundus,* Rhaziani *ad* Almanſoriū *libri gloſſematarius perſpicaciſsimus, medicus, inter ſynchronos ſuos nullo inferior,* Bononiæ *degens olim, & artem profitēs perquā celebriter: qui haud multis abhinc annis fato ceßit, relicto poſteris hoc feliciſsimo, ac fructuoſiſsimo* ἐπιγονὴ*, quod profecto è re omnium eſt, eorū tamē præcipuè, qui in* Appollineo *ſtudio uerſantur. Cuius occaſum tota adhuc deplorat florentißima* Felſinenſis *Academia: de quo illud auſim polliceri bona fide; medicinā auſpicántes, imò, qui & iam artis ſuæ ſpecimen ædere gliſcūt, longè plus ſolidæ doctrinæ, & infallibilis experiētiæ, paucis menſibus ex aßidua, & ſedula ipſius lectione reportaturos, quàm ſi luſtris aliquot uaſtißimos aliorū macrologorū cōmentarios euoluēdo repetāt; adeò exertè, cōcinnè, planè, laconiceq́; omnia ille in mediū producit, ut alio, uel theorico, uel practico* Aeſculapici *dogmatiſtes fortè nō indigeant: quin (ut unico uerſiculo dicā)* Phæbigena*, ut fieri, qui uelit, eſſe queat. Huic inſuper medicæ rei tractationi intenti ſecurè poterūt fidere, & illo præuio, duceq́; praxin intrepidè exercere; modò iudiciū nō deſit, et ingenium; id quod in pharmacopolis in medicorum uicariatū (ut ſic dicam) ſe ingerētibus, alijsq́; hominū credulorum, & deceptibilium calophantis, deſideratur; qui ſi bonas artes uel modicè delibaſſent, nō (opinor) tragulam ſimplicibus inijcerent, nec tam proſtitutæ famæ homines in ægrotos, ut uictimas internecando, ſæuirent. Sed habeant*

beant

beant ſibi ſiti ſuos ſiticines, & ſimul eiuſmodi præſtrictores, & interfectores cũ ſuis patiẽtibus, dum fata ſic ferant, uitam (ut lubet) cũ morte mutent. Interea uerò, qui aures ad audiendum habet, audiat, nec tam charũ, & inæſtimabile dei donum, nempè uitam ambubais, apoſtatis, erronibus, hierophantis, abſtentis, uerpis, ægyritis, circulatoribus, ueterinarijs, denique nõ treſsis hominibus tam leuiter, & inconſideratè concredant.

Redeo nunc à digreßione, ne in uaſtitudinẽ excreſcat oratio. Hoc (inquam) Archiatro me innitente in curandis hominũ languoribus, nunquã non curæ meæ (opitulatu Chriſti) proſperos habuerũt euentus. Illum ego ab infinitis ferè, ſed nõ ab omnibus næuis emaculaui; ita ſanè, ut liber iſte prius Lycophrontis tenebris obſcuratus, nũc Ariſtophanis, & Cleantis oleat lucernã. Quin & præter luculentam (quoad fieri potuit) expolitionem, emblemata inſerui, coronides experientiarũ mearũ, ob hoc ſaltem in calce ſingulorũ capitum adnexui, ut uel hac coaugmentationis illecebra pio lectori operam meam cõmendarem, ſicq́; odioſorum æmulorũ inuidiam deprecarer. Nec ambigo, eos, ſicubi pernouerint, quãtum impenſæ, & uigiliarum in eo repurgãdo, decerminãdo, cancellando (quod quidem ſi non nitidè ſatis, circumſpectè tamen, & religioſè à me factum eſt) dederim, dubio procul æquiores mihi fore confido.

In illo tranſcribẽdo uſus ſum ternis exẽplaribus partim luxuroſis, partim etiã mendoſis, & mutilatis: quorum alterius copiã fecit D. Georgius Mendlerus Oenipontanus Phyſicus, mihi perfamiliaris: alterius D. Nicolaus Albinus Innisdorpianus: tertiũ ego è mea Bibliotheca exhibui, cæteris cõmodaticijs haud multo incorruptius,

quod

quod mihi D. Marcus Elaphionychus tum amanuenſis meus, ſomniculoſe ſatis, et perfunctoriè (quod pace illius dixerim) deſcripſerat, alioqui fortaſſe et mangonizatior, & ſui ſimilior hic Leonellus in lucem erupiſſet.

Tractatum eiuſdem auctoris de morbis puerorũ conſultò ſuccidimus, eo quod is anno ſuperiore per filiũ meũ, D. Georgiũ Radtembergenſem typis Alexandri Vueiſſenhornij procuſus extet publicè. Huic ſuccenturiatũ ſubdidi eiuſdẽ Leonelli Fragmentũ de febribus; cui ego, ſupplementi uice, Appẽdiculas addieci, addito deniq; Auctariolo de febre epidemica. Acceßit item tractatus de hyſtericis affectionibus eiuſdem Leonelli.

Accipe igitur Heros ampliſsime ſolita lenitate, arridenteq́; uultu xeniolum iſtud chartaceum, à ſubmiſſo illi clientulo, imo uolone donatũ, in quo quicquid eſt ſalubriũ præceptorũ, ac remediorũ tuendæ (ſi adhuc integra ſit, et reſtituendæ, ſi labaſcens) ſanitatis, in uſum diligẽs: ut nobis, hoc eſt uniuerſo humanitatis cœtui felix, et longæua maneat, unà cum tota ſplendidiſsima, ac honoratiſsima ſtirpe ſua, omniq́; prorſus moleſtia uacet: ſic, ut nulla unquã Fuggeros oẽs inſecundioris fortunæ perturbet mutabilitas; quin potius ipſa Rhamnuſia cunctis illorũ optatis reſpõdeat. Id quod faxit Deus Opt. Max. penes quem ſolùm & diurnandi, & felicitandi facultas exiſtit.

Data perſeſtinatim apud Aras Flauias, poſtridie Calend. Ianuarias. Anno ſalutifici natalis Chriſti Ieſu Domini, ac ſeruatoris noſtri. M D XL V.

INDEX

INDEX CAP. MORBORVM, ET EORVM CVRATIONVM,
in Leonelli Fauentini Practica.

Primus numerus primam, uel ſecundam Operis partem, aliorumq́; Opuſculorum; ſecundus, chartarum numerum oſtendit.

A

ACCESSORIVM *proprium fluxus poſt purgationem uiolentam,* 2.189.
Angina, & ſynanche, 1.61.
Ani exitus, ſiue egreßio, 2.204.
Ani pruritus, 2.203.
Ani rhagadiæ, 2.201.
Ani uermes, 2.195.
Apoſtema hepatis, 1.130.
Apoſtema ſtomachi, 1.113.
ab Apoſtemate calido inteſtinorum, colica, 1.148.
ab Apoſtemate frigido inteſtinorum, colica, 1.149.
Apoſtema matricis, 2.262.
Apoplexia, 1.10.
Appetitus corruptio, 1.120.
Appetitus caninus, 1.123.
de eadem materia regimen D. Corradini, et Curtij, 1.13.
Aqua deſcendens in oculos, & catarrhacta, 1.55.
Aquoſa hernia, 2.224.
Ardor urinæ, 2.217.
Arthritis, 2.53.
Aſcytes, uel Aſclytes, 1.150.
de eadem materia regimen D. Ioannis Catzani Bolſanenſis, 1.156.
Aſthma, 1.71. *item* 1.85.

de eadem

de eadem materia regimen D. Ioannis Manardi, 1.75.
aliud de Aſthmate regimẽ, D. Hieronymi Eugubij, 1.76.
Atrabiliaria colica, 1.144.
Aurium apoſtema, & *othalgia*, 1.57.

B

Boliſmus, 1.124.

C

Caninus appetitus, 1.123.
Cardiaca, ſeu cardialgia, id eſt, cordis tremor, 1.94.
Catarrhacta, & *aqua deſcendens in oculos*, 1.55.
Catarrhus, 1.41.
Catarrhalis, uel cerebralis fluxus, 1.166.
de eadem materia regimẽ D. Hieronymi Eugubij, 1.46.
Cauſonidis febris cura, 2.285.
Cephalæa, 1.1.
de eadem materia regimen, D. *Saxiferati*, 1.3.
Cholericus fluxus hepaticus, 1.181.
Cholera, ſeu cholerica paſſio, 1.103.
Chyloſus fluxus hepaticus, 1.177.
Coitus diminutio, 2.237.
Colica phlegmatica, 1.140.
Colica atrabiliaria, 1.144.
Colica uentoſa, 1.145.
Colica ex ſiccitate, & *retentione fecum*, 1.147.
Colica ab apoſtemate calido inteſtinorum, 1.148.
Colica ab apoſtemate frigido inteſtinorum, 1.149.
Congelatio, 1.15.
Continua febris phlegmatica, 2.291.
Cordis tremor, ſeu cardiaca, uel cardilagia, 1.94.
Corruptio appetitus, 1.120.
Cura tertianæ puræ, 2.273.

Cura tertianæ non puræ, 1.120.
Cynicoſpaſmus,ſeu tortura oris, 1.231.
D
Debilitas uiſus, 1.52.
Debilitas ſtomachi, 1.107.
Debilitas hepatis, 1.126.
Deſcenſus matricis, 2.265.
Diminutio coitus, 2.237.
Difficultas urinæ,ſeu ſtranguria, 2.206.
Diurna,uel nocturna ſpermatica pollutio, 2.233.
Dolor ſtomachi, 1.110.
Dolor hepatis, 1.133.
Dolores iuncturarum, 2.241.
Duricies,& tumor ſplenis, 1.138.
Dyſenteria, 1.169.
*de eadem materia regimen,*D.*Hieronymi Eugubij Patauini,* 1.173.
E
Egreßio,ſiue exitus ani, 2.204.
Expurgatio nimia muliebris, 2.254.
Epiala febris,& lipara, 2.291.
Epilepſia, 1.28.
de eadem materia regimen Eugubij, 1.33.
F
Febris quid? & unde? 2.267.
de Febribus omnigenis,earũq; diætatione Aphoriſmi Hippocrat.locis iiſdem.
de Febribus fragmẽ. 2.267.*et de febre peſtilẽ.* 2.294.
Febris sãguineæ,uel ſynochæ cura, 2.286.& 2.271.
Febris tertianæ puræ cura, 2.273.
Febris tertiana pura, 2.271.

Febris

Febris tertiana nõ pura, 2.275. & eius cura, 2.277.
Febris tertianæ continuæ cura, 2.278.
Febris quartana, 2.279. & eius cura, 2.280.
Febris phlegmatica, 2.283.
Febris cauſonidis cura, 2.285.
Febris.hectica, 2.287.
Febris phlegmatica interpolata, 2.289.
Febris.phlegmatica continua, 2.291.
Febris epiala, & lipara, 2.291.
Febris ſyncopalis humoroſa, 2.292.
de eadem materia cura, D.Ioannis Lotzeri, 2.264.
Fluxus uentris, 1.161.
Fluxus ſanguinis à toto creticus, 1.164.
Fluxus cerebralis, uel catarrhalis, 1.166.
Fluxus hepaticus chyloſus, 1.177.
Fluxus hepaticus phlegmaticus, 1.179.
Fluxus hepaticus cholericus, 1.181.
Fluxus hepaticus melancholicus, 1.182.
Fluxus oppilationis uenarum mæſaraicarum, 1.184.
Fluxus oppilatiuus ſplenis. 1.186.
Fluxus poſt purgationem uiolentam, acceſſorium proprium, 2.189.
Fluxus ſuperfluus urinæ, 2.209.
à Frigido apoſtemate inteſtinorum, coliça, 1.149.

G

Gonorrhæa, 2.229.

H

Hectica febris, 2.287.
Hæmaptæa, ſeu ſputum ſanguinis, 1.86.
Hæmorrhoides, & earum retentio, 1.196.
de eadem materia experiméta diuæ Hyldegardis, 2.200.

Hepatis

Hepatis debilitas, 1.126.
Hepatis oppilatio, 1.128.
Hepatis apoſtema, 1.130.
Hepatis dolor, 1.133.
Hepaticus fluxus chyloſus, 1.177.
Hepaticus fluxus phlegmaticus, 1.179.
Hepaticus fluxus cholericus, 1.181.
Hepaticus fluxus melancholicus, 1.182.
Hernia, 2.223.
Hernia aquoſa, 2.224.
Hernia uentoſa, 2.225.
Hernia zirboſa, 2.226.
Humoroſa febris ſyncopalis, 2.
Hydrops, 1.149
Hypoſarcha, 1.159.

I

Ictericia, 1.135.
Incubus, 1.34.
Interpolata phlegmatica febris, 2.392.
ab Inteſtinorum calido apoſtemate,colica, 1.148.
ab inteſtinorum frigido apoſtemate,colica, 1.149.
Iuncturarum dolores, 2.211.

L

Lapis rhenalis,& ueſicalis, 2.211.
de eadem materia regimen,D.Tanſleteri, 2.216.
Lethargus, 1.14.
Lipara febris,& epiala, 2.
Lyenteria, 1.168.

M

Matrix quid? 2.250.
Matricis curſus,ſiue fluxus humiditatũ albarũ, 2.257.

Matricis

Matricis præfocatio, 2.259.
Matricis apoſtema, 2.262.
Matricis præcipitatio,ſeu deſcenſus, 2.265.
Mæſaraicarum uenarum oppilationis fluxus, 1.184.
Melancholia, 1.34.
Melancholicus fluxus hepaticus, 1.182.
Mictus ſanguinis & ſaniei, Aphoriſmi, 2.220.
Muliebris expurgatio nimia, 2.254.
Muliebris purgatio ſuppreſſa, 2.250.
de eadem materia regimen Eugubij, 2.252.

N

Nimia muliebris expurgatio, 2.254.
Nocturna,uel diurna ſpermatica pollutio, 2.233.

O

Ophthalmia, 1.47.
Oppilatio hepatis, 1.128.
Oppilatus fluxus ſplenis, 1.186.
Oppilationis mæſaraicarum uenarum fluxus, 1.184.
Oris tortura, 1.23.
Othalgia, 1.57.

P

Paralyſis, 1.16.
Paßio cholerica,ſeu cholera, 1.103.
Peripneumonia, 1.93.
Phlegmatica colica, 1.140.
Phlegmaticus fluxus hepaticus, 1.179.
Phlegmatica febris, 2.283.
Phlegmatica febris interpolata, 2289.
Phlegmatica febris continua, 2.291.
Phrenitis, 1.7.
Phthiſis, 1.89.

Pleuritis,

Pleuritis, 1.77.
de eadem materia, cura tentatiua Nicolai Florē. 1.179.
Pollutio nocturna ſpermatica, uel diurna, 1.233.
Præcipitatio, ſeu deſcenſus matricis, 2.265.
Præſocatio matricis, 2.259.
Priapiſmus, & ſatyriaſis uirgæ, 2.234.
Pruritus ani, 2.203.
Pura tertiana, 2.271.
Poſt purgationem uiolentam fluxus, 2.188.
Purgatio muliebris ſuppreſſa, 2.250.

Q

Quartana febris, 2.279. *& eius cura,* 2.280.

R

Retentio hæmorrhoidum, 2.196.
ex retentione, & ſiccitate fecum colica, 1.147.
Rhagadiæ ani, 2.201.
Rhenalis, & ueſicalis lapis, 2.211.

S

Sanguinea febris, 2.271. *& eius cura,* 2.286.
Sanguinis fluxus à toto creticus, 1.164.
Sanguinis mictus, & ſaniei, Aphoriſmi, 2.220.
Satyriaſis, & priapiſmus uirgæ, 2.234.
ex ſiccitate, & retentione fecum, colica, 1.147.
Singultus, 1.117.
Spaſmus, 1.26.
Spermatica diurna, uel nocturna pollutio, 2.233.
Splenis durities, & tumor, 1.138.
Splenis fluxus oppilatiuus, 1.166.
Sputum ſanguinis, ſeu hæmaptæa, 1.86.
Stomachi debilitas, 1.107. *& Stomachi dolor,* 1.110.
Stomachi apoſtema, 1.113.

Stranguria,

Stranguria,ſeu urinæ difficultas, 2.206.
Stupor,& tremor. 1.21.
Superfluus urinæ fluxus, 2.209.
Suppreſſa muliebris purgatio, 2.250.
Synanchæ, 1.61.
Synochæ,uel ſanguineæ febris cura, 2.286.
Syncopalis febris humoroſa, 2.292.
de hac materia cura D.Ortholphi *medici inſignis,*1.66.

T

Tenaſmus, 1.174.
Tertiana febris pura, 2.271. Et eius cura, 2.273.
Tertianæ non puræ cura, 2.275.
Tertianæ continue cura, 2.278.
Tortura oris, 1.23. Tremor,& ſtupor, 1.21.
Tumor,& duricies ſplenis, 1.138. Tuſsis, 1.66.
Tympanites, 1.157.
de eadem materia, cura Theophraſti Paracelſi, 1.159.

V

Venarum mæſaraicarum oppilationis fluxus, 1.184.
Ventoſa colica, 1.245. Et Ventoſa hernia, 2.225.
Ventris fluxus, 1.161
Vermes uentris, 2.191. Et Vermes ani, 2.195.
Vertigo, 1.4.
Virgæ ſatyriaſis,& priapiſmus, 2.234.
Viſus debilitas, 1.52.
Vomitus, 1.99.
Vrinæ difficultas,ſeu ſtranguria, 2.206.
de eadem materia cura D.Corradini, 2.208.
Vrinæ ſuperfluus fluxus, 2.209. Vrinæ ardor, 2.217.

Z

Zirboſa hernia, 2.226.

FINIS

LEONELLI FAVENTINI
DE MEDENDIS MORBIS
PARS PRIMA.

DE CEPHALAEA, CAP. I.

Definitio.

CEPHALAEA *eſt morbus capitis, dolorem intolerabilem per circuitum redeuntem, gignens; ita ut qui ſic adfecti ſunt, tinnire aures ſibi putent; oculi eorum rubeſcunt, eminentioresq́; apparent, extendūturq́; cum iiſdem, quæ in fronte ſunt, uenis; ac facies tota rubet: cuius notæ; horror calidus, neruorum reſolutio, oculorum caligo, ueſania, uomitus, ſuppreßio uocis, ſanguinis è naribus curſus.*

Galenus lib. Definitionū medicarum.

Cornel. Cel. lib. 4. ca. 2.

APHORISMI.

1 *CAput dolenti, & circūdolēti pus, uel aqua, uel ſanguis effluens per nares, aut os, aut aures, morbum ſoluit.*

Hippocrates libro 6. Apho. 10.

2 *In dolore capitis materiali ſanguineo, artificiale eſt cum clyſterijs, & pharmacis illas materias inferius prouocare.*

3 *Inter repletionem, & ſomnum, ne caput fumis craßis impleatur, mora ſufficiens eſt interponenda.*

4 *In dolore capitis immateriali, ſola alteratio cum cōtrarijs ſufficit pro cura.*

5 *Sanguine peccante, uel alio humore cum ſanguine, uel dolore exiſtente pulſatiuo, à phlebotomia incipiēdum eſt.*

6 *Alio humore à ſanguine peccante, is prius digerendus eſt, & poſtea euacuandus, niſi materia turgeat.*

7 Præſente rheumate, fomẽtationes, lotionesq; capitis, & pedũ penitus dimittendæ, maximè antè materiæ antecedentis euacuationem, ſeu perfectam purgationem.

8 Pura narcotica, niſi magna urgente neceſſitate, non ſunt adminiſtranda; nec eis utendum, niſi cum correctiuis Meſuei.

9 In dolore cũ repletione, poſt cibũ, uel potũ, ſumantur aliqui fructus ſtyptici, uel alia, uapores reprimentia.

10 In apoſtematibus cerebri, cauẽdũ eſt à maturatiuis.

11 In dolore calido, emplaſtra, & Epithemata frigida non diu ſunt dimittenda ſuper loco.

12 Ventre exiſtente ſtyptico, leniatur, antequam fiat phlebotomia.

DE EADEM RE APHORISMI HIPPOCRATICI.

Aphoriſmi Hippocratici.

1 QVibuſcunq; in febribus urinæ cõturbatæ, ueluti ſubiugalium, his capitis dolores adſunt. Hippocrates, lib. 4. Aphor. 70.

2 Lac dare caput dolentibus, malum. Idem libro 4. Aphoriſ. 64.

3 Poſteriora capitis dolentia, uena frontis inciſa iuuat, & maximè poteſt poni ex eadem cauſa. Idem lib. 5. Aphoriſ. 68.

4 Duorum dolorum, qui ſimul fiunt, & non ſecundum eundem locum, maior denigrat minorem; faciunt enim hij pro Canone, qui eſt diuiſio. Idem lib. 2. Aphor. 14.

5 Dolores in lateribus, & pectoribus, & in alijs partibus, ſi multum durant, ad diſcernendum mali ſunt. lib. 6. Aphoriſ. 6.

6 Dolores & tumores circa uentrem exiſtentes, ſuperiores quidem leuiores, non ſuperiores uerò fortiores. Idem

Idem lib. 6. Aphoriſ. 7.

7 *Quibus dolores à dorſo in cubitos tranſeunt, phlebotomia ſoluit. Idem lib. 6. Aphoriſ. 22.*

8 *Quibuſcunq; ſanis dolores repentè fiunt, & ſtertũt, tunc pereunt in ſeptem diebus, ſi non febre corripiãtur. Idẽm lib. 6. Aphor. 51.*

DE DOLORE CAPITIS SANGVINEO.

Dolor capitis ex ſanguine.

SAnguinis materia exiſtente in fluxu, & multa, phlebotometur Cephalica per antitheſim, hoc eſt, partis oppoſitæ; materia uerò fluxa, & non amplius fluente ad cerebrum, ſiue multa, ſiue pauca fuerĩt, eiuſdem partis Cephalica ſecetur; ſin minus, dolor mitigetur, inciſione uenæ Craniacæ. Extirpat enim (inquit Auicennas) capitis dolores fortes, ac graues.

Phlebotomia uenæ frontis cephalæan extirpat.

Valent in hoc caſu fomentationes, & Epithemata in hunc modum concinnata. *Auicennas.*

Epithema, ſiue fomentum.

Recip. olei roſacei unc. i. ſ. uel trientem, ſucci plantaginis unc. ij. aceti, drach. i. miſce, fiat epithema. Aliqui ſumunt ſucci ſcariolæ, uel endiuiæ, uel ſemperuiui, cũ aqua roſarũ, uel aceto ſimul miſtis. Ad idẽ confert inunctio talis. Recip. olei roſati unc. i. ſ. florum ſalicum unc. i. opij puluerati gra. i. croci tenuiter friati gra. iij. *Epithema.* *Inunctio anodina.*

Miſce, fiat inunctio frontis, temporum & ſaltuum.

DIAETA.

CIbum parant Itali ex milio, cum modica agreſta, & aceto, pro confortatione; uel ſi uis magis confortare. Recipe pullum coctum cum agreſta, & panem coctũ aqua, & exiguo ſucco uuæ omphacinæ. *Victus.*

Emplaſtrum.

Reci. Duo, uel tria poma cocta ſub cinere, deinde ſu- *Emplaſtrũ.*

mito pulpam, cui adde parum rhodini olei, & momentum croci.

Aliud ſimile.

Emplaſtrum aliud. *Recipe extremitates uitium, ideſt capreolos uitigineos, & piſtentur fortiter, extrahaturq́; ſuccus: cui adde farinam hordeaceam, & oleum roſaceum.q.ſ. & fiat emplaſtrum, quod expertum eſt authoritate Dioſcoridis, Cap.de uite uinifera.*

ADDITAMENTA PROPRIA.

Suppoſitoria. *Enemata.* *Embrocha.* *Zulapia.* *SI aluus adſtricta fuerit, ducatur cum Balanis ſuppoſititijs, cum ſpeciebus hieræ uigoratis, uel cum Enematibus conſentaneis: deinde fiat embrocha, cum decoctione corticum papaueris, florum nenupharis, uiolarum, roſarum, cyſſampeli, labruſcæ, chamæmali, anethi, & cũ folijs lactucæ, ana.q.v.*

Potiones medicæ. *Item propinetur ægroto zulapium uiolaceũ, uel nenupharinum, cum aqua hordei lymphatum, uel fiat potio medica ex ptiſana cum uino granatorum malorum, aut aqua Nymphea cum uino Cydonite diluta, commode etiã bibitur iuleb roſaceũ, cum aqua infuſionis paſſularum, & coriandri temperatũ. Facies, nares, ſaltus, & ipſa frons irroretur eiuſmodi aſpergine, qua etiam cor in ſyncopi*

Epithema et odoramentũ in cephalea, & ſyncopi. *cõmodiſsime poteſt epithemari. Recipe aquæ roſaceæ ſelibram, aquæ nenupharis, bugloſſæ an.quadrantem, ſantalorum omnium drac.1.uiolarum tantũdem, cinnamomi, chariophyllorum an.ſcrup.ſ.moſchi gra.ij.*

Miſce pro epithemate, & odoramento liquido.

Si uentris lenitio deſideratur, fiat eiuſmodi clyſtere bonum, & expertum, in calida præſertim intemperie.

Enema expertum. *Recipe maluæ uiolarum foliorum ſalicum, portulacæ, florum nenupharis, uel foliorum eiuſdem, foliorum cucurbitæ*

curbitæ, ſeminum communium frigidorum an. ſemifaſci-culum, ſeu pluſculum.

Fiat decoctio ſecundum artem, poſtea cum diaprunis ſolutiui. drac. vi. olei uiolacei unc. iij. ſalis, uitellorũ ouorum. q. ſ. fiat clyſtere.

IN DOLORE CAPITIS CHOLERICO. *Capitis dolor ex bile.*

Leniatur uenter, & ſoluatur cum iſto lenitiuo. Recip. pruna, nume. xv. tamarindorum unc. i. corticum myrobalanorum citrinorum unc. i. omnia infundantur in. ſ. q. aquæ uiolaceæ per noctem, mane manibus fricentur fortiter: deinde recipe de colatura unc. iiij. ſacchari unc. i. ſ. caſſiæ nouiter extractæ unc. i. fiat hauſtus, quem capiat calide in aurora. *Hauſtus laxatiuus cholere.*

Alia potio laxatiua.

Recip. florũ boraginis, bugloſſæ, uiolarũ, an. m. ſ. florũ nymphæ. m. i. tamarindorũ unc. i. prunorum nume. v. fiat decoctio in. ſ. q. aquæ endiuiæ ad medietatis conſumptionem. De colatura recipe unc. v. in quibus diſſolue caſſiæ pinguis nouiter extractæ unc. i. diaprunis ſolutiui ſcrup. iiij. fiat hauſtus. i. quem ſumat calide in aurora. *Alia potio laxatiua.*

Bolus.

Recip. caſſiæ recens extractæ unc. i. diaprunis ſolutiui drac. ij. electuarij Indi uel roſati, drach. i. Fiat bolus cum ſaccharo, detur per duas horas à cœna. Deinde ſequuntur digeſtiua, & euacuatiua ſi opus fuerit. *Bolus cholerae eductiuus*

Digeſtiuum.

Recip. ſyrupi nenupharini, uiolacei, de endiuia ſingulorum unc. ſ. aquarum cichorij nenupharis, uiolarum ana unc. i. Miſce pro potione præparatoria *Digeſtiuũ in cholerica diſcraſia.*

Embrocatio.

Recipe olei ſaligni, olei foliorum uiolarum, roſarum, *Embrocha.*

nenupharis, cucurbitæ, oliei amygdalini dulcis ana.q.v.

Infrigidentur in aqua, & infundātur ſuper caput infirmi, cum aqua uiolarum fiat miſtio.

Iniectio per nares.

Iniectio per nares.

Recipe olei ſaligni, nenupharini an.unc.i.aquarum uiolarum, nenupharis an.unc.i.ſ.miſce.

Odoramentum.

Pomū ambræ.

Recipe ſtyracis calamitæ.q.v. cum laudano, & ſtyrace liquida, ſeu thymiamate miſcendo in modum pomi ambræ, & naribus applicādo, uel de eodem facto fumigio multum confert. Item fiat odoramentum ſequens.

Odoramentum.

Recipe aquæ roſaceæ unc.i.ſ.camphoræ ſcrup.ſ. diſſoluantur ſimul, & ponātur in phiala parua, & odoret.

Emplaſtrum narcoticum, ultimo ſi dolor ceſſare noluerit apponendum.

Emplaſtrum narcoticū.

Reci. Opij gra.ij.camphoræ gra.iiij. diſſolue cū oleo ſaligno, quod ſatis eſt, & fiat emplaſtrū ſuper tempora.

ADDITIO SAXIFERRATI DE DOLORE CAPITIS.

SI *dolor ſit debilis, tunc curatio febris eſt dignior. Sed quando eſt fortis, facit redire febrem per inflāmationem, quam facit in ſpiritibus, & humoribus, & mouet caput, & debilitat infirmum. Factis igitur euacuationibus, Auicennas commendat ligaturas manuum, & coxarum, cum faſcia larga, adminiſtrentur collyria, & clyſteria, ad inferiora trahentia, & ponantur uentoſæ ad ſpatulas, uel nates, cum fricationibus, & confortetur caput cum infrigidatiuis, ſi non fuerit quod prohibeat, ut corrhyza, tuſſis, deſtillatio, uel apoſtema, tunc embrocetur caput cum decoctione roſarum, uiolarum, hordei, foliorum ſalicum, nenupharis, item cum*

oleo

oleo roſarum, & ſalicum, fiat embrocatio. Addendo in decoctione camomillam, & melilotum: &, ſi neceßitas urgeat propter caliditatem, adde etiam cortices papaueris, & nenupharis.

Fit etiã non incõmode epithema ad caput, cũ aqua roſarum, aceto, & oleo roſato, bene cõquaſſatis, & agitatis cum albumine oui: & ſi aderit inſomneitas, ſit oleũ uiolatum, & nenupharinum, & modicum aceti.

Item ſuccus ſolatri, & ſemperuiui, in caliditate multa, plurimum ualet,

Lotiones fiant ad extrema, ex corticibus papaueris albi, radice mandragoræ, ſemine lactucæ, portulacæ. hyoſcyami, & albi papaueris cũ floribus uiolarũ, nenupharis, anethi, & ſemine eius, foliorum lactucæ, & uitis.

Embrocatio fortis.

Recip. Florum roſarum, uiolarum, nenupharis, ſolatri ana. q. v. foliorum lactucæ, corticum papaueris, florum camomillæ.

Meliloti.

Fiat decoctio, & embrocetur, facta tamen prius euacuatione, ſtante materia trahe ad inferiora, ita etiam & teſticulos odorare flores nenupharis, uiolarum, ſalicis.

Fiat inunctio talis.

Reci. Olei uiolati, roſati an. unc. i. aceti, camphoræ an. drach. ij. Miſceantur bene inuicem, & capiti, ac fronti adplicentur.

ADDITIONES PROPRIAE.

Catapotia cephalalgicis multum opifera, præſertim in dolore perhiodico, & clauo.

Reci. Balani myrepſicæ, ſeu myrobalanorũ citrinorũ drach. ij. aloes hepatiteis unc. ſem. ſeu potius erythræi uel

Catapotia ec phalalgicis ex dominatu bilis.

rubri agarici infuſi in oxymelite, cum tertia parte ſui, ſalis gēmei poſt exiccati unc.iij.ſpecierū hieræ ſimplicis, unc.i.rheibarbarici| electi unc.ſem.ſpicæ,ſcrup.binos.

Fiant glomeramina piſis conformia,cū aqua bugloſſæ, ſumantur ſcrup.ij.uel terni,eundo dormitum.

Aliæ pilulæ ad idem bonæ.

Aliæ pilulæ capitales.

Reci.Maſſæ pilularum aloeſanginarum drach.i.aloes optimæ rheibarbarici electi ana drach.ſ. agarici electi ſcrup.ij.Fiant pilulæ xv.uel,xvij.cum electuario de ſucco roſarum,& deaurentur.

Linimētum.

Perlinatur frons linimento facto ex ſemine lactucæ, uel papaueris,lacte muliebri,& albumine ouali,ana.

Poſt ſumatur mica panis ex ſucco granatorum.

DE VERTIGINE, CAP. II.

Definitio.

Scotomia, à ſcotos, quod eſt uidere, et mias, quod ē muſca; quaſi uiſio muſcarum.

Gerbard. de ſolo.

Gal. libr. 3. Apho. commen.xvij.

Idem lib.4, cōmen. 17.

VERTIGO *eſt morbus capitis,tenebroſitatem inducens,qui Græcæ ſcotoma dicitur,quod à uerbo Græco ſcotome deducitur, quod ſonat uertiginor, non à ſcuto, ut Proletarij tradunt autores,turbo etiam Latinè appellatur. hunc morbū comitiali proximū eſſe,& in apoplexiā ſubinde deſinere ſcribit Galenus. idem ſic definit hanc adfectionem.|Vertigo (inquit) eſt,quādo ſimul uidētur circūuolui,hoc eſt circūſtantia moueri, quæcūq; conſpicimus, & ſenſus uiſus repente deſtruitur, quum uideantur tenebræ circūfuſæ. Eſt igitur uertigo, actio corrupta, primum uirtutis uiſiuæ, ſecundo ſenſus communis, poſtea imaginatiuæ uirtutis, contra Herculanum. Neoterici differentiā faciunt inter*

ſcotomiam

ſcotomiam, & uertiginem, dicentes, uertiginem fieri à uaporibus ſubtilibus magis permiſſis ſpiritibus uiſibilibus: unde cauſari motum in ſpiritibus, & ſic in cryſtallina præſentatas res ſimiles ad extra moueri, unde ſenſus communis ſic inducat ſcotomiam. de hoc conſule Gherardum de Solo, capite de ſcotomia, & uertigine, ſuper 9. Almanſorij. Nam de hac materia pulchrè ſcribit, ac dilucidè.

Si iſtæ duæ conſiderantur, quantum ad originem, & principium, ſunt actiones corruptæ, & potentiæ uiſiuæ: ſi uerò completiuè tantùm, tunc ſunt actio corrupta, potentiæ imaginatiuæ, eo quòd cauſatur ibi uapor craſſus in imaginatione, læditur ergo uiſus & non alij ſenſus, quia in organo uiſus ſunt plures ſpecies, unde magis manifeſtatur in ſenſu uiſus.

Cauſæ primitiuæ ſunt non naturales res, cauſantes uapores craſſos in cerebro, ut cepæ, uinum plenum. *Cauſæ primitiuæ uertiginis.*

Cauſæ antecedentes, omnes humores, à quibus eleuantur iſti uapores craßi. *Cauſæ antecedentes.*

Coniunctæ, ſunt iſti uapores miſti ſpiritibus, actu exiſtentes in regione uiſus: ſuper hac re latius conſulendus eſt Galenus in libro, qui introductio, ſeu medicus intitulatur, inibi ſcribit in hunc modum. *Coniunctæ cauſæ.*

Caligines oculis offuſæ, & uertigines, cognata ſunt uitia morbo caduco, ab iiſdemq́; cauſis prodeunt, atq́; eaſdem ſedes occupant: hoc tamen intercedit diſcriminis, quòd illæ èxtrinſecus accidant, ob quod facilius, quàm hic curantur, alui ductione præſertim per hieram adminiſtrata, apophlegmatiſmis, & uomitibus partim à cibo, partim ieiunis adhuc excitatis, omnium maximè ueratro ſuccurritur. *Galenus.*

CVRA.

CVRA SCOTOMIAE CALIDAE.

Vtentur omnia aromata, & ſpecies exoticæ excalfactiuæ, allia, cepæ, porrum, ſcordium, eruca, rutha, & omnia, quæ ſunt apta euaporari: ueſcatur cibarijs ſtypticis, frigorificis, ut ſunt lentes coctæ cum aqua, & aceto, milium, panicum, carnes caſtratinæ, alteratæ cum acore omphacij, uel ſucco punicorum: uinum ſit ſtypticum, dilutum cum duplo aquæ, uel miſtum uino cydonite: unde uinum oxyacanthite, hoc eſt, ex acidæ ſpinæ fructibus cõfectum, præ cæteris laudatur.

Portulaca, lactuca, uel agreſta, pipionum carnes, cum longam in ſtomacho trahunt moram, non ita probantur.

Phlebotomia. *Regulariter operando, fiat primo phlebotomia cephalicæ, deinde de uenis retrò aures: unde ſcribit Galenus uertiginoſis arteriarum ſectione mederi, ſed non omnes huius auxilij beneficio curari, quòd ſi ſanguis hepatis contrarietur, tunc baſilica phlebotomanda erit, quia ſanguinem ab hepate euacuat.* *Gal. lib. 4. de locis affectis, ca. 8.*

Licet iſtæ diſpoſitiones dependeant à ſanguine, nõ tamen ideo fit purgatio, ut iſta cholera admiſta ſanguini, nec aliàs nunc mota per phlebotomiam, beneficio artis euacuetur: propinandum igitur erit eiuſmodi pharmacum.

Cholagogũ in ſcotomia. *Recip. Pruna numero. v. tamarindorum unc. i. corticum myrabolanorum citrinorum tantundem: infundantur in aqua, q. ſ. poſtea contuſa fricentur manibus: de cuius colatura recip. unc. iiij. in quibus diſſolue ſacchari unc. i. caſiæ nouiter extractæ unc. i. ſem.*

Fiat hauſtus, quem epotet mane in aurora: poteſt inter eliquandum caſiam, adijci diaprunis ſolutiui, drac. ij. uel. iij.

OXYRHO-

OXYRHODINVM.

Recip. Aceti roſacei unc.iiij.aquæ roſatæ unc.i. Miſce,petiæ infundantur, quæ fronti applicentur:repercutit enim uapores, & prohibet eorum aſcenſum ad cerebrum. Oxyrhodinum.

Linimentum ad idem.

Item recip.Succi ſemperuiui,ſolatri an.unc.i.ſem.aceti roſacei uncias.ij.aquæ roſatæ unc.ſem.Miſce,fiat linimentum. Linimentū.

SCOTOMIA FRIGIDA.

IN cura ſcotomatis frigidi, fiat uomitorium (ſi placet) lene eiuſmodi.

Recip.Aquæ communis tepidæ unc.vi.oxymelitis uncias.ij.Sumatur paulatim ingurgitando,deinde uerpo gutturi impoſito prouocetur uomitus. Vomitoriū.

Aliud uomitiuum.

Recip. Radicum aſari unc.i.aquæ communis unc.x. bulliant ad conſumptionem medietatis,coletur: colaturæ adde,oxymelitis ſimplicis unc.ij. Vomitiuū.

Detur tepidè circa horam diei tertiam, ieiuno ſtomacho,quod poſtquam acceperit,poſtea ſorbeat per tertiam horam unam ſcutellam maiuſculam brodij gallinæ,uel caponis,non perfectè cocti : quo ſumpto ſe ad uomiturien-dum præparet : quòd ſi non ſtatim uomuerit, imponatur pluma,uel digitus,oleo intinctus:deinde uomitu facto,reiteret & tertiam ſcutellam,& ſic ſtomachus ex toto uacuefiet,ac purgabitur.Cum iſto purgauit Leonellus hominem,& euomuit quaſi.xxx.lib.phlegmatis.

Varijs cibarijs uentriculum replendo, & ſic uomitum deinde prouocando, periculoſum eſt, & ſic ſæpe ex illo mortem illatam eſſe,teſtis eſt idem Leonellus. Polyphagia nocua ſtomacho.

Et hæc

Et hæc de ea, quæ fit per communitatem, à ſtomacho. Fiat lene uomitorium, ſi placet.

Recip. Aquæ communis tepidæ unc. v. oxymellis unc. ij. Sumatur tranſglutiendo, deinde digito gutturi impoſito, prouocetur uomitus.

Gargariſma, ſi non fuerit per cõmunitatem.

Gargariſmus. *Recip. Maſtyches, radicum acori, & aſari, ana drac. i. ſinapis drac. ſem. hyſſopi, bethonicæ, ſaluiæ, an. man. ſem. Bulliant in ſem. q. aquæ, dein colentur: colaturæ addatur, oxymellitis ſcyllitici unc. ij. uel. ij. ſem.*

Caputpurgium. *Fiat gargariſmus, & ex eorum pulueribus caputpurgium fieri poteſt, naribus inſufflando, & fricando.*

Maſticatorium.

Maſticatorium. *Recip. Maſtyches, piperis, paſſularum, fiat maſticatorium, ana quar. v.*

Gallia moſchata, & moſchus pulueratus, ſeu friatus, ſi naribus inſufflentur, cerebro conferunt, quia calefaciunt, & reſoluunt phlegma in eo contentum.

Fiat uomitus, & phlebotometur, ſi commodum uidebitur.

ANNEXA PHARMACA PROPRIA.

Vertigo fit utplurimum à ſtomacho, & per communitatem eius cum cerebro. Et cura per me ſæpius experta eſt, ut digeratur materia ſubſequenti digeſtiuo.

Digeſtiuum.

Digeſtiuũ. *Recip. Syrupi de infuſione roſarum, & endiuiæ ana. drach. vi. ſem. acetoſi ſimplicis drach. iij. aquarum abſinthij, endiuiæ ana unc. i. Miſce, capiat pluribus diebus in aurora, poſtea ſumat has pilulas.*

Pilulæ.

Pilulæ. *Recip. Specierum hieræ ſimplicis drach. i. agarici præparati*

parati ſcrup.i. Fiant pilulæ.v.cum aqua abſinthij, quas deglutiat per horam ante cœnam.

Et poſt hanc ordinariam euacuationem, utatur etiam prædictis pilulis ſemel in hebdomada, ſemper ante cœnam: tandem reficiatur corpus hac confectione. Confectio.

Recip. Specierum diatria ſandalorum, diarhodonis abbatis ana drach.ſem.ſpecierum aromatici roſati drach. i. ſacchari taberzeth in aqua abſinthij diſſoluti unc.iij. Fiat confectio in rotulis ſemiunciarijs, uel ad pondus unc. ij.pro qualibet, doſis una pro uice, in mane quaternis ante prandium horis.

Mane uerò, & de nocte, ſeu ueſpere poſt prandium & à cœna capiat morſellum cydoniati, uel diacydoniteis ſine ſpeciebus.

DE PHRENITIDE, CAPVT III.

Definitio.

PHRENITIS *eſt inſania, uel mentis diminutio cum acuta febre.* Gal. lib. definitionũ medicarum.

Aliter ſic.

Eſt deſipientia, uel mentis alienatio breuiuſcula, cum tremore, & uocis debilitate, atque palpitatione, prorſus à malignitate febris procedens. Phrenitis. Carabitus. Sirſen.

Adhuc aliter.

Phreneſis eſt morbus lædens mentem, & ad inſaniam, furoremq; deducens, à mente, & parte rationalis animæ, ideſt, deturbatio mentis, ex cordis uitio naſci à quibuſdam putatur. Et reuera eſt apoſtema in panniculis cerebri, calidum per eſſentiam, & illud apoſtema quando eſt in pia

matre

matre periculoſum eſt, ob multitudinem ſanguinis uenarum in ea: quando uerò eſt in dura matre tantùm, non eſt adeo perniciosum, & in hac fit ſæpius, quia natura non eſt tantoperè ſolicita de ea.

Prognoſticon.

Prognoſticon. Communiter autem phrenitici quadriduo moriuntur.

Signa.

Signa. Lumen abhorrent, quia materia in cerebro exiſtens agitatur, & magis mouetur per lumen: operationes motus perficiuntur ſiccitate, unde habent fortiſsimas operationes motus, quia phrenitici ualidiſsimos agunt motus operationis, non tamen ſenſus, quoniam ſenſus humido perficiuntur.

Prognoſtica, & obſeruationes.

Prognoſtica & obſeruationes. Mesueus. Cornel. Cel. lib. 3. capi. 18. Phrenitis cùm eſt impreſſa, non curatur: ſi uerò adhuc nondum eſt perfecta tunc eſt medicabilis, ſed non apud ſtolidos, & indoctos. Antiqua ſigna conſumatæ phrenitidis ſi aduenient, fiat phlebotomia, & ſolutio uentris. In omni ſpecie eius (quæ triplex à Cornelio Celſo recenſetur) celebranda eſt phlebotomia cephalicæ ratione euacuationis, & diuerſionis, & cùm hoc quod diuertit, refrigerat, & alleuiat caput: poſtea, ſi non fiat phrenitis, per unum, aut alterum diem incidatur uena frontis, quia euacuat materiam coniunctam.

Obſeruatio. Sed enim non ignorandum, quòd incipimus aliquando phlebotomare à ſaphena primo, quando eſt magna repletio totius corporis, quia illa multum diuertit, deinde cephalica ferienda, ultimo uena frontalis.

Item quando prouenit ex retentione ſanguinis hæmorrhoidalis, & menſtrui, ſi uenter non fuerit lubricus, ſed conſtipatus, ante phlebotomiam fiat clyſtere lenitiuum.

Enema mollificatiuum.

Recip. Quinque herbarum mollificantium, ana man. i.furfurum macrorum.p.i.farinæ fœnigræci,ſeminis lini nitiuum. ana man.i.Fiat decoctio in.iij.lib.aquæ,ad dimidij excoctionem. De colato, recip.lib.i.unc.ij.uel.iiij. in quibus diſſolue, olei chamamælini,uiolacei,ſingulorum unc.i. hieræ picræ unc.i.benedictæ laxatiuæ unc.ſem.ſalis gemmei drach.ſem. Fiat enema,& iniÿciatur podici calidiuſculè, antequam fiat phlebotomia, quæ fiat uſque ad ſyncopim,ut remoueatur apoſtematio. Clyſtere lene.

Notio.

Si phreniticus ſit furibundus, ligetur, ne ex magna commotione fiat hyppoſpaſma,ideſt ruptio uenæ,ſeu ſanguinis euacuatio. Notio.

Aqua hordei.

Recip.Vnam partem hordei excorticati,bulliat in uiginti partibus aquæ,ad medietatis conſumptionem,fiat potus.Pro illa damus interdum pullum alteratum cũ omphacio,uel ſucco puniceo:hæc diæta eſt ſatis tenuis apud nos. Aqua hordeacea.

Sedatiua doloris.

Lenitio doloris fiat cum aqua roſacea, aceto roſaceo,& rhodino:uel ſi fortius uelimus agere, fiat tale epithema. Oxyrhodinum.

Recip. Succi ſemperuiui, ſolatri, uel portulacæ, uel aquæ nenupharis unc.iij.roſarum unc.i.ſucci ſeminis papaueris albi contuſi unc.ij. Fiat miſtio, & utatur epithemando. Epithema.

Somni prouocatiuum peculiare.

Recip. Corticum papaueris albi, iuſquiami albi, florum nenupharis, uiolarum,anethi uiridis,ana man.i.florum uitium,ſalicum,lactucæ,man.ſem. Lotio.

Bulliant

Bulliant omnia in ſ.q.aquæ,ad conſumptionem quartæ partis, deinde inungantur crura, à genibus infra, uel etiam manus uſque ad cubitos,continuando uſq; ad quartam horæ,uel circiter,poſtea exiccentur pedes; hoc pacto inungantur tempora,ſaltus ſeu pulſus manuum & pedum cum iſto unguento.

Vnguentum ſomniferū. Recip.Olei nenupharini,uiolacei,unguenti populnei, ana unc.ſem.opij gran.iij.croci gran.vi.

Tritis puluerabilibus cum exiguo ceræ fiat unguentum,cum quo ungatur pulſus temporum,manuum,& pedum,& hoc debet fieri poſt cibum, per unam horam, uel ſero,ſcilicet cubitum eundo;quòd ſi iſta non ſuffecerint, detur iſta potio ſerotino diluculo,uel per duas horas poſt cibum.

Potio ſomnifera. Recip. Syrupi papauerini unc.i.aquæ lactucæ unc.ij. Miſce, detur iſte potus calidus,uel tepidus:loco aquæ lactucæ poteſt poni aqua nympheæ.

Ad idem,ſi iſta non ſuffecerint.

Pilulæ ſoporiferæ. Recip. Pilularum de cynogloſſa ſcrup.ij.gran.iiij.uel ſi res poſtulat, paulò plus. Fiant pilulæ nume.iiij.detur una de eis quando itur dormitum.

Aliud prouocatiuū ſomni ſolenne. Vlterius, ponatur fructus papaueris albi in piſtato, uel contuſo:eſt enim ſolenne in prouocatione ſomni.

Vtilitas pilularum Alchabei. Pilulæ de lingua canina:ſub alio titulo deſcribuntur à Meſueo in Antidotario,& Grabadin, capite de tuſſi catharrali.item cap.de catharro,& uocantur ab ipſo pilulæ Alchabei,quas idem ualde laudat ſub authoritate Alexandri,& pro ſecreto recitat, nimirum ad incraſſandam materiam iſtam.In prouocando itaque ſomno,in ſiſtendo catharro, & quocunque fluxu uentris, & aliorum profluuiorum,denique in omnibus ægritudinibus catharralibus coher-

bus cohercendis ne obliuiſcaris medicinæ huius ſolen- nis. Sed quia deſcriptio prædictarum pilularum non ſolum in nomenclatura, ſed etiam compoſitione uari- at, ac diſcrepat, lubet hic uarietatem ſyntheſcos ſubiun- gere. Meſueus eas ſic deſcribit.

Recip. Myrrhæ drach. iij. thuris maſculi drach. ij. et. ſ. opij, hyoſcyami, radicũ alcalcachar ſiccarũ an. drach. ij. — Meſues cap. de catharro

Confice cũ ſucco alchazaber humidæ, da ex eis à ter- nis, uſq; ad v. in ſero, ſunt enim mirabiles.

Alia deſcriptio ex diſpenſario Nicolai, ſub nomine pi lularum ad omnes morbos catharri, & ſunt (inquit idem) ſecuriores prioribus, quia ibi corrigitur opiũ quibuſdã cõſolatis, ueluti croco, & rhodomelite, nec non laudano.

Reci. Myrrhæ troglodyticæ drach. vi. olibani, & lada ni an. drach. v. opij, hyoſcyami, ana drach. iiij. croci drac. i. ſ. radicũ linguæ canis darc. iiij. fiant pilulæ cum melle roſato ſicut piſæ, doſis. iij. uel ad ſummũ v. cubitũ eũdo. In deſcriptione Theſauri aromatariorũ ponitur radicum linguæ canis drach. iiij. ſ. & doſis drach. ſ. uel. i. — Ex Diſpen- ſario Nico- lai. Ex theſau- ro Aroma- tariorum.

Alia deſcriptio ex Luminari maiore deprõpta.

Recip. Cynogloſſæ, opij, ſeminis hyoſcyami an. drach. iiij. myrrhæ Troglodytidis drach. v. olibani drach. v. cha- riophyllorum drac. ij. cinnamomi, cozumbri an. drach. ij. Confice cum rhodoſtagmate, uel aqua roſacea, & for- mentur inde pilulæ ad modum cicerum, ex quibus. v. uel vij. (ſi neceſſitas exigit) eunti dormitũ exhibeantur. Has pilulas (ſed ſecundum Meſuanam deſcriptionem) Ioãnes Arculanus ut præſtantiſſimas multũ cõmendat, in cap. de catharro, de his quoq; mentionem facit Gilberthus An- glicus ſuæ practices lib. 4. cap. de cauſis tuſſis. Itẽ lib. 3. cap. de rheumate, & eius ſpeciebus. — Pilulæ Al- chaiber ex Lumine ma iori. Arculanus cap. de ca- tharro. Gilberthus Anglicus.

Embrocatio.

Embrocha, ſeu fomētū. Reci. Foliorū lactucæ, uiolarū, nenupharis, florū carthami, radicum mandragoræ, corticū papaueris albi, hordei mūdi, an. m. i. bulliant in aqua q. ſ. fiat fomentū, applicetur in pecias: ſi uis fortius, adde ſeminis hyoſcyami, papaueris nigri, carthami, papaueris albi, an. unc. i. ſ.

Vnctio poſt fomentum.

Vnguentum anodinum. Reci. Olei uiolati, nenupharini, myracopi populnei, ana unc. ſem, miſce, ungatur eo caput. Eugubius ita digerit, & euacuat.

Digeſtiuū. Reci. Syrupi uiolati, unc. i. ſ. roſarū endiuiæ, an. unc. ſe. aquarū bethonicæ, fœniculi, unc. i. ſ. uel. ij. miſce.

Euacuatio eiuſdem.

Euacuatiuū. Recip. Caſiæ in bolo, unc. i. agarici præparati, drach. i. ſumat poſt cœnam.

ADIECTITIA REMEDIA PROPRIA, APHORISMI HIPPOCRATICI.

Aphoriſmi Hipporatici. DEſipientiæ, cum riſu factæ quidem ſecuriores, quæ uerò cum ſolitudine, moleſtæ. Hippocrates lib. 6. Aphoriſ. 53.

Vbi deſipientiam ſomnus ſedat, bonum; ubi uerò perſtat, malum. Aphoriſ. 22.

Phreneſis non uera, eſt alienatio mentis cum inquietudine, & quibuſdam intemperijs ſine apoſtemate cerebri, & contingit plerunq; in febribus, per uapores acidos, aſcendentes ad organa uirtutis cogitatiuæ, uel memoratiuæ, & aliarum uirtutum cerebri, aut propter malitiā in ſpiritibus cauſatam, à caliditate intenſa, diſtemperantur ſpiritus, pro debitis operationibus ſenſuum interiorum, & maxime cogitatiuæ. Animaduertendum etiam,

Cauſæ phreneſis non ueræ.

quod

quod aliquãdo accidit talis ueſania, ſeu potius mania tem pore quietis, non exiſtente paroxyſmo propter uapores, qui eleuantur ad cerebrum, & tunc fiant Enemata euacuantia, & diuertentia, & proſunt etiam æqualiter acuta, apponendo electuaria ſolutiua aliqualiter calida, ſicut ſunt, hiera, electuarium Indum, benedicta laxatiua, cum decoctione herbarum quarundam calidarũ. Exempli gratia. Reci. Aneſi, fœniculi, ameos, cnici, centuarij, florum chamæmali, agarici, ana drach. ij. uel. iij.

Cura phreneſis non ueræ.

Fiat decoctio ſufficiens, & colaturæ addatur hieræ pigræ unc. i. mellis cõmunis unc. ij. benedictæ unc. ſ. oliui puri ueteris; aliquando ruthacei, & ſalis q. ſ.

Enema in phreneſi, epilepſia, apoplexia, paraliſi ex gelida intemperie.

Nonnunquam agarici loco aſſumimus de turbitho, & ſi prædictũ Clyſma cupimus efficacius reddere, in decocto ponimus drach. iij. de pane porcino, item quando cõtumax eſt humorum noxiorum aggregatio, addimus decoctioni drach. i. interanei ſicyomæ, uel cucurbitæ ſyluaticæ. Et hoc iudicio periti Medici relinquitur.

Item fiant glandulæ ſuppoſititiæ, cum ſpeciebus hieræ uigoratæ, & acuminata, ut ſic dicam.

Suppoſitoria.

Morbo necdũ ſe remittẽte fiat talis epithematio

Recip. Pulmonem arietinum, & pone in decoctione, chamæmali, roſarũ, & capiti applicetur calide, imo poſſet ipſe pulmo ſolus applicari, ita ſicut eſt, quando exenteratur, aut extrahitur è corpore animalis.

Epithematio capitis.

Somnus hoc pacto recuperabitur, ſi ſuo numine dexter affuerit Deus, ſicubi duabus horis à cœna, quũ dormitum ſit eundũ, hæc miſtio potabilis ægrotãti propinetur. Recip. Syrupi uiolacei, nenupharini, papauerini, ana unc. ſem. aquæ decoctionis papaueris albi unc. iij. miſce, detur ut ſupra propoſitum eſt.

Potio ſomnifera.

Alius hauſtus etiam pro dolore capitis.

Hauſtus ſoporificus in phreneſi, & cephalalgia

Recip. *Syrupi papauerini unc.i. oxyſacchar. unc.ſe. aquæ decoctionis coriandri præparati unc.iiij. miſce, fiat hauſtulus, quē ſumat binis à cœna horis, ac mane etiā.*

DE APOPLEXIA CAP. IIII.

Definitio.

Gal. lib. definitionū medicarum.

APOPLEXIA *morbus eſt obſtupidæ mentis, & intellectus, cū inſenſibilitate, & cōcuſsione corporis.* Perſuaſum *autem uulgo eſt, eum, qui repētina morte corruit: euenire id, gutta ſanguinis è capite in cor delata.*

APHORISMI HIPPOCRATICI.

Aphoriſmi Hippocratici.

1 S*Oluere apoplexiam fortem impoßibile, debilē uerò non facile.* Hippoc. *lib.* 2. Aphor. 42.

2 *Strangulati, & diſſoluti, non tamen mortui, non reuertuntur, quibus ſpuma circa os fuerit, non reficiuntur. idem lib.* 2. Apho. 44.

3 *Apoplectici fiunt maxime à quadrageſimo anno, uſq; ad ſexageſimum. idem lib.* 6. Aphor. 57.

4 *Apoplecticus ante quartū diē nō eſt ſepeliēdus, quia hūores aliqui mouētur in primo die, aliqui ſecūdo, aliqui tertio, aliqui quarto: unde expectādus eſt motus humorū.*

Ad cognoſcendum an apoplecticum ſit uiuum, aut mortuum.

Recip. *Cotum carminatum, & ponas ante os, clauſis bene feneſtris, in cubiculo, unde ſi mouebitur cotum, ſignum eſt uitæ: ſin minus, mortis: idem fieri poteſt admota naribus plumula.*

Ingenia,

Ingenia,ſiue notæ uiui,uel mortui apoplectici,noſcũtur pluriſariam, de quibus affatim agit Marcus Gatinarius in ſua Praxi,cap.de cura apoplexiæ. *Marcus Gatinarius.*

Hæc ægritudo differt à præfocatione matricis,præſocata nanq; ſentit, audit,habet operationes ſenſuum interiorum. Præfocata ſtetit aliquando per diem clauſis oculis,nihil loquens,hanc adſtantes putabant eſſe mortuam, accitus medicus adfixit cucurbitulas in uertice capitis, credens eſſe à catharro,qui eam fere interfeciſſet: tandẽ alius ſuperueniens, fecit fricationes in partibus inferioribus,& poſuit uentoſas ad diuertendum materiam à ſuperioribus,quo facto,euigilauit illa,& cœpit loqui,recitans omnia,quæ circa ſe erant facta,& ſic fuit curata. *Differentia inter apoplexiã, & ſtrãgulatum matricis.* *Fricatio cucurbitulatio*

Modus phlebotomandi in apoplexia. *Modus phlebotomãdi in apoplexia.*

1 *Primo fiat detractio ſanguinis ex utraq; cephalica in manibus,quæ euacuat,& diuertit.*

2 *Secundo in uenis ſub lingua.*

3 *Tertio in uena frontali. Aliquando tamen à ſaphena eſt incipiendum, ut retentione menſium, & hæmorrhoidarum longa, corpore exiſtente plethorico.*

Poſt phlebotomiam uinciantur adiutoria brachiorũ,& coxarum ligatione ualida,ut materia trahatur infra.

À uenis apoplecticis cauẽdum,niſi in maximis cauſis, eo quod periculoſa ſit harum inciſio,& difficulter conſolidetur,ſic etiam à uenis aurium,& narium.

Apoplexia à ſanguine rara,phlegmatica frequentior, cuius hæc eſt cura.

Cura apoplexiæ phlegmaticæ,clyſtere.

Reci. Centaurij minoris, pulegij,calamenthi, origani, ſtœchadis Arabici, foliorum ruthæ, bethonicæ, ana.m.i. uel.ſ. carthami contuſi unc.i.aneſi, fœniculi, ana drach. *Clyſtere in apoplexia phlegmatica*

 ij.collo-

ij.colocynthidis, & agarici in pecia linea rara ligatorum drach.iij.

Omnia ſimul bulliant in ſ.q.aquæ, ad conſumptionem tertiæ partis Colaturæ recipe unc.xv. in quibus diſſolue ſacchari rub.uel albi unc.i.ſe. hieræ picræ, hieralogodij, ana unc.ſe. diaſenæ, uel diaphenici drach.iij. olei ruthacei unc.iij. ſalis gemmei, uel cõmunis drach.iij. uel.ij. uitellorum ouorũ nume.i.uel.ij. fiat clyſtere, imponatur calide, educit materias phlegmaticas à capite potenter.

Aliud clyſtere ad idem.

Enema ad idem. Recip.*centaurij utriuſq; arthanitæ, rhutæ, abrotani, polypodij quercini ana* M.i.

Bulliant omnia in uino albo pleno, & aqua ana partibus æquis ad abſumptionem medietatis.

Colaturæ recip. lib.i. olei laurei unc.iiij. hieralogodij unc.i. ſalis gemmei drach.iij. uitellorum ouorum nume.ij. miſce, detur ut ſupra.

Aliud ad idem.

Enema aliud ad idem. Reci.*Polypodij querni, ſtæchadis arab. hellebori candidi, carthami, centaurij minoris ana.m.i. bulliãt in aqua q.ſ. Colaturæ adde, hieræ ſimplicis, hieralogodij, uel benedictæ laxatiuæ ana drach.vi. uitellorum ouorũ nume. ij. ſalis gemmei drach.iij. miſce, fiat* Enema.

Suppoſitoria ad idem.

Suppoſitoria. Recip.*Salis gemmei, ſubtiliter pulueratï, ſpecierũ hieræ picræ ana drach.i. cum melle.q.ſ. fiant ſuppoſitoria. & unum poſt aliud imponatur.*

Alia.

Reci.*Salis gemmei unc.ſ. cũ melle, fiant ſuppoſitoria.* Non *utimur in* Italia *helleboro albo, quia eſt uenenum.* In *alijs uerò regionibus eſt bene competens.*

Ad intra·

Ad intra.

Valet anacardina, & mel anacardinum, de quo uide Mattheum Gradenſem, cap. de paralyſi. Loco autem anacardinæ recipe ſcrupu. i. theriaces antiquæ, uel mithridatij, uel diacori, quod ualet à proprietate occulta, impone in os.

Fiat ſternutamẽtum ex condiſi ſeu ſtruthio, ueratro albo, uel ſic. *Sternutatoria.*

Reci. Piperis, uel pyrethri, uel ſinapis parum, pulueréntur, & fiat ſternutatorium, naribus inſufflandum.

Sternutatoria domeſtica. Succus blethæ, ſampſuchi, ſiue maioranæ, menthæ. Sternutatoria fortia, ſuccus iridis, puluis minutus, hellebori nigri, aliàs albi, uel piperis, per cannam naribus immiſſam inſufflati.

Maſticatoria.

Staphiſagria, & eius decoctum ſemen, item de catapu tia maiore, olei de kerua drach. ij. prima uice: ſecunda drach. iij. & ſic deinceps ſemper augendo, cum decoctiõe raphani, primo unc. i. ſecundo unc. i. ſe. & c. Multũ ualet datum in os, rhazes. i. continent. i. *Maſticatoria.* *Rhazes 1.* *Cõtinent 1.*

Gargariſmus ex decoctione ſtaphiſagriæ factus æque prodeſt. *Gargariſmus.*

Embrocatio facta purgatione. *Embrocatio*

Rec. Sampſuchi ſicci, foliorũ, & granorũ lauri, abrotani, ſaluiæ, ſtœchadis, radicũ acori, bethonicæ, an. m. i. Bulliant in ſ. q. aquæ, fiat fomentatio ab alto, cũ ſpongia, uel cum filtro. Alius codex ponit, cum uitro.

Vnguentum.

Reci. Olei laurei, iuniperini, coſtini, ana unc. ij. caſtorij, euphorbij, ana unc. i. ceræ parum. Ferueſiant ſimul, et fiat unguentum. *Vnguentũ.*

Emplaſtrum.

Emplarum. *Recip. Sinapis.m.iij.uel.iiij.caricarum,nume.xx.euphorbij, opoponacis, caſtorij,ſerapini,ana unc.ſem. Fiat emplaſtrum ſupra caput.*

Electuarium.

Electuariũ. *Reci. Mithridatij electi,diambræ,ana unc.iij.aliàs.ij. diamoſchi dulcis unc.i. electuarij pliris narcoticon unc.i. ſem. ſeminis peoniæ collecti ſub defectu lunæ, nucis moſchatæ optimæ, tenuiſsime puluerata, ana drach.iij. confectionis anacardinæ drach.x.Fiat electuariũ cũ ſyrupo de corticibus citri. Loco eius poteſt accipi theriacæ ueteris,mithridatici,uel diacori.*

Ius cicerum rubeorum,qui habent nitroſitatẽ,& brodium gallinarum, loco uictus multum laudantur. Ciceres enim prouocant urinam,& ſeceſſum,aperiunt meatus,ponantur prius in infuſione,decoquantur poſtea ad fracturam ualuulorum ſiue corticum,addatur ſaluia,& roſmarinus.Potus ſit hydromeli, uel aqua mellis, ut aquæ partes,vij.mellis.i.cum aqua ſaluiæ,ius carnis leporis,turdi, merularum,optime conuenit.

Iſtis non conferentibus fiat cauterium potentiale.

Cauterium potentiale.

Cauterium potentiale. *Reci. Canthârides abſciſſis capitellis,& alis,pulueratas drach ij.miſce cũ fermẽto in quantitate cõueniẽti,& aceto: deinde fiat paſta.De qua recipe partẽ unam, quæ reducatur ad formã rotũdam,quæ abraſis capillis applicetur cõmiſſuræ coronali, & maneat quouſq; fiat ueſica, quæ cum acu rumpatur,ut exeat humiditas. Demũ facta exulceratione, recipe granum ciceris rubei, & ponatur ſuper locum ueſicatum,& ligetur ita fortiter,ut maneat ſuper loco,& tunc fiat foramen,& teneatur apertũ,per*

unum,

unum, aut alterum menſem, uſque ad purgationem cerebri, communiter abradunt caput, deinde accipiunt cæpe momentum, ſuper quod ponunt ſal, & cum hoc fricant fortiter caput, unde generantur ampullæ, quibus ruptis, emanat humor noxius.

Cauterium actuale, uel artificiale.

Recip. *Cauterium ferreum punctuale, ita quòd cuſpis ſit puncta, obtuſa, paucæ longitudinis, quod apponatur circa commiſſuram coronalem, quoad fiat cruſta, deinde remoueatur eſcara, ſeu cruſtula, cum butyro recenti, qua remota, impone granum ciceris, & fiat, ut ſupra, quod (auxilio Dei) ſanat apoplexiam.* Cauterium act...

Corrodini conſilium.

1 *Corrodinus primo ſtatim die phlebotomauit apoplecticam puellam, & curata fuit.*

2 *Item in apoplexia, epilepſia, paralyſi, & alijs paſſionibus neruoſis, fecit ab eodem latere in brachio cauterium potentiale: cæteris paribus ſic dicere ſolebat, &c.*

3 *Primo fiat emplaſtrum ex linimento, ſicut ſcis, unguento albo, & ceruſa, uidelicet prohiberet, ne uicinæ partes corrumperentur.*

4 *Poſtea adhibeat cauterium potentiale longitudinaliter circa cephalicam, & ad ſurdam auditionem, porrò in oculorum doloribus, eſt ſaluberrimum remedium, in utroque brachio.*

5 *Remota cauſa ponitur aliquid, quod prohibeat conſolidationem.*

6 *Curtius etiam in capite faciebat huiuſmodi cauteria, ex cantharidum pulueribus, cum aceto, & cæra, ex euphorbio, & alijs.*

APPOSITITIAE MEDELAE.

Pulvis contra uertiginem, epilepſiã, & apoplexiam.

Detur puluis ſequens ex aqua baſilici maioris, uel ſi lij conuallis, aut lauandulæ: puluis aduerſus ſcotomiam, epilepſiam, & apoplexiam expertus.

Recip. Granorum peoniæ, coriandri præparati, nucis moſchatæ, uiſci quercini, ana unc. ſem. cubebarum, galangæ, macropiperis, tormentillæ, zinziberis, ana drach. i. florum anthos, uel foliorum eius, drach. ij. ſacchari taberzeth, unc. iij.

Fiat puluis, detur omni mane, & ſero, p. i. uel. ij.

Miſtura ad idem, & etiam cõtra paralyſim.

Miſtura cõtra paralyſim, & apoplexiam.

Recip. Aureæ Alexandrinæ, Mitridatici optimi, ana unc. ſem. electuarij de peonia, unc. i. diamoſchi, diambræ, ana unc. ſem. drach. i.

Fiat miſtura cum ſufficienti ſyrupo ſtœchadite. Et de hac miſtura poteſt quis uti ſingulis ſeptimanis ſemel, aut bis, in aurora ad pondus floreni, uel ſolidi unius, aut ultra, ſi lubet.

Nolo etiam, pios lectores, cælare conſultum D. Ioannis Manardi collatæ Doctoralis laureæ Brabentæ mei, mihi priuatim ab ipſo impertitum.

Prophylax in epilepſia, & apoplexia.

Primo utendum hijs pilulis, in introitu lecti.

Reci. Aloes, ſcamonij, bdellij, hellebori nigri, colocynthidis, gummi, ana. p. i. euphorbij, nitri, ana. p. ſ. Formentur cum ſucco braſsicæ rubræ, doſis. iij. uel. v.

Pilulæ in cã frigida.

Electuarium ad idem, mane, & ueſperi ſumendum, doſi drach. i. uel paulò plus.

Electuariũ diapyrethrõ.

Recip. Pirethri, p. i. mellis cocti, & expumati, p. iiij. Fiat ad modum eclegmatis.

Decoctum.

Mirè etiam conducit decoctum hyſſopi, bibitum ieiune.

Odoramẽtũ

Et ſyluestris rutha aſsiduè odorata.

DE LETHARGO, CAPVT V.

Definitio.

LETHARGVS *eſt inexpugnabilis dormiendi cupiditas, ueteranus aliàs quoque dictus, eo, quod qui hoc laborant, æterno ueluti ſopore afficiantur.* *Gal. lib. def. medic.*

APHORISMVS.

I*N quo morbo ſomnus laborem præſtat, mortale. Aphor. xij.* *Aphoriſmus triplex cauſa lethargi.*

Somnus fortis cauſatur à uaporibus eleuatis à digeſtione prima, qui uapores ſunt multum craſſi, & turbidi.

Mediocris uerò à uaporibus ſecundæ digeſtionis, qui ſunt medij inter ſubtiles & craſſos, leuis autem à uaporibus tertiæ digeſtionis, qui ſunt ſuaues, & muliebres, & ideò facilè reſolubiles.

Competunt in hac ægritudine ſuppoſitoria, poſita in capite de apoplexia, & ſequens egregium eſt ad hoc,

Recip. Hieræ unc. ſem. colocynthidis drac. i. uel. ij. ſalis baurach, uel gemmei drach. i. mellis quod ſatis eſt. Fiat ſuppoſitorium, & non imponatur non coctlo melle, ne comburatur: & quandoque additur agaricus, pro arbitratu medici. *Suppoſitorium in lethargo.*

Clyſtere ad idem.

Recip. Camomillæ, meliloti, centaurij minoris, pulegij, calamenti, ana man. ſem. carui, ameos, aniſi, fœniculi, ana unc. ſem. uel. i. cumini drac. ij. agarici in pecia ligati drac. ij. colocynthidis interioris, ligatæ in pecia linea, drach. i. Bulliant omnia in ſ. q. aquæ ad conſumptionem medietatis: deinde coletur, & de colato. *Clyſtere ad idem.*

Recip.

Recip.unc.xv.in quibus diſſolue,ſacchari rubei,hieræ picræ Gal.hieralogodij an.unc.ſem.olei camomillini unc. iij.ſalis communis drach.ij.Miſce, fiat enema,quod optimum eſt: euacuat enim à capite,& alijs membris. Facto hoc clyſteri,accipiantur iſtæ pilulæ.

Pilulæ in lethargo bonæ. Recip.Pilularum cochiarum Almanſorij ſcrup.ij.ſem. reformentur pilulæ nume.v.& dentur ſero.

Canon.

Repercuißiua non debent in hoc caſu ultra tres dies adminiſtrari, quia omnis materia interim flueret ad locum.

Poſtea inſufflentur aliqui pulueres,ut condiſi,hellebori albi: poſtremo apponatur abraſo capite emplaſtrum, poſitum in capitulo de apoplexia.

Confectio aquæ mellis Hydromel aliquando eſt magnæ commiſtionis, & eo utuntur authores,ut accipiendo,mellis electi,boni,& expumati partem.i.aquæ fontanæ, uel roſaceæ partes.viij. Bulliant ad conſumptionem medietatis.

Aliquando eſt paucæ commiſtionis,ut recipiendo partem.i.mellis, & partem aquæ: & eſt pauci nutrimenti, multum tamen humectat: aliquando eſt commiſtionis mediocris.

Aneſum non adminiſtratur,quoniam ſomniferum.

DIAETA.

Omnia euaporantia,& acrumina,uel acuta,ſunt hic prohibenda:ſimiliter & uinũ.Detur autem brodium cicerum rubeorum,caulium quoq; leuiter coctorum:& uinum granatorum conuenit. Aniſum non adminiſtratur, quia ſomniferum. Melior omni alia adminiſtratione eſt exhibitio clyſteris.item ſuppoſitoria bene faciunt.De his lege Guainerium,cap.4.de lethargia. *Guainerius.*

ADIVN=

ADIVNCTIONES PROPRIAE.

EVellantur uibriſſi,ſeu pili barbæ,fiant ſternutamenta, olfaciat æger nidorem concrematorum capillorum,& ſuccerdæ,fricentur fortiter extremitates, adhibeantur odoramenta expergifica, ex rutha,caſtorio, & confecta. Demum ingeratur ori dioſpolitici Galenici, uel Aeginetani, quantum capit cochlearium.i. cum poſca. Neque interim obliuiſci oportet naturalium excretionum,quæ phlebothomia,clyſterijs,& balanis (dum pharmacis non ſit integrum) fieri queunt. Refert Gordonius quoſdam lethargicos , facto ingenti ſtrepitu, clangore, quin & porcino grunnitu ex inſperato ſuſcitatos eſſe. Dioſpolites. Gordonius.

DE CONGELATIONE, CAPVT VI.

Definitio.

CONGELATIO *ſecundùm Silanum,& Gordonium,eſt affectio puppis capitis, uel cerebri, propter quam homo ſenſus expers redditur, & motum in toto corpore perdit. Eius materia eſt frigida, & ſicca,ut melancholia, & phlegmatica uitrea,aliquando cauſa eius eſt, aer ualde frigidus,& ſiccus : unde moriuntur plures in regionibus ſeptentrionalibus.*

Linimentum.

Recip. Caſtorij,euphorbij,ana unc.ſem.olei ſambucini lib.i.Miſce,inungatur eo poſterior pars capitis. Linimẽtum.

In humore melancholico clyſtere.

Clyſtere in cõgelatione melancholica.

Recip. Polipodij,epithimi,foliorum ſenæ, ana m.ſem. ſtechadis arab.calamenti,pulegij,ana man.i.uel ſem.hel-

lebori

lebori nigri unc.ſem. utriuſque ſaluiæ, florum boraginis, bugloſſæ, ana man.i.uel ſem. Bulliant omnia in ſ.q.aquæ, ad conſumptionem medietatis, coletur: colaturæ.

Recip. unc.xv. in quibus diſſolue, hieralogodij, electuarij indi maioris, ana drac.vi. olei camomillini unc.iij.uel iiij.(aliàs x.) ſalis gemmei, uel communis drach.ij. uitellum unius oui. Fiat enema, in humore phlegmatico congelato, uel uitreo.

Clyſtere in cōgelatione phlegmatica. Recip. Stæchadis arab. maioranæ, bethonicæ, ſaluiæ, radicum acori, & citrinæ, ana man.ſem. centaurij minoris tantundem, carthami contuſi unc.ſem. pulpæ colocynthidis, ligatæ in pecia rara, drach.i.ſem. agarici electi ſimiliter in pecia ligati tantundem, uel drach.ij.

Omnia bulliant in ſ.q.aquæ, ad excoctionem dimidij: coletur, colati.

Recip. unc.xv. in quibus liquentur ſacchari rubei unc. i.ſem. electuarij de baccis lauri drac.vi. diaphœnici drac. ij. olei communis unc.iij. ſalis gemmei, uel communis drac. iij. uitellum unius oui. Et fiat clyſtere.

Hoc facto, remoueatur mala complexio frigida, & ſicca, ſubſcriptis remedijs.

Inunctio.

Inunctio. Recip. Olei ſambucini, ſpicati, ruthacei, caſtorini, uel coſtini, ana unc.i. in hoc oleo calidè uehementer infundantur peciæ lineæ, & applicentur poſteriori parti capitis, uel cerebri.

Aliud linimentum.

Linimentum. Recip. Piperis, euphorbij, pyrethri, caſtorij, ana drac. i.ſem. uel.ij.ſem. omnia puluerentur, & cum oleo coſtino, q.ſ. reducantur ad formam linimenti, cum quo calidè inungantur partes poſteriores capitis.

Sed ad

Sed ad intra peculiariter utimur iſto electuario, ſumendo bolum caſtaninæ magnitudinis mane, & ſero, quãdo itur cubitum.

Recip. Theriaces bene fermentatæ, Mithridatici optimi, diamoſchi dulcis, diambræ, ana drach. vi. Electuariũ.

Miſce cum ſyrupo ſtæchadite, & formetur electuarium, doſis caſtaneæ quantitas in mane, in ſero autem quantitas auellanæ unius: & unoquoque iſtorum per ſe utatur, ſecundùm prædictum modum.

Item anacardina confectio ad hoc eſt ualde conueniens, & utilis: & etiam miſtura de eadem facta, ſuperius deſcripta in appoſititijs medelis, cap. de apoplexia. Anacardina miſtura.

Aqua uitæ, ſiue ardens, linita ſuper poſteriore parte capitis, eſt multum opifera. Vtatur regimine calido, ex omnibus ſex rebus non naturalibus. Linitio.

DE PARALYSI, CAPVT VII.

Definitio.

PARALYSIS, *eſt affectus motum uoluntarium offendens, in partibus, uel parte quadam contingens. Fit autem neruis, uel muſculis patientibus. Itaque neruorum reſolutio potiſſimum dicitur, ubi motus deperditus eſt: ubi uerò partium aliquarum ſenſus perit, eam partem ſenſus expertem, reſolutam uerò non adeò dicere conſueuimus.* Gal. lib. defi ni. med. Idẽ de locis affec. ca. 10. Idẽ de ſympto. cau. li. 1.

Principio igitur ſtupidi fiunt, deinde omnino & ſenſum, & motum amittunt: nominaturq́; huiuſmodi ipſorum uitium paralyſis.

CAVSAE

CAVSAE SIGNA.

Cauſæ primitiuæ, ligatura fortis membri, compreſſio cerebri, uel neruorum ex percuſſione, contuſione, attritione, apediatione, motibus laborioſis, caſibus, diſlocatione ſpondilium, & ſpinæ dorſi, inciſione neruorum, ſeu uenarum per tranſuerſum, timore, & ſimilibus, animæ accidentibus, nimia frigiditate, regimine humido in rebus non naturalibus.

Signa harum cauſarum ex relatione patientis, & aſtãtium habentur.

Cauſæ antecedentes, ſanguis aliquando, phlegma plurimum, melancholia raro, cholera, ſi alijs humoribus permiſcetur. Signa horum humorum ſæpius dicta ſunt.

Apoplexia, epilepſia, cholicæ, ſuffocatio matricis, febres temporales, ſpiritus craſſus, paucus infectus mala qualitate. Signa iſtorum.ſ. quæ præceſſerunt.

Cauſæ coniunctæ, apoſtema, oppilatio, in origine nuchæ, in una parte nuchæ, ineptitudo membrorum, actu propriæ uirtutis.

Alia litera ſic habet.

Cauſæ coniunctæ ſigna ſunt, apoſtema, febris, dolor, tumor, & duricies in loco, oppilatio in origine nuchæ, excepta facie, totum corpus patitur, aliquando in una parte nuchæ, illius pars eiuſdem lateris patitur.

Et ſi mala complexio calida, & ſicca raro eſt cauſa paralyſis, quia facit ad ſenſum, & motum, immoderata tamen caliditas, & ſiccitas debilitat ſenſum, & motum in membris, & conſequenter cauſat paralyſim, quia ſic Galenus ait. ij. part. Aphoriſ. Commento xx. omnis (inquiens) immoderata intemperies deijcit, aut exoluit actum, uel operationem propriæ uirtutis. Fit igitur *ſæpius a materia*

Gal. 2. part. Aphor. Cõmento. 20.

Paralyſis unde fiat.

teria phlegmatica ſubtili in poroſitatibus neruorũ imbibita, & ipſos mollificante, reſoluẽte'ue, aut relaxãte, unde fit prolongatio nerui ad differentiã ſpaſmi, quia ſpaſmus fit à materia craßiori implente neruos, unde fit abbreuiatio ſecundum longum, & ſecundum latum augmentatio.

Differt paralyſis à ſpaſmo. In illa pars ſana attrahit ægrã, in hoc contra. Secundo, quia membrũ paralyticatũ prolongatur, ſecũdũ ut iã dictũ eſt. Tertio quia fit à materia. Quarto quia mẽbrũ paralyticatũ põt plicari, & leuari cũ alia, uel altera manu flecti, ſpaſmatũ aũt non. Differentia inter paralyſim, & ſpaſmum.

Vrina ut plurimũ in eis eſt alba, quãdoq; rubrificãs ualde, ob debilitatẽ renũ, in diſcernẽdo ſanguinẽ ab aquoſitate, ut debilitate uenarũ, ab attractiõe ſanguinis, aut dolorẽ, qui fortaſſe eſt cũ eis, aut ægritudinẽ aliã eis propinquã.

Nucha ſimilis eſt cerebro in diſpoſitionibus ſuis, ad duas diuiſiones, licet ea ſenſus non diſcernat.

PRAESAGIA.

1 Paralyſis ex nerui inciſione per tranſuerſum eſt incurabilis. Præſagia paralyſis.

2 Vrina infantium uiridis paralyſim innuit.

3 Stupor, & tremor perſeuerans, prætendit, & nunciat paralyſim.

4 Facies ſana manet, niſi cauſa ſit in cerebro.

5 Paralyſis in ſenibus, uix, aut nunquam curatur, quia ſunt debiles, in radice, & phlegma, & humores gelidi cõtinue generantur in eis.

6 Si febris ſubuenerit paralyſi, bonum, quoniam conſumit paralyſim.

7 Superueniẽte tremore, bonũ, quia fit expulſio materiæ.

8 Si membrum paralyticatum minoretur, aut extenuetur, malum, quia ſignum eſt, quod non nutritur, & ſi co-

lor eius mutetur, & non ſit ſicut color reliqui corporis, malum ſignum,& indicium incurabilitatis.

9 *Si homini paralytico non cito ſuccurratur, paralyſis ſit conſuetudinaria, isq́; clinicus redditur, & ſit morbus conſequenter immedicabilis.*

10 *In omni ægritudine neruorum, quantum ſpectat ad digeſtionem, euacuationem, reſolutionem,&c. debemus incipere à lenioribus, et paulatim ad fortiora procedere, ne agitata materia in principio, plus furiat, ac fluat ad locum doloroſum. Licet* Rhazes *à pilulis fœtidis incipiat, quæ ſunt fortiſsimæ, tamen præſupponit alia generalia,& leuiora præceſſiſſe.*

11 Non *ſolum eſt intendendum membris paralyticatis, ſed etiam,& prius origini neruorum, ut nuche, & cerebro tanquam cauſis, deinde membris paralyticis.*

12 Quando *ſit phlebotomia, fiat per antitheſin, hoc eſt partem oppoſitam.*

13 *In ægritudinibus chronicis debemus interpolatim medicinas adminiſtrare, ne natura laſſetur, & quodam modo aſſueſcat medicinis.*

14 *Interea uerò dum quieſcitur debemus reſumere uirtutem,& confortare.*

15 Q*uæ applicantur, ualere dicunt in hac ægritudine, ſecundum qualitates primas, ſecundas,& tertias.*

Digeſtio materiæ,& euacuatio.

Digeſtiuum leue.

Digeſtiuum. Recip. *Oxymelitis ſimplicis, mellis roſati colati, ana drach. vi. aquarum bethonicæ, ſaluiæ. unc. i. ſe.*

Miſce, quater aut quinquies exhibeatur potus iſte.

Deinde tempore intermedio fit tale clyſterium.

Clyſtere, Recip. *Chamæmali, aneſi, fœniculi, ſa luiæ, bethonicæ, ana*

ce, ana.m.i.uel ſe.

Fiat decoctio ad cõſumptionem medietatis, de qua re= cip. unc.xv. In quibus diſſolue ſacchari rubri unc.i.ſe. uel.ij.mellis roſati colati unc.i.ſem.uel.ij. ſalis darch.ij. olei cõmunis unc.iij.uel.iiij.miſce, fiat clyſtere.

Hoc facto, poſt aſſumptionem ſyruporũ uſq; ad quintũ diem, detur hæc medicina, mane ante diẽ per duas horas.

Reci. pilularũ de hiera ſimplici de hiera Nicolai, *aga rici trochiſcati ana ſcrup.i. Formentur pilulæ.v.cũ ſyru po ſtœchadite. Poſt exhibitionẽ huius medicinæ, quieſcat æger per.i.uel.ij.dies, & trãſacto biduo, iterũ utatur ſe quenti digeſtiuo fortiori, ſic cõtinuando per.v.dies.* *Pilulæ.*

Digeſtiuum priori ualentius.

Reci. *Syrupi ſtœchaditis cum ſpeciebus, mellis roſati colati, oxymelitis ſimplicis, ana unc.ſe.aquarum iuæ, be= thonicæ, abſinthij an.unc.i.ſ.uel.i.miſce detur in aurora.* *Digeſtiuum.*

Deinde fiat iterum euacuatio cum iſtis pilulis.

Reci. *Pilularũ cochiarũ ſcrup.ij.ſœtidarũ, agarici tro chiſcati ana ſcrup.ſ. Fiat pilulæ.vij. cũ ſyrupo ſtœchadi= te, exhibeãtur ut aliæ, & uſq; ad iſtud tẽpus utatur diæta tenui, quæ dicetur, & hoc tempore poteſt fieri lenitio, uel inunctio circa nucham, & membrũ paralyticatum; cum oleo camomillino, anethino, & maſtychino, elapſa xiiij. die, ueniendum ad fortiora, & fiat tale digeſtiuum.* *Pilulæ.* *Inunctio.*

Reci. *Oxymellis ſcyllitici, ſyrupi de ſtœchade, mellis roſati colati ana unc.i.uel ſem.aquarum iuæ bethonicæ, ana unc.i.ſe.miſce, aromatizetur cum exiguo nucis mo= ſchatæ, ſic accipiatur portiuncula nucis moſchatæ, & po natur in ſyrupo ſero, per totam noctem, poſtea coletur ſyrupus, & detur calidus mane ante diem, ſicut alij, & ſu per dormiat ad lubitum.* *Digeſtiuum.*

Poſtmodum exhibeantur iſtæ pilulæ.

Pilulæ. *Reci. Pilularũ fœtidarum rhazis ſcrup.ij. cochiarum eiuſdem drach.ſe. reformentur pilulæ ſeptẽ, cum ſyrupo ſtæchadite,& præbeantur.*

Diuerſio fiat primum cum diuertentibus euacuando, ut cum ſequenti clyſterio.

Clyſtere.

Clyſtere diuerſiuum. Reci. *Centaurij minoris, camomillæ, utriuſq; ſaluiæ, bethonicæ, ſtæchadis* Arab. *ana m.i.herbarum paralyſis m.i.ſe.pulpæ colocynthidis ligatæ in pecia drac.ij. carthami parum contuſi unc.ſ.*Fiat *decoctio in ſ.q.aquæ, ad conſumptionem medietatis,de colato.*

Reci.*unc.xv. in quibus diſſolue ſacchari rubei unc.i. hieræ picræ,hieralogodij,ana unc.ſe. mellis roſati colati unc.i.ſe.olei ruthacei unc.iij. ſalis cõmunis drach.ij.miſce, fiat clyſtere.*

Frictio. *Fricationes poſſunt fieri in parte ſana, ad diuertẽdum in parte ægra,ubi aũt ſacta eſſet,poſſunt exquiſite fieri fricationes in parte læſa: ſimiliter hoc tẽpore poſſunt adfigi cucurbitulæ membro læſo,uerſus capita lacertorũ.*

Cõfortatio. *Confortatio cerebri,& neruorum, & reſolutio reſiduæ materiæ.*

Primo *quantum ad localia, quæ applicantur nuchæ, & membro læſo, ordinari poteſt admodum ſequentis inunctionis.*

Inunctio. Reci. Olei *coſtini ſecundum* Rhazem,*oleo uulpini lateritij oua drach.vi.pinguedinis lupi,uulpis,urſi,uel meslis ana drach.ij.* Iuæ *primulæ ueris, ſaluiæ ana drach.ſ. pulueranda pulucrentur,& liquefacienda liquefiant, & ex prædictis,& exiguo cæræ fiat inunctio, & inungatur patiens ut dictum eſt.*

Oleum

Oleum uiperinum.

Reci. *Tres uel quatuor uiperas, abſcindantur partes extremæ, caput, & cauda per quatuor digitos, reliqua uerò pars per quatuor fruſta diuidatur, & in olla perforata ponatur, quæ olla ponatur in ollam aliam maiorem, deinde orificia earum claudantur bene cum luto ut expirare non poſſint: deinde collocetur, aut ſtatuatur in cacabo pleno aqua ebulliente, & ibi ſtet, continue bulliendo per duas horas in olla, tunc extillabit liquor à uiperis quæ erant in olla perforata, cum illo oleoſo liquore inungantur nucha, & membra paralyticata, ſiquidem à proprietate ualet paralyticis.* Oleum uiperinum.

Aliud oleum ex ciconijs optimũ ad idem.

Reci. *Ciconiam unam, & extractis uiſceribus, & deplumata ea bulliat in ſ.q. olei cõmunis, quouſq; diſſoluatur, ita ut carnes ab oſsibus ſeparẽtur, deinde carnes accipiantur, & fortiter piſtentur, & denuo bulliant in prædicto oleo, & poſtquam bullierint, extrahantur ab oleo, & fortiter exprimãtur, & illud oleũ æquiualens eſt priori, habetq; eundem uſum.* Oleum ex ciconijs.

Aliud ad idem, quo pecuiariter uſus eſt Leonellus, in oĩ ſpecie Arthriti dis.

Reci. *Anſerem ueterem, euiſceretur, & deplumetur, deinde in uentrem eius ponantur hæc.*

Reci. *Pinguedinis anatis, lupi, uulpis, taxi, felis ſylueſtris, ana unc. ij. Saluiæ uiridis, ſuæ, primulæ ueris, herbæ paralyſis, uel artheticæ, ana. m. ſ. Iſtæ herbæ uirides una cũ pinguedinibus fortiter piſtentur, hisq; inferciatur anſer, poſt conſuatur, deinde affigatur ueru, & paulatim aſſetur. Porro liquor adipalis ille, qui emanabit, ſeruetur caſui dicto, quo inungatur nucha, & membrũ paralyticũ,* Aliud oleum ad idem efficax.

 ſit autem

ſit autem anſer pinguis,& bene ſaginatus.

Fit cõiter balneũ ex decoctione uulpis,hoc modo.

Balneum. Reci. Vulpem exenteratum, & excoriatum,qui ruptis oßibus bulliat in ſ.q. aquæ, quouſq; caro ab oßibus ſeparetur,deinde cum illo decocto embrocetur nucha, & membrũ paralyticatũ. Hoc enim eſt cõueniens ex cõfeſſione omnium autenticorum medicorum.

Vnguen catulinum ad idem perutile.

Vnguẽ catulinum. Rec. Catellos ruſulos,euiſcerẽtur,& elixẽtur in aqua ſufficienti,uſq; ad exceſſationem, ita, ut in ſuperficie oſſa ſint prorſum denudata,deinde dimittatur uas infrigidari, in quo bullierunt catuli, poſtea liquatum colligatur, & cum illo inungatur nucha,& artus reſoluti.

Singularia præſidia ad idem.

Aqua ardẽs. Efficax remedium in paralyſi eſt aqua ardens, cũ qua nucha,& membra paralytica inungantur, eandem locis illis reſolutis fortiter infricando.

Thermæ. Thermæ naturales,& ſulphureæ,et aluminoſæ ad hoc ſatis ſunt conuenientes, hæc quãtum ad extrinſecus adminiſtranda: quantum autem ad ea quæ interius ſumuntur, hæc conueniunt.

Electuarium ad idem.

Electuariũ. Reci. Diacori,diambræ, diamoſchi dulcis,ana unc.ſ.De iſto electuario recipiat ægrotus cubitum iturus quãtitatem caſtaneæ magnæ. Ad idem laudatur mithridaticum à

Mithridatiũ Galeno,& paſtilli theriaci,ſic ſumpti.

Theriaca. Reci. Theriacæ drach.1.ſumat mane cũ aqua ſaluiæ.

DIAETA.

Diæta. Totum regimen declinet ad caliditatem, & ſiccitatẽ, carnes ſint concoctu faciles,boni nutrimẽti,modicæ quãtitatis,ut perdicum, phaſidum, & conſimilium,quæ con-

diantur

diantur cum aromatibus optimis. Craſſas autem & duræ digeſtionis, uidelicet boum, uaccarum, hircorum, ſimiliter humidas, ut porcinas, caſtratinas, ouinas, anatinas, aliarumq; aquatilium uolucrũ. Item frigidas herbas omnes deuitet. Comedat ſaluiam, maioranam, petroſelinũ, fœniculum, bethonicã, &c. Vinum dimittat omnino. Item brodialia cuncta quantum poteſt. Bibat mulſum ſaluiatũ, uel aquam mellis, in qua bullierit ſaluia. Accidentia animi, ſicut triſtitiam dimittat. Iraſcatur tamen aliquãdo de induſtria, ut humiditas reſoluatur, habeat curam in ciendis excremẽtis, ut aluus ſingulo die naturaliter exoneretur, quod ſi negatum fuerit à natura, fiat arte cũ clyſteri appropriato, ut infra.

Clyſtere conueniens paralyticis.

Reci. Saluiæ, ruthæ, ſtœchadis, maluæ, mercurialis, centaurij minoris, furfurum, camomillæ, ana tertiam partẽ. m. i. Fiat decoctio in aqua ſufficienti, uſq; ad cõſumptionem tertiæ partis. Colati recipe uncias. xv. uel pluſculum, diſſoluẽdo in eodem, hieræ picræ, uel benedictæ ſimplicis, aut Hieralogodij unc. ſ. medullæ caſiæ unc. i. mellis roſati colati unc. ſ. uel drach. vi. olei communis, uel camomillinum unc. iij. ſalis cõmunis triti drach. ij. Poteſt etiam addi prædictæ decoctioni, ſeminũ aniſi, fœniculi, cimini, &c. parum, & erit uigoroſius. *Clyſtere cõueniẽs paralyticis.*

Aliud clyſtere ad idem, & ad apoplexiam, ſubeth, lethargum, epilepſian.

Recipe Centaurij gracilioris, abrotoni, calamenti, origani, utriuſque ſaluiæ, utriuſque ruthæ, ana. m. ſem. ſeminum aneſi, marathri, ſeſeleos, ana drachm. ij. ſtœchadis Arab. drach. iij. pulpæ colocynthidis, agarici, ana drach. ij. caſiæ drach. ij. uel. ij. ſ. Fiat decoctio in ſ. q. *Aliud clyſtere ad idem.*

aquæ,uſq; ad conſumptionem tertiæ partis, deinde reci. dictæ decoctionis unc.xij.uel.xv.in quibus eliquetur,bieræ picræ drach.vi.ſalis gemmei drach.i.ſ.miſce, & fiat clyſtere, poſſent addi unciæ binæ, ſeu ternæ olei caſtorini,& erit melius,& fortius.

Potus ſublimis in ęgritudinibus neruorum.

Guainerius. *Hydromeli.* Rec.*Aquæ pluuialis lib.iiij.mellis, lib.ſ.(* Alius codex *ponit lib.v.)calamēti,origani,ana.m.i.ſaluiæ,maioranæ, pulegij,aliàs polij,ana.m.ſ.bulliant ſimul,remouēdo ſpumam, donec aqua ſit ad dimidium excocta, & tunc coletur,& in colato ponantur huiuſmodi ſpecies.*

Sub alia forma.

Reci.*Cinnamomi electi,piperis albi,garyophyllorum, ana drach.ſ.*Reci.*cinnamomi electi unc.iij.zinziberis d bi,aliàs leucopiperis drach.ſ.* Aliud *exēplar habet unc.ſ. ferueant uno feruore, poſtea remoueantur ab igne, reſeruetur in uaſe uitreato, non bene obturato donec reſideat.*Et *quod erit clarū reponatur,& ſeruetur ad uſum, hæc pro* Diæta.

In mala complexione neruorum unguētum præcellentiſſimum.

Vnguentum artheticum. Reci.*Olei laurei,nardini,de terebenthina,ana unc.ſ. uini maluatici unc.viij.pirethri,piperis, ſynapis,arcettbidum, anacardi,gummi hederacei,ana drach.i.ſ.teratur, miſce in uino , & oleo , bulliant in duplici uaſe, ad conſumptionem uini, tunc coletur , facta optima expreſſione ſuperaddantur ceræ , chalbanes, bdelij, euphorbij, pinguedinis caſtorij,adipū urſini, & anatini, ana drach. ij.*Fiat *unguentū arte,quod habeo ualde ſingulare,de quo fiat unctio,& non niſi poſt bonam euacuationem, incipiat autem à collo inungi.*

ADTEXTA

ADTEXTA PHARMACA.

PRimitus utendũ eiuſmodi ſyrupo, qui ſimul digerit & euacuat, doſis eius eſt triens, aut quincunx in aurora.

Recip. Radicum acori lib. ſem. ſaluiæ man. iij. florum ſtæchadis arabi quar. i. turbithi electi gũmoſi unc. i. agarici electi, drac. vi. zinziberis, drac. i. ſem. Contuſa decoquantur in lib. iij. aquæ uſque ad conſumptionem tertiæ partis, cui decoctioni adde, ſyrupi ſtæchaditis, unc. vi. mellis roſati colati, ſacchari, ana unc. iiij. Fiat ſyrupus longus ſecundùm artem, bene clarificatus, & aromatizatus, cum xyloaloes, cinnamomi, & nucis myriſticæ, ana q. ſ. Syrupus pro paralyticis.

Pro maiore euacuatione ſumat noctu pilularum arabicarum drach. i. Pilulæ.

Vnguentum optimum in confortatione membrorum, de quo fiat unctio, præcedentibus tamen uniuerſalibus iam iam commemoratis.

Recip. Olei laurini, de terebenthina, nardini, balſamini, petrolei, ana unc. ij. uini maluatici unc. viij. uini ſublimati unc. iij. pyrethri, piperis, ſinapis, granorum iuniperi, gummi hederæ, anacardi, ladani puri, ana drach. i. ſ. Terantur, & miſceantur ſimul, cum oleis, & uino, & bulliant ad ignem, in duplici uaſe, uſque ad uini conſumptionem, & tunc coletur, facta optima expreſſione, poſtea ſuperaddantur, ceræ, chalbanes, bdelij, euphorbij, myrrhæ, pinguedinis caſtorij, adipis urſi, & anatis, ciconiæ, ana drach. ij. Fiat unguentum arte. Vnguẽtum.

BALSAMVM PRAECIOSISSIMVM AD IDEM ET ALIA MVLTA.

REcip. Ligni aloes, lotones ij. opoponacis, reſinæ pineæ, bdelij, galbani, mirrhæ, maſtyches, ſarcocollæ,

ana loto-

ana lotonem.i.olei benedicti, lotones nume.iij.ladani,lotones.ij.carpobalſami, xylobalſami,opobalſami,uel balſami artificialis,ana lotonem.i.olibani,daphnelæi,ſanguinis draconis,caſtorij,ſpicænardi,galangij,cubebarum, maceris,cinnamomi,cardamomi,melicetorum, corticum citri,ana lotonem.i.olei de terbenthina ad pondus omnium, oliui ueteris lib.i.ſem.

Piſtentur gummi ſubtiliter, dein ſuperfunde tantum uini aduſti, ut alia obruat,aut obtegat, poſtea ponatur in balneum mariæ per triduum, ad digerendum, poſt adde reliqua.

Pulueranda puluerentur, & addito oleo de terbenthina, & oleo communi,iterum digeratur in balneo mariæ, uel in fimo equino per quatuordecim dies, demum deſtilletur in cinere lento igne, ſecundùm artem.

DE TREMORE, ET STVPORE, CAPVT VIII.

Definitio.

EST MEMBRI ablata,uel diminuta ſenſatio,propter tactiuorum ſpirituum paucitatem,aut ipſorum,ſeu mẽbri indebitam diſpoſitionem,ab alicuius rei mala qualitate eiſdẽ impreſſa cauſatam.

Quidam ſic definiunt. Stupor eſt diminutio ſenſus tantùm, ſi differatur ſenſus per unum membrum, & motus per aliud:ſed ſi ambo per unum neruum,ſtupor eſt diminutio ſenſus,& motus.

STVPORIS ET TREMORIS SIGNA, ET CAVSE

EAedem ſunt cauſæ ſtuporis, tremoris, & paralyſis, niſi quòd diſcrepant ſecundùm maius & minus: quia maior eſt oppilatio in paralyſi quàm in alijs.

Tremor & ſtupor ſunt uiæ, uel incurſiones in paralyſim. De cauſis huius morbi lege Arculanum. *Membra ſtupida uidentur, & eſſe maiora, & grauiora, quàm antea fuerint, quia ſpiritus ſenſitiui, & motiui non poſſunt libere tranſire ad membrum, propter quam inopiam ſequitur malus motus, in membro ſtupido.*

Arculanus. Cauſa ſtuporis.

*Quemadmodum ſtupor eſt * membrorum tactiuorum & ſenſitiuorum, ita tremor eſt paßio motiuorum.*

* aliàs neruorum.

Eſt autem tremor motus compoſitus ex uirtute eleuatiua, & grauatiua membri deprimente, ita quòd huiuſmodi motus eſt partim uoluntarius, partim non uoluntarius.

Differentia inter ſtuporem, & tremorem.

Coitus, cibus'ue nimius, & potus uini exceßiuus, maximè ieiuno ſtomacho aliquando ſunt cauſa tremoris.

Quando ſtupor eſt in principio alicuius nerui motiui, & ſenſitiui, tunc eſt particularis ſtupor in aliquo mēbro.

PRAESAGIA.

SI cauſa ſtuporis eſt in ipſo cerebro, & eſt ſtupor cōmunis toti corpori, tunc eſt mortalis.

Stupor alicuius membri, diu permanens, ducit ad paralyſim.

Stupor denunciat paralyſim, uel ſpaſmum, apoplexiam, epilepſiam, ſi non curetur.

Stupor in facie, ſignificat torturam.

Tremor ſiniſtri lateris deterior.

In lethargo tremor malum.

In febre circa uentrem cauma, malum, & morſus cordis, uel tremor malum.

Tremor

Tremor in ſenibus non remouetur medicinis, ſi fuerit permanſiuus, & non ex cauſis primitiuis.

Dicit Auicennas *authoritate* Hippocratis, *quòd ſi alicui in cauſonide ſuperuenerit tremor, & acceſſerit etiam ſenſus permiſtio, ſoluitur à dicta febre.* Et Auicennas *dicit, hoc eſt poßibile, licet* Galenus *teneat oppoſitum, & hoc lib. vi.* Aphoriſmorum, & Aphoriſmo.xxvi.

Auicennas. Galenus.

CVRA.

QVãdo tremor accidit à cauſa primitiua, frigida, & humida, ut propter nimiam potationem gelidæ; tunc optimè conueniunt balnea calida, & ſicca, ut eſt balneum aereum, ſicut ſtupha, aut calidum, ſiue igneum, ſicut furnus calefactus, aut quod uirtualiter fit, ſiue naturaliter, ut ſequetur.*

Competit in hoc caſu balneum ſulphureum, item aluminoſum, nitroſum, aut gypſoſum, ſiue quod arte paratur ex herbis, utpotè, ſtæchade, ſaluia, ſampſucho, origano, calamento, mentha, pulegio, bethonica, chamedreos, & ſimilibus. Iſtarum herbarum potes ſumere ſingulatim, uel unitim pro lubitu, uel exigentia rei.

Herbæ pro balneo.

Auicennas. Propria *tremoris (inquit* Auicennas) *ſunt, oleum de andochora, uel potius andachocha, aut handachuca, ideſt, loto, ſeu flore trifolij, cerebrum leporinum aſſum.* Et *ſi eſt tremor in capite, expertum eſt ſumere in potu ſtæchaden cum hydromelite, uel ſine potu in forma pilulari.*

Ex *nocentibus autem ualde eſt nimia frequentatio phlebotomiæ, immodicus uſus uini, aceti, coitus, & aquæ frigidæ, &c.* Porrò *caſtorium. item oleum caſtorinum, & oleum de cucumere aſinino ſunt propria tremori à cauſa frigida.*

Olea in tremore frigido utilia.

ADDITIO.

Oleum, ſiue balſamus optimus, ualens aduerſus tremorem, iectigationem, ſpaſmũ, torturam, & ſtuporem inſigniter: quo ſpina, & nucha ſæpius inũgi poſſunt.

Recip. Myrrhæ electæ, aloes hæpatitis, ſpicænardi, ſanguinis draconis, thuris, mumiæ, opoponacis, ana drach. ſ. carpobalſami, croci, maſtyches, gummi arab. ſtyracis liquidæ, ſtyracis rubeæ, ana drach. ij. ſem. moſchi fini, drac. ſem. herbæ paralyſis man. ij. terebenthinæ ad pondus omnium prædictorum. Puluerentur, & miſceantur, demum deſtillentur ingenioſe iuxta declarationem. *Oleum, ſeu balſamum.*

Ad idem ualet oleum de liliolis fragrantiſſimis illis, quæ in conuallibus producuntur, concinnatum. Eſt enim floſculus ille (quod ipſemet certa experientia comperi) mirabiliſſimæ uirtutis, & ueriſſimi effectus in tremore cũrabili, uniuerſalibus congruis antea præmiſſis: ut ſunt eiuſmodi catapocia. *Oleum liliorum conuallium.*

Recip. Caſtorij recentis & optimi, pyrethri, caſiæ ligneæ, ana. p. iiij. ſagapeni, interanei colocynthidis, ana. p. iiij. hieræ picræ Galenicæ. p. v. Conficiantur cum pulpa chemes. *Pilulæ in tremore.*

Doſis eſt drac. i. uel plus, minuſ'ue, reſpectu ſumentium.

DE TORTVRA ORIS, CAPVT IX.

Definitio.

TORTVRA oris morbus eſt, qui circa faciem naſcitur, quem Græci cynicoſpaſmum uocant, quod eo canes quoque infeſtantur, in quo os cum motu quodam peruertitur, ideoq; nihil aliud eſt, quàm *Celſ. lib. 4.*

eſt,quàm diſtentio oris.

CAVSAE SIGNA.

CAuſæ,quæ & paralyſis ſignum primum. Pars ſana attrahit ægram,& attracta eſt mollis, tractabilisq́; cum manu. Saliua magis fluit, os in parte læſa non bene clauditur,palpebra inferior oculi eſt diuerſa, ætas, regimen,regio,aër tendunt ad humiditatem. Cauſa etiam ſpaſmus quandoque,ſignũ. Pars ægra attrahit ſanam,& attrahens eſt dura,intractabilisq́;,cum dolore,propter craſſitiem humoris,& pars attracta, quia extenditur aliqualiter etiam dura efficitur:ſaliua non tantum fluit.

Melius clauditur os,in parte ægra, palpebra non eſt tantũ diuerſa,ætas,& regimen prætendũt ad ſiccitatem.

Spaſmus ex repletione uenit ſubitò, ex euacuatione paulatim,& præceſſerunt cauſæ inanientes, ut ſunt,fluxus uentris,aut ſanguinis,& ſimilia.

Eſt quoque ſignum, apoſtema,uel inflatio, & dolor in collo,ubi eſt apoſtema.

Aliæ cauſæ ſunt eædem,cum cauſis paralyſis,& ſpaſmi,quas cum ſignis uide in capitibus ſuis.

*Fit aliquando tortura oris, non apparentibus ſignis ſpaſmi,uel paralyſis in facie,quia facies ſtat recta,ſecundùm ſitum * ſanum, tunc debemus patientem facere ridere,uel proferre literam o, tunc uidebis quòd una pars non poteſt moueri liberè,imò trahitur ab altera,uel ad alteram diducitur,ut uiſum eſt.* *Aliàs ſuũ.

Signa communia utplurimum ſunt, inflatio in parte ægra, fluxus ſaliuæ, torſio labiorum, & ſuperciliorum, & clauſio, ſeu potius occluſio maior in uno oculo, nonnunquam dolor capitis, maximè quando eſt à ſpaſmo.

PRAESAGIA.

1 TOrtura, quæ uenit propter cauſas ſpaſmi ex ſiccitate, ut ſunt febres acutæ, fluxus ſanguinis, uentris, &c. eſt pernicioſa, & maiori ex parte mortalis, quia adeſt ſpaſmus ſiccus, qui communiter lethalis eſt. Præſagia.

2 Tortura trăſcendens quadriduũ æquè periculoſa eſt.

3 Tortura ſi ſemeſtre ſpatium tranſilierit, non, aut difficult, ercuratur, ſimiliter quæ paulatim uenit.

4 Tortura ueniens per ſeipſam, utplurimum prænunciat paralyſim, & multoties portendit apoplexiam.

5 Dolor in oſsibus faciei, uel ſtupor, uel ſenſus in cute, cooperiente furcam, uel multitudo ie&ligationis, aut ſaltus, quodlibet iſtorum futuram præſagit torturam.

6 Tortura, quæ uenit lentè, ſeu tractim, plerumque lethifera, quia talis non uenit niſi cum phrenitide, ut Rhazes teſtatur.

7 Frequens appoſitio uentoſarum in colli partibus, & capitis, facit euenire torturã, quia uentoſæ debilitant mẽbra, quibus identidem applicantur. 4. 1. cap. de uentoſis. Auicennas.

APHORISMVS. Aphoriſmus

IN non deficiente uerò febre, ſi labium, aut oculus, aut ſupercilium, aut naſus diſtorqueatur, aut non uideat, uel ut natura audiat, iam debili exiſtente corpore: quæcunque horum contingant, propè eſt mors. 49. 4.

CANONES.

1 NOn eſt properandum in uſu fortium medicinarũ in principio, nec cum clyſteri, nec ſolutiuis, nec digeſtiuis, ſed expectare debemus uſq; ad 4. uel 7. uel 14. diem, niſi adſit timor, aut inſultus epilepſiæ, uel apoplexiæ ad præcauendum maiorem infirmitatem, uel mortem. Canones.

2 Medicinæ locales, ut emplaſtra, unctiones, fomentationes,

tationes, & alia applicamenta, adhibenda ſunt ſpondilibus, & uertebris colli, quia nerui motifici, motum præſtantes, & ſenſum faciei, oriuntur ab eis: & deinde cætera topica admoueantur parti faciei tortæ.

3 *Tortura proueniente à ſpaſmo, prius progrediendum eſt cum mollificantibus potius quàm reſoluentibus: quia ſpaſmus promanat à materia craſſa, quæ non reſoluitur, niſi molliatur: ueniens autem à paralyſi, poſſumus ſine mollificatione applicare reſolutiua.*

4 *Remedia localia, ut cataplaſmata, unctiones, fomenta, exiccationes, sternutatoria, caputpurgia, gargariſmata non ſunt applicanda, niſi præcedente purgatione, quia agitaretur materia, & augeret torturam.*

5 *A' principio detur clyſtere lenitiuum, maximè ſi ſit conſtipatus ſub hac forma.*

Clyſtere lenitiuum.

Clyſtere lenitiuum.

Recip. Matrum uiolarum, maluæ, ana man. i. mercurialis, ſpinachiæ, blitis, atriplicis, ana iij. partem man. i. Decoquantur in xij. uel xiij. lib. aquæ, ad conſumptionem tertiæ partis: & ſub finem decoctionis addatur, caulium, ſeu plantariarum arbuſcularum, man. i. & iterum bulliat bullitione una, aut altera. De colato recip. unc. xiij. uel xv. in quibus diſſolue caſſiæ fiſtularis, mellis uiolati, ſacchari rubri, ana drac. vi. uel unc. i. oliui ueteris puri, unc. iij. uel iiij. ſalis triti drach. ij. Miſce, & fiat clyſtere.

6 *A' principio item fere ad ſeptimum uſque, uel ultra utatur diæta ſubtili. Maſticatio fiat magis cum parte ægra, & gargariſmata magis in eadem parte.*

7 *Rhazes in præſenti capite iubet patientes poni in loco obſcuro, ut humores maneãt quieti, ne currant ad neruos: etenim ſi in lucido ponerentur, & ad neruos deferrentur,*

rentur, maius nocumentum fieret.

8 Idem Rhazes uult, quod teneant in ore nucem moſcha tam, ad exiccandum, loco cuius uti poſſumus zinzibere condito, uel acoro condito.

9 Item utatur melle anacardino, quod prouocat febrē, propter nimiam caliditatē ſuam, tamē in hoc agito caute, cōmodius adminiſtrare poßes gargariſma Rhazianum. Gargariſma

Reci. ſinapis unc.i. uel ſe. bulliat in lib.i. aquæ ad cōſum=ptionem medietatis, deinde coletur, colaturæ adde ſyrupi acidi ſimplicis unc.iij. fiat Gargariſmus.

Minoratiuum, & digeſtiuum.

Reci. pilularum fœtidarum, cochiarū, ana ſcrup.i. re=formentur pilulæ. v. cum ſyrupo de ſtæchade, exhibeãtur ſero poſt duas horas à cœna, deinde digeratur materia in hunc modū. Reci. ſyrupi de ſtæchade cū ſpeciebus, mellis roſati colati, oxymelitis ſimplicis, ana unc.ſ. aquarum be thonicæ, iuæ, abſinthij, ana unc.i. miſce, aromatizetur cū modica nucis moſchatæ, ut ſupra in paralyſi, & exhibea=tur calide in aurora, poſtea dormiat ad lubitum. Pilulæ. Digeſtiuū.

Syrupus magiſtralis.

Reci. Radicum acori, nucis moſchatæ, zinziberis, ana drach.ij.ſ. maioranæ drach.i. ſtæchadis Arab. tantūdem, contundantur parū, bulliant in lib.i. aquæ, uſq; ad cōſum=ptionem tertiæ partis, deinde colatura cum melle bulliat iterū, & fiat ſyrupus arte: de quo recipe unc.i.ſ. & diſſol uatur in aquis ſaluiæ, bethonicæ, abſinthij, ana unc.i. & fiat ſyrupus ſecūdum artē, detur ut alij, facta digeſtione, detur hæc medicina ſolutiua in forma pilularum. Syrupus ma giſtralis.

Reci. Pilularum fœtidarum, cochiarū, ana drach.ſ. pul ueris, nucis moſchatæ ſcrup.ſ. miſce cum ſyrupo ſtæcha=dite, reformentur pilulæ nume. vij, exhibeantur ante diem Pilulæ.

Lauatiuum. *per duas horas, poſtea per ſex horas detur lauatiuũ tale.* Reci. *Aquæ mellis, factæ ſecũdum artem unc. vi. ſaccbari rubei unc. ſ. miſce, propinetur iſte potus calidus.*

Ad idẽ in forma potabili, & eſt ſolutiuũ lene.

Decoctio ſolutiua. Reci. *Florum boraginis, bugloſſæ. m. ſ. Paſſularũ enucleatarum, liquiritiæ raſæ, ana unc. ſ. ſebeſten octo, iuiubarum x. ſtæchadis Arab. iuæ, maioranæ, ana drach. i. uel ſ. radicum acori, nucis moſchatæ, ana drach. ſ. Fiat decoctio in ſ. q. aquæ ad conſumptionem medietatis. De colato reci. q. ſ. ad diſſoluẽdum ſequẽtia. Reci. diacatholici unc. ſ. electuarij de dactylis drach. i. ſ. eleſcoh drach. i. indi maioris ſcrup. ij. ſ. miſce, fiat potus, edulcetur cum uncia. ſ. rhodomelitis, & exhauriatur calidus ante diem per horam, poſt fiat idem lauatiuum, ut ſupra cum pilulis: deinde facta euacuatione, fiat talis inunctio, circa ſpondyles colli, & faciem tortam.*

Inunctio.

Inunctio. Reci. *Nucis moſchatæ drach. i. radicum acori tantundem, thuris drach. i. maioranæ ſcrup. ij. contundantur, & infundantur in quinque uncijs uini albi pleni, & bulliant uſq; ad conſumptionem uini, deinde colentur. Colaturæ, et ceræ recipe. q. ſ. fiat inunctio, qua inungantur ſpondyles, ut dictum eſt.*

Gargariſmus ad idem.

Gargariſma Reci. *Zinziberis, nucis moſchatæ, radicum acori, ſinapis, maſtyches, ana drach. ij. bulliant in lib. i. aquæ, ad excoctionem dimidij, deinde colaturæ adde ſyrupi acetoſi ſimplicis unc. ij. miſce. Ad idem remedium approbatum,*

Epithema. *in forma epithematis. Recipe modicum aquæ uitæ, uel ardentis, & parum calefiat, ponantur quatuor uel quinque guttæ circa ſpondyles colli, exiccat mirabiliter, ualet in*

boc

hoc caſu,quando quis non poteſt mouere collum ſine dolore,mane cum ſurgit è lecto.

Valet etiam ſubſequens miſtura, quando retinetur in ore caſtaneæ quantitas cubitum eundo,ut.

Reci. Acori conditi cum melle unc.i. ponatur de illa radice pauculum in ore quando quis uadit dormitum, & retineat in ore, aliqualiter maſticando. *Acorus conditus.*

Sub alia forma,ad idem.

Reci. Mithridatici optimi, diacori, diamoſchi dulcis, ana unc.ſ.fiat miſtura,utatur ut ſupra. Valet ſæpe etiam inſpicere ſpeculum chalybeatum. *Miſtura.*

Vltimum remedium, alijs non iuuantibus,eſt cauteriũ circa ſpõdyles colli,ex cauterio actuali argẽteo,uel aureo uel ex potẽtiali,ſicuti cũ ueſicatorijs,& cãtharidibus. *Cauterium.*

DE SPASMO, CAP. X.

Definitio.

SPASMVS *eſt neruorum rigor, ſeu contractio: quæ nonnunquam mortem inducit. Hunc morbum Galenus cõuulſionem appellat. Fit autẽ circa neruos, & muſculos, ſine noſtra uoluntate, aliquando partem quãpiam, aliquando etiam totum corpus diſtringens, ac contrahens.* Gal.lib. definitionũ medicarum.

CAVSAE, ET SIGNA.

Cauſæ primitiuæ.

Nimia frigiditas, uel caliditas,uel ſiccitas, morſus uenoſorum,punctura,uel inciſio,nimius labor, fluxus ſanguinis à uulnere,uel profluuiũ alui nimius concubitus,caſus,præcipitatio,timor,ſuſtentatio,uel cõpreſſio,

alia ſigna patent ex relatione patientis, & aſtantium.

Cauſæ antecedentes.

Immodica caliditas, & ſicciditas corporũ, humor frigidus, uel uiſcoſus, melancholicus, ſanguineus, apoſtema.

Signa conſtant ex ſuperioribus, & infra in ſynanche, ſynanchicus, ſignum pleuritis, cuius ſignũ, anhelitus multum conſtrictus, febris non multũ intenſa, uel fortis, phrenitis, ſignum. Incipit cum tumore, & multitudine palpitationis, cum ſtridore dentium, & poſt torquetur oculus, & ceruix, ſiue collum, nimius ſenſus oris ſtomachi, & ſi caliginoſa, uel æruginoſa fuerint in eo, ſignũ præcedẽs, uomitus, & dolor, punctura, & mordicatio in ipſo, febris, uermes, matrix, ueſica, quorum ſigna infra patent.

Fit aliquãdo ſpaſmus de repletione, præcedente febre diſſoluente humorem in corpore plethorico, & tunc non eſt præſumendum quod ex inanitione, niſi febris per longum tempus durauerit, fumi qualitatis malæ, reſoluti à uermibus, uel à corruptione eorum, dolor uehemens propter humorum calidorum mordicationem, uel in neruis, uel lacertis exiſtentem, ac pungentem. Frigus uehemens, quod conſtringat neruum, & lacertum, & ipſum inſpiſſat, & contrahit uerſus ſuam originem, punctura ſcorpionis: uel alterius uenenoſi animalis. Iſta. 4. poſſunt cauſare ſpaſmum, quando eſt de repletione, nec eſt dicendum quod ſit ex inanitione.

Spaſmus duplex et unde

Spaſmus proportionatus ad materiã, fit à materia humida, implente neruos, idq; de repletione: de inanitione uerò fit à ſiccitate conſumẽte humiditates naturales ſubſtantificas, in neruis exiſtentes.

Conuulſorũ ſaltus qualis

Spaſmus uerò ſubito ſuperueniẽs, fit à plenitudine, & tunc membrum non imbibit cito oleum, cum quo ungitur: niſi

niſi ſuperuenerit illi caliditas propinqui temporis, & ſi eſt ex inanitione, præceſſerunt aliquæ ægritudines, ad quod ſequitur aliquod genus euacuationis, per ſe, uel ex medicina, ut belleboro, euphorbio, & ſimilibus.

Spaſmati pulſus, eſt debilis, durus.

Vrina habet diuerſitatem, ſecundum uarietatem cauſarum, aliquando remiſſa, quando à frigiditate, uel aſcenſu uaporum, ut in phrenitide, multum intenſa, ut cum eſt cum febre. *Vrina eorũdem qualis.*

APHORISTICAE PRAENOTIONES.

1 Febrem conuulſioni ſuperuenire melius eſt, quàm febri conuulſionem. 2 6. 2.

2 Qui à conuulſione, uel diſtentione neruorum tenetur, febre ſuperueniente liberatur. 5 7. 4.

3 In acutis febribus conuulſiones, & circum uiſcera dolores fortes, malum. 6 6. 4. 7 9. 4.

4 In febribus ſpiritus offendens, malum: conuulſionem enim ſignificat. 6 7. 4.

5 Conuulſio ex belleboro, lethalis eſt. 2. 5. 1. 5.

6 in ſaucijs, aut ex uulnere, mortalis. 2. 5.

7 Vbi ſanguis plurimus fluxerit, ſingultus, aut conuulſio ſuperueniens, malum. 3. 5.

8 Ex ſuperflua purgatione, conuulſio, aut ſingultus ſuperueniens, malum. 4. 5. Et ea, quæ poſt nimiam inanitionem ſuperuenit.

9 Si temulentus, aut inebriatus aliquis repẽte obmutuerit, conuulſus moritur, niſi febre corripiatur, aut ubi ad horam peruenerit, qua ſoluitur crapula, ut uocẽ recuperet, aut facultatem recipiat loquendi. 5. 5.

10 Quicunq; à diſtentione præhenduntur, intra quartum diem intereunt. Si tamen hos dies euaſerint, conua-

leſcent. 6. 5. 5. 7.

11 *Frigidum inimicũ oſsibus, dentibus, neruis, cerebro, ſpinali medullæ, calidum è diuerſo utile.* 18. 5.

12 *A profluio ſanguinis deſipientia, uel conuulſio, malum.* 9. 7.

13 *In ileo uomitus, ſingultus, ſpaſmus, & amentia, malum.* 10. 7.

14 *Ab æſtibus fortibus conuulſio, aut diſtentio, malum.* 13. 7.

15 *In uigilia, ſpaſmus, aut inſania, malum.* 10. 7.

16 *Ex medicamenti uiolenta potione, conuulſio, lethalis.* 23. 7.

17 *Mulieri utero gerenti, ſi tenſio ſuperuenerit, mortifera eſt, uel facit aborſum.* 27. 7.

18 *Spaſmus fit ex plenitudine, aut euacuatione: ita & ſingultus.* 39. 6.

19 *In uulneribus fortibus, ſpaſmus, aut tetanus, malum.* 13. 7.

20 *In febre ex ſomnis timores, aut ſpaſmi, malũ* 66. 4

21 *A ſpaſmo, & tetano febris ſuboriens, ſoluit ægritudinem.* 47. 4.

CVRA.

Spaſmi cura, eadem fere, quæ paralyſis: niſi quod in ſpaſmo mollificatiua iungantur exiccatiuis, cum materia eius ſit multum craſſa, ut.

Vnctio. Reci. *Pinguedinis uulpinæ, uel lupinæ, cũ pinguedine earum, quæ ſingulariter ualent in iſto caſu.* In *paralyſi uerò ſimiliter cõueniunt, reſoluentia, & exiccatiua: cum materia eius ſit ſubtilis, imbibita in poris neruorũ.* Canones *dicti in paralyſi, hic etiam obſeruabuntur.*

Sacculus. *Sacculus refertus, ſale torrefacto, mirabiliter exiccat*

neruos

neruos ſpaſmaticos, ſi calidus loco applicetur & origini neruorum. Quod Leonellus *ſæpiſsime expertus eſt in* Tetanicis, *Obſtipis*, & *Opiſthotonicis, qui habuerunt collū incuruatum & obliquum, quod magnifice cōfortat, & eſt ſolenne mitigatorium doloris, quem neruorum rigor inſert.* Valet *idem quoq; in paralyſi.*

Leonellus uidit ſæpenumero, quod iuuenes ſpaſmati de inanitione in Pyelo, *cōmuni oleo pleno balneati per duas horas, multū iuuamenti ſenſerint, quia tam qualificatiue, quàm ſubſtantifice humectantur ex oleo, iterando tamen ſæpe, ſi neceſſe fuerit.* **Balneum oleaticū.**

Leonellus cum cæteris collegiatis doctoribus parauit balneum in ſpaſmate de inanitione ſic.

Recip. *Caput caſtratinum, cum pedibus, ſiue trūculis, & inteſtinis, & hordeum. q.* v. **Balneū pro conuulſis.**

Feruefiant *ſimul in. ſ. q. aquæ, fundantur inlutrū, cui inſideat æger, & optime confert.* Omnia *enim quæ impinguant, & humectant, in hoc caſu proficua ſunt.*

Curatus eſt qdā ſpaſmaticus iſto lauacro.

Reci. *Florum nenupharis, uiolarum, foliorum lactucæ, cucurbitæ, ana. q.* v. *Fiat decoctio in uaſe magno, uel aheno, cum. ſ. q. aquæ. in qua lauet patiens.* **Lauacrū aliud ad idem.**

ADDITIONES PROPRIAE.

Fricatio facta ex decocto pyretri radicum, in Oenelæo *elixatarum, confert alcuzet, ſeu ſpaſmo in cruribus, aut alijs membris.* **Infrictio.**

Mirabile remedium aduerſus ſpaſmū cuiuſdam præſbyteri nomine Arnolphi Empiriatri.

Reci. *Succi malorum ſylueſtrium. q.* v. *Fiat unctio cum eo calido, ad ſpinam, & loca ſpaſmatica.* **Vnctio.**

Aqua cardui benedicti tam potu, quàm illitu admini- **Aqua cardui benedicti.**

D 4 *ſtrata*

ſtrata certiſsimum ſpaſmi propulſatorium eſt.

Vnguentum ad idem.

Vnguẽtum. *Reci. Daphnelæi, olei iuniperini, axungiæ urſinæ, ceruinæ, medullæ equinæ, ana unc. ſ. miſce, fiat unguentum, quo calide infricando liniantur loca conuulſa.*

Balſamum. *Ad idem ſumme ualet balſamum artificiale, cap. de paralyſi inter annexa pharmaca comprehenſum.*

DE EPILEPSIA, CAP. XI.

Definitio.

EPILEPSIA, *ſiue morbus comitialis, eſt detentio mentis, ſicut cum quis mente, intelleċtuq; capitur, atq; ipſis ſenſorijs organis, quibus caſus repentinus accidit, & ſpuma ab ore profluit.*

Cauſæ primitiuæ.

Cauſæ primitiuæ. *Caliditas, algor, ſiccitas, ſacietas nauſeatiua, indigeſtio, uita otioſa, exercitium poſt repletionem, cibi uaporoſi, comeſtio, & odor apij, carui uſti, & hepatis hirci, & galbanum, ſigna ex relatu patientis.*

Auditio magnorum ſonorum, & uocum terribilium, tonitrum, fortia animi accidentia, ut timor, panicus, imaginatio, coitus ſuperfluus, punctura uenenoſi animalis.

Cauſæ antecedentes.

Cauſæ antecedentes. *Sanguis craſſus, uiſcoſus, multus, cuius ſigna: plethora, color rubens, ſaltus ſeu pulſus plenus, urina incenſa, rubicunda, phlegmatis ſigna: cõplexio phlegmatica, in paroxyſmo ſpuma multa, uiſcida, alba, aliquando ſpiſſa; in fundo ſimilis uitro liquefacto, & aliæ notæ phlegmatis. Si ſunt à phlegmate ſalſo, ſunt remiſsiora ſigna melan-*

choliæ

cholicæ naturalis ſigna: quies, & paucitas ſermonis, cum riſu, & quaſi cum mania miſtim, melancholiæ, & aduſtionem choleræ ſigna: intemperie, mania, multa locutio, inquietudo, non ſpumat. Melancholiæ per aduſtionem ſanguinis ſigna: pulſus plenus, undoſus, color rubeus, riſus ante caſum, & poſt. Choleræ ſigna: breuitas paroxyſmi, pauca ſpuma, ſubtilis, & quaſi crocea.

Signa membrorum cõmunicãtium materiam.

Membra communicantia materiam, ſtomachus. Signa, dolor, aggrauatio, punctura ſiue mordicatio, & quaſi tremor in orificio ſtomachi, maximè tempore famis, in hora paroxyſmi titillatio, tremor cordis, clamat, ante acceſſionem præcedit dolor capitis uehemens, & in fine ſequitur nauſea, & reiectio: humor autem cognoſcitur ex ſignis appropriatis. Si autem humor peccat, non quantitate, ſed qualitate, tunc magis accidit ſtomacho uacuo, myrach. Oxyregmia, acetoſa eructuatio, inflatio in uentre, & hypochondrijs: aliquando uomitus cibi non chylati, & indigeſti, ueſica, exitus urinæ, rhenes, & uaſa ſpermatica, gonorrhea, uel ſeminis effuſio, inteſtina, egeſtio, matrix retinens menſtrua, cacochymia, diſcoloratio, dolor in loco, cum retentione menſium, grauitas matricis, in ſe continens corruptum, ſplen: dolor lateris ſiniſtri, hepar: dolor dextri lateris, membra ſuperficialia, ſiue extrema, manus, pedes, ſentit uaporem eleuari ab illo membro ad caput, qui inducit tenebroſitatem in uiſu, & auditu, ante caſum.

Cauſæ coniunctæ ſigna.

Cauſæ coniunctæ.

Vẽtoſitas craſſa, uel uaporoſitates poſt paroxyſmum, & ante, ſentiunt grauitatem in capite, & quaſi tinnitum, extenſionem, turbationem, & paroxyſmum, & ſpaſmi ſunt parui, uermes, fluor ſaliuæ, & exitus uermium,

hoc ſi-

hoc ſignificant.

Auicennas. *Epilepſia ſemper eſt à materia, & nunquam à qualitate pura, ut inquit Auicennas.*

APHORISMI.

Aphoriſmi. *Epilepticorum iuuenibus mutationes ætatum, temporum, & locorum euitare faciũt. 46. 2. Quibus epilepſiæ ante iuuentutem naſcuntur, mutationem habent: quibus uerò à 25. annis fiunt, plerunque commoriuntur 8. 5. Quanto epilepſia plus frequenter paroxyſmos habet, & illi parum durant, facilius curatur, & quanto tardius accidunt, & multum durant, tardius curatur, ſcilicet, ſi paroxyſmi ſunt frequentes, & longi, tunc eſt mala ualde, quia adeſt multa materia, peſsimæ qualitatis, multum uiſcoſa, & craſſa.* Mulieri *prægnanti ſi ſuperuenerit epilepſia, euacuato fœtu, ſuperfluitate menſtruali curatur.* Epilepſia *ueniens pueris propter malum regimen, uel nimiam humiditatem, ſi bene gubernetur, niſi ſit hæreditarius morbus, curari poteſt.*

Si epilepticus fiat febricitans, chronice maximè, quartana ſoluit epilepſiam. Morphæa *ſuperueniens, in capite epileptici, ſignum eſt curationis: & pueris ſi ſuperuenerit ſcabies cum magnis cruſtis, ſecuri ſunt ab epilepſia: uel ſi ſuperuenerit eis pruritus, ſanum.*

Et ſi epilepſia eſt aliqua, eſt non proportionata ad materiam, ut quæ prouenerit à materia uenenoſa effumante ad cerebrum, tamen nulla dicitur eſſe ab inanitione, quoniam cerebrum eſt tantum humidum, ut poßibile ſit humiditatem ſuam ſubſtantificam adeò exiccari, ut oppilatio inde cauſetur.

Epilepſia eſt uapor. *Auerrois iiij. Colliget, uult quòd cauſa immediata epilepſiæ ſit uapor, & non materia, quia citò aduenit, & citò recedit.*

tò recedit. Gentilis, & alij dicunt, quòd ſit uapor, nihilominus poteſt eſſe materia, ſed utplurimum eſt uapor, qui oppilat.

Diuerſificatur hæc ægritudo ſecundùm diuerſitatem craßi humoris, & ipſius ſubtilitatem, & non ſolum ex humore oppilante uentriculos, hæc oritur ægritudo, uerumetiam à uapore, & uentoſitate aſcendente ad cerebrum, reſoluta ab aliquo humore corporis extraneo, & horribili. Auenzoar Theiſir lib. i. tract. ix. cap. vij. In euacuando ab aliquo membro, primo reſpiciendum eſt ad mẽbrum, deinde ad medicinas euacuatiuas materiei, in illo membro. **Auenzoar.**

In hac ægritudine, eodem modo procedendum eſt cum phlebotomia, quo progredi conſuetum eſt in phrenitide, ut dictum eſt. Leonellus habebat ſenem in cura, à cuius digito aſcendebat uapor ad cerebrum, unde ille incidebat in epilepſiam: curauit eum fortiter ligando digitum, ſupra iuncturam: & ſi adhuc aſcendebat materia, fortius uinciendo etiam ante locum, ut dolor ille materiam attraheret, unde ille ſemper accubando in aliqua ſede dormiuit, ut materia minus ſurſum uergeret, & euaporaret ad cerebrum, & ita euaſit.

Aliqui puluerizant canthanrides, & imponunt fermento, & aceto, faciuntq; pilam, quam ſuperponunt loco, à quo materia exoritur, & ſic ueſicant, ut materia inde defluat. **Veſicatoriũ**

Turtur facit ad augmentum cerebri, ut Auerrois iij. Colliget inquit. **Auerrois.**

PRAESAGIA COMITIALIS MORBI.

QVando materia epilepſiæ eſt in ſubſtantia cerebri, ſiue uelaminibus ſpiritus deterior, in panniculis eſt

lis eſt leuior : quumq; ſit debilis ex malo regimine, facit fortiorem, & durabiliorem ipſam.

Epilepſia à melancholia, eſt fortior, & deterior. De cholera, eſt modica, & rara. Paroxyſmus epilepſiæ ſanguineæ non multum durat. Phlegmatica diu durat, iuxta cõditionem phlegmatis, à quo fit. Vaporoſa, fortior alijs.

Galenus. *De generatione ſpumæ, Galenus xliij. Aphoriſmorum particulæ ij.*

CVRA.

Diuerſiones *QVando eſt in paroxyſmo, excitetur ab ipſo, cum diuerſionibus fortibus, ita quòd ſecunda ſit fortior prima, ſpatularum ſcilicet, deſcendendo per brachia, & dorſum, uſque ad crura.* *Ligaturæ.* *Fiant ligaturæ fortes, circa adiutoria brachiorum, & coxarum, apponantur* *Ventoſæ.* *uentoſæ cum ſcarificatione circa ſpatulas, & nates.*

Vocetur alta uoce, ſtringantur nares, & aures, torqueantur digiti, & præcipuè minores. In principio non competunt euacuationes, ſicut in apoplexia, cum paroxyſmus eius ſit febris.

Excitatorium applicamentum in epilepſia.

Haly lib. 5. pact. ca. 21. *Detur ad faciendum pyrethrum, & ſi ſternutauerit, epilepticus (auxiliante Deo) euadet.*

Recip. Rutham man. i. uel pluſculum.

Cataplaſma *Et primo, ponatur in tegulam ſuper ignem, & calefiat, & poſtquam calefacta eſt, aſpergatur aceto forti, deinde ſuperponatur rutha in bona quantitate, quæ malaxetur bene ſuper tegulam, deinde illa rutha ponatur circa, uel ſuper collum, & pectus, & infirmum totũ. Nam hoc eſt expertum ad expergefaciendum ægrotantem à paroxyſmo apoplexiæ, & epilepſiæ.*

Cura

Cura epilepſiæ, tempore quo non adeſt paroxyſmus actualiter.

Quando uenit à percuſſione in capite, propter quam cranium comprimitur, uerſus cerebrum, & oppilat uentriculos, tunc cura eſt, ut trahatur cranium ſuperius cum uentoſis, uel ingenio chyrurgico. Quando autem fit à punctura acus, uel ferri, aut alterius rei in membro, tūc oportet aperire puncturam cum ferro, & extrahere uirulentiam, quæ ſuper neruum eſt, deinde ponatur ſuper neruum oleum roſarum cum ſulphure: ſiquidem neruum confortat, & materiam extrahit: quòd ſi accidat dolor uehemens, recipe oleum roſatum, & ponantur in eo lumbrici terreſtres, deinde bulliant in tali oleo, poſtea inungatur locus percuſſus. Inunctio. *Si fit à morſu animalis ueneno ſi, adfigantur cucurbitulæ cum ſcalpellatione ſupra locum demorſum, ut inde extrahatur uenenum.* Ventoſatio.

Aliud.

Vel recip. *animal quodpiam, ſicut gallinam, uel pullum, aut pipionem, columbam'ue, & ſcindatur per dorſum, & ponatur ſuper locum morſus calidum: nam ſua caliditate trahit uirus ad ſe.* Applicamētum.

Vel ſic.

Accipiatur gallus, uel ornis, deplumetur circa anum, & ponatur anus ſupra locum morſionis: nam attrahit etiam ad ſe. In hoc caſu conueniunt Mitridaticum, & theriaca, & fiat epithema circa cor. Aliud ad idē. Antidota.

Epithema cordiale calorificum expertum.

Recip. *Aquarum meliſſæ, bugloſſæ, ana unc. iiij. cariophyllorum electorum, xyloaloes boni & odori, corticum citri, nucis moſchatæ, ana drach. ſem. ſeminum maioranæ, baſilici, ana ſcrup. i. croci ſcrup. ſem. Terantur omnia, &* Epithema calorificum bonum.

nia,& miſceantur,agitando bene in ampulla, & quando erit neceſſe,peciam lini infunde,& facta expreßione,tepidam applica regioni cordis.

Aliud eiuſdem fortis.

Aliud epithema cordiale calidum.

Recip.*Succi meliſſæ, & bugloſſæ,factis primo reſidentijs,ana unc.iij.maceris, ligni aloes, nucis moſchatæ,ana ſcrup.ij.croci ſcrup.ſem.moſchi,ambræ,ana gran.i.Pulueranda pulucrentur, dein miſcendo, & infundendo peciam,ut ſupra,fiat applicatio.*

Si adeſſet nimia caliditas,adhibeatur eiuſmodi epithema.

Epithema cordiale frigorificum.

Recip.*Sublimationis roſarum,endiuæ,ana un.ij.ſandalorum rub.minutißime pulueratorum,drac.i. coralliorum rub. ſcrup.i.croci, camphoræ, ana gran.iij.uel iiij. Miſce omnia agitando in ampulla,cunctis puluerabilibus prius in tenuißimum puluerem redactis,& facta expreſſione applicetur cordi.*

Aliud fortius ad idem.

Aliud idem fortius.

Recip.*Extillationis nenupharis,roſarum,acedulæ,an. unc.iij.ſandalorum rub.coralliorum item rub.ſeminis acetoſæ,ana drach.i.aceti drach.ij.camphoræ gran.iiij.Miſce omnia pulucrizando, & agitando in dioptra,ſeu uaſculo hyalino,deinde madefac linteolum in eo, & exprime,& loco cordi applica.*

Cura epilepſiæ phlegmaticæ.

Et quia epilepſia ſæpius dependet à materia phlegmatica, & præcipuè quum eſt per eſſentiam in capite, ideò ponatur eius cura, & primo detur hoc ſequens digeſtiuum.

Digeſtio materiæ epilepſiæ.

Digeſtiuum

Recip. *Syrupi ſtæchaditis, oxymelitis ſcyllitici, ana unc.ſem.mellis roſati colati,unc.ſem. aquarum bethonicæ,ſaluiæ,*

ce,ſaluiæ,abſinthij,ana unc.i. Miſce,cum modico nucis moſchatæ: aromatiza. Detur per 5.dies,uel 6.donec apparuerit digeſtio in urina,deinde ſequenti mane ab aſſumptione digeſtiui recipiat ante diem per horam hoc ſolutiuum in forma pilularum,ut conuenientius eſt.

Recip.Pilularum cochiarum,fœtidarum,ana drach.ſ. pulueris radicis peoniæ gran.vi.Reformentur pilulæ vij. cum ſyrupo ſtæchadite,& exhibeantur. Illinc ab aſſumptione pharmaci, accipiat lauatiuum confectum ex ſemiſſe hydromelitis, & ſemiuncia ſacchari rubri, & hoc totum exhibeatur:poſt horam ſumat prandium: ſi autem mallet in forma potabili, detur ſequens potio, eo modo, & ordine,quo pilulæ dari ſolent. *Pilulæ.* *Lauatiuum.*

Recip.Florum boraginis,bugloſſæ, meliſſæ, ana man. ſem. ſtæchadis arab. maioranæ,ſaluiæ,ana drach.i.nucis moſchatæ, radicum acori, ana drach. ſem. paſſularum enucleatarum, liquiriciæ raſæ, ana unc.ſem. *Syrupus laxatiuus.*

Bulliant omnia in ſ.q.aquæ fluuialis, ad conſumptionem medietatis, & colentur:de colato,recip.q.ſ.ad diſſoluendum, diacatholici drach.v. electuarij indi maioris drach.i.ſ. eleſcoph ſcrup.iiij. agarici electi drach.i. ſalis gemmei, zinziberis, ana gran.iiij. agaricus cum ſale gēmeo,& zinzibere infundatur per 8.horas in oxymelite ſimplici, q.ſ.deinde fiat fortis expreßio agarici, quæ cum reliquis diſſoluatur, & fiat potus,qui dulcoretur cum modico mellis roſati colati,detur ut ſupra.

Diuerſio.

Deinde diuertatur materia à capite trahendo ad inferiora,cum fricationibus,ligaturis uehementibus,uentoſis, clyſteribus, de quibus ſupra facta eſt mentio, in hoc, & etiam cap.de paralyſi. *Diuerſio.*

Eradi-

Eradicatio.

Eradicatio. Conſequenter eradicetur à capite materia, quæ eſt cauſa coniuncta, ſcilicet cum gargariſmis ſuperius ordinatis, & commemoratis in præallegato cap. de paralyſi, & cum eo, cuius meminit Rhazes in hoc capite, cum ſternutatorijs, caputpurgijs, & maſticatorijs: nam hæc omnia euacuant, extirpantq; materiam propriam, & diuertunt à capite. Vnum tamen magis efficax eſt, ut fiat ueſicatorium ſupra caput, ut detrahatur materia à capite & cerebro ad cutim, unde fiat hoc linimentum.

Linimẽtum Veſicatoriũ. Recip. Piperis, ſinapis, pyrethri, ana drach. ij. Puluerentur ſubtiliter, & cum melle anacardino, quod ſatis eſt, fiat linimentum, quod capiti raſo adponatur. In hoc caſu competit etiam cauterium actuale circa commiſſuram coronalem, uel potentiale, ut ex cantharidibus pulueratis, abſciſſis capitellis, & alis, cũ fermẽto, & aceto permiſtis.

Cauteriũ potentiale.

Accidentia. Correctio accidentium, ut ſyncopis, uide capite proprio, &c. Quapropter ea diſquirenda, quæ proprijs dicuntur locis.

Diæta. Diætam noſti, qualiter ſit procedendum. De hoc lege Gordonium, Sauonarolam, Gradenſem, Montagnanam, & alios his compares.

Electuarium bonum, & approbatum in epilepſia, & apoplexia.

Electuarium de herba paralyſi, quæ et Bethonica cãdida dicitur. Recip. Herbæ paralyticæ, q. v. Comminuatur inciſim, & piſtetur, deinde bulliat in ſ. q. mellis, & adde puluerem iſtum, uidelicet.

Recip. Piperis, pyrethri, acori, ana drach. i. ſem. Miſce pulueres cum prædicta herba, & fiat electuarium arte. Poteſt addi de conſerua Glycyſidis, de quo debet ſumi ante cibum mane, & ſero ad magnitudinem caſtaneæ.

ADDI-

ADDITIONES.

Expulſis fecibus alui per clyſteria, uel glandes ſaponaceas, aut melleas ſuperaſpero eſulæ puluiſculo, tandem detur huius aquæ uitalis cochlear cũ ſcrupulo uno, aut altero theriaces optimæ. Reci. Foliorũ, & florũ ſaluiæ minoris unc. xij. ruthæ unc. i. florum lauandulæ, unc. ij. nucis odoratæ, charyophyllorum, zinziberis cinnamomi electi, ana unc. i. ſpicæ nardi, caſtorij, ana drac. i. granorum paradyſeorum, quæ Meliceta quidam uocitant, unc. i. olei laurei unc. i. corticum malorum citrinorum drach. iij. Contundantur omnia bene, & ponantur in menſura. i. ſ. uini albi optimi, & ſigilla bene in bocia tenaciter clauſa, & dimittatur per quadriduum in putrefactione, poſt deſtilla lento igne. *Aqua uitalis cõtra apoplexiã, epilepſiam, & alias ægritudines neruorum optima*

Ad præſeruandum utiles ſunt iſtæ pilulæ. Doſis earum à ſcrup. binis, uſq; ad. iij. ſub noctem. Poteſt etiam bis uti epilepticus iam denuo mentis compos factus.

Reci. Hieræ picræ Galenicæ, ſcrup. vi. epithymi ſcrup. x, lapidis cyanei, rite præparati, ſcrup. vij. ſcãmonij, colocynthidis, hellebori nigri, ſpicæ, ana ſcrup. ij. tẽpera cũ melle, ſed melius cum oxymelite ſcyllitico. *Pilulæ pro epilepticis.*

Huc pertinet appẽdicula, ſeu prophylax Manardiana, cap. de apoplexia ſuperius deſcripta. Collibet inſuper curam puerilis epilepſiæ adijcere, quam mihi præſtantiſſimus medicus, ac præceptor meus D. Hieronymus Eugubius Patauinus practicus inſignis admodum beneuolè communicauit.

CVRA EPILEPSIAE IN PVERIS EXPERTA PER D. EVGVBIVM.

Veri, ſi ſint in ea ætate conſtituti, qua poßint ferre purgationes, exhibeatur eis per aliquot dies iſte *Adoleſcẽtulorũ epilepticorum.*

ſyrupus.

Cura. Syrupus. Reci. *Syrupi de ſucco roſarum, de ſtæchade ſimplicis, ana unc. ſ. aquarum abſinthij, bethonicæ, ana unc. i. miſce. Capiat de ſero, binis à cœna horis, ſi uerò eſſet ægritudo uitio ſtomachi, ſumatur in mane.* Poſtea *euacuetur cũ his globulis catharticis.*

Pilulæ. Reci. *Pilularũ aloephanginarũ, P. de hiera cũ agarico, ana ſcrup. i. fiant pillulæ. iij. cũ aqua bethonicæ, deglutiat ſingulatim integras per duas horas poſt cœnam.*

Demũ ordinetur ægro ſequẽs electuariũ.

Electuariũ. Reci. *Mithridatici electi unc. i. ſ. rhodoſacchari unc. i. diamoſchi dulcis unc. ſ. ſemi. peoniæ puluerato rũ drac. i. ſ. miſce cum ſyrupo de corticibus citrorum q. ſ. uel ſi non ſit ille ſyrupus, miſceatur cum rhodomelite colato.* Doſis *fabacea quantitas, de nocte cum itur cubitum omni tertio die.* Si *uerò puer ſit adhuc lactens, rectificetur lac matris eius uel nutricis, cum bonis cibarijs, & parce utatur uino, imo abſtineat temeto totaliter, uitet omnia legumina, & agrumina.* Puero *uerò detur de hoc electuario ſæpius per nos experto.*

Cura lactentiũ epilepticorum.

Electuariũ. Reci. *Antidoti mithridatici electi unc. ſem. nucis moſchatæ, ſcrup. i. granorum peoniæ tenuiſſime tritorũ, & cribellatorum, ſcrup. ſ.* Miſce *cum modico mellis roſacei colati, & ponatur de eo in ore pueri ad magnitudinem cicerculi, poſtea ſtatim admoueatur puer uberibus, uel ponatur papilla in ore eius, ut ſimul cum lacte deglutiat ipſum.* Super *caput uerò ſcilicet, ſuper commiſſura coronali ponatur de iſto puluere.*

Puluis. Reci. *Coralliorum rubeorum, roſarum rub. mirthillorum, ana drach. i. nucis moſchatæ drach. ſ. ſeminum peoniæ ſcrup. iiij. miſce, fiat puluis ſubtiliſſimus, & renouetur ſuper*

tur ſuper caput, ſingulo tertio die, ſed ſemper quãdo ponit ſecundum, remoueat primum ; & ſit parum pro uice propter ætatis hebetudinem, ac teneritatem.

DE INCVBO, CAP. XII.

Definitio.

INCVBVS *eſt ægritudo, uel phanthaſma corpus aggrauans, motum & loquelam impediẽs. Hæc affectio Græcis Ephialtes, Latinis Incubo dicitur, quam aliqui à phantaſia, qua patientes afficiuntur, nõnulli à ſuffocando, quod ægrotantes præfocet, nomen duxiſſe autumant.* Sillanus. Aegineta li. 3. ca. 15.

Oppilatio minor facit incubon, maior epilepſiã, adhuc maior, ſeu maxima iſtarum apoplexiam. Incubi cauſa.

Phlebotomia.

Quando dicit Rhazes, quod debemus phlebotomare primo ſaphenam, intelligitur ſi ſit repletio totius corporis, uel retentio ſanguinis menſtrui; uel hæmorrhoidalis: ſin minus, primo fiat ſectio uenæ baſilicæ, dein frontalis. Phlebotomia.

Eadem cura ephalticorum, quæ & epilepticorum. Quæcunq; enim hij interdiu, & uigilia, eadem noctu, & per quietem alij patiuntur, eoq; recurrẽdum ad locum citatum ſupra. Eadem cura ephalticorũ quæ comitialium.

PRAESAGIA.

1 *VIx ſobrie diætatus incubo uexatur, adſtipulante Paulo, crapula, & iugi ſtomachi cruditate uexatos potiſſime, ſic affici.* Præſagia. Aegineta li. 1. cap. 15.

2 *Item uix ſine nouella, aut antiqua repletiõe quiſquã, uel aliquis ſuperatur.*

3 Haud facile ſuper aliquod latus dextrum uel ſiniſtrũ dormientibus incubò requieſcit, aliàs ingruit.

4 Sæpe incubum incurrentes, parati ſunt ad capitis ægritudines, ſenſum & motum uel iſtorum alterutrum auferentibus, ob id procliues ſunt ad lethargum, apopleſiam, epilepſiam, paralyſim, ſpaſmum, uertiginem, & mortem ſubitaneam, imò aliqui reperiuntur in lecto mortui ex hac ægritudine.

5 Si incubus uenerit inter ſomnũ, & uigiliam, deterior eſt, ſi ſuperuenerit ſudor, tunc deterius.

ADDITIONES.

Phlebotomia. *Euacuatio.*

SI adſit plenitudo, expedit primũ ferire uenam congruã iſta affectiõe poſſeſſo, hinc purgationibus uniuerſum laborantis corpus euacuare: hiſce nimirũ cathar ticis, quæ in cap. caduci morbi ſunt enumerata.

DE MELANCHOLIA, CAP. XIII.

Definitio.

Gal. lib. deſ. medi.

MELANCHOLIA *paſsio, rationi officiens, cum cordis difficultate, & cũ nutricatione eorũ, quibus maximè ueſci delectantur. Gignitur autem ſine febre, huic obnoxijs, multa bilis, eademq́; nigra ſtomachum lædit, adeo ut uomitus ſequatur. Hæc à Celſo bilis atra nominatur.*

Celſ. lib. 2. cap. 1.

CAVSAE PRIMITIVAE.

Cauſæ primitiuæ.

AEr *frigidus (aliàs calidus) & ſiccus, exercitiũ forte, balneum exiccãs, cibi, & potus atrabiliarij, ſeu melan choliã generantes, corrupta digeſtio, uel diſpepſia, uigilia ſuperflua, timor, meſtitudo, &c.*

CAVSAE

CAVSAE ANTECEDENTES.

HVmor materialis, uel ex aduſtione melancholiæ. Signa: triſtitia magna, ſolicitudo, uigilia, timor, malæ cogitationes cum ploratu, uix etiam mouetur. Humor melancholicus, ex aduſtione ſanguinis, ſignum eſt, riſus, gaudium, pauca triſtitia, uenæ oculorum rubeæ. Humor melancholicus, ex aduſtione phlegmatis. Signa: pigritia, quies, ſomneitas, pauca caliditas. Ex melancholica diſcraſia, cerebri ſiccitas. Signa: capitis leuitas, aliàs grauitas, & dolor capitis continuus, ſitis, uigilia, paucitas ſuperfluitatum in oculis, & naribus. Humor melancholicus, ex aduſtione choleræ. Signa: rixæ, ſaltus, agitatio, læſio dæmonũ, aſpectus terribilis, grauitas, ſomnolentia, multitudo ſuperfluitatum, paucitas ſitis, & huiuſmodi. Aliquando dolor capitis continuus, cerebri humiditas, aſsidua cogitatio, frequens aſpectus ad rem unam, & ad terram, amor ſolitudinis, nigredo oculorum, & quandoq; ægritudines præcedentes. Signa ex relatione. Complexio cordis melancholica, tremor, paſsio cardiaca, retentio hæmorrhoidum, uel menſtruorum. Humor melancholicus in ſtomacho. Signa: dolor ſtomachi, nauſea, uentoſitas multa in eo, & huiuſmodi. Hepatis nimia caliditas, uel debilitas. Signum: dolor in latere dextro. Splenis debilitas, aut aliud, ſi durities, dolor, grauedo, in eo, multitudo appetitus, parua digeſtio, rugitus, inflatio ſplenis. Signa melancholiæ mirachialis, grauitas in eo, & attractio ſurſum, nauſea continua, dolor, aut inflatio hypochondriorũ, malitia animæ corrupta, eructuatio acida, ſputũ humidũ, rugitus, exitus uentoſitatis, inflatio, et dolor in ſtomacho, & inter ſpatulas, donec digeſtio cõpleatur. Vomitus cholericus, & phlegmaticus acetoſus, cõgelans dentes, ege-

Cauſæ antecedentes.

ſtio cholerica,& pituitoſa,alleuiatio poſt digeſtionē, aliquando apoſtema in mirach,& item tremor.

APHORISMI.

Aphoriſmi. 1 SI timor,& puſillanimitas multū tempus habēt,perficit melancholicū huiuſmodi habentem. 24.6.

2 In melancholicis ægritudinibus periculoſæ eruptiones, apoplexiam,aut ſpaſmum, aut cæcitatem ſignificāt, aut maniam. 56.6.

3 Melancholicis, & nephreticis, hæmorrhoides innatæ,bonum. 11.6.

4 Melancholicis uerò uehementius inferius, eadem ratione contraria apponentes. 9.4.

5 Melancholia proprie de ea cauſa eſt, quæ fit melancholia naturali, uel aduſta, in qua nō remanet ueſtigium caloris, & aduſtionis, aut ab aduſtione ſanguinis, uel phlegmatis, aut à phlegmate congelato, quoniam partes ſubtiles reſoluuntur, & remanent craſſæ materiæ melancholicæ.

6 Quod ſi remaneat caliditas adurens, & aduſtio, eſt non proprie dicta melancholia,& eſt mania. Ea aūt quæ eſt per cōmunitatem totius, ut eſt in febre, aut alicuius particularis membri,ut ſplenis, uaſorum ſeminaliū,&c. Et ut plurimum cordis, imo raro, aut nunquam fit abſq; communitate cordis.

Melācholia raro abſque cōmunitate cordis.

7 Quomodo poteſt eſſe riſus in melancholia, quā ipſam ſequi ſolet triſtitia,ploratus,&c. De hoc uide Gentilem, qui duplicem ponit riſum,uerum ſcilicet,& fictum.

Gentilis.

8 Quando humores inuicem cōmiſcentur,accidētia etiā ipſorum cōmiſcentur ad inuicem,ut in cōmiſtione humoris melancholici,& ſanguinei, triſtitia, ſolicitudo, luctus eorum,cum lęticia,riſu,&c. cōmiſcentur. Aphoriſ. 21. lib. 6.

In inſanientibus si varices, aut hæmorrhoides ſuperuenerint, inſaniæ ſolutio: 6. aph. 21.

lib.6.& 23.lib.eodem & 53.eodem lib.Hippo.

PRAESAGIA.

1 *Melancholia in principio eſt facilis curæ,poſt cõfirmationem difficilis.* Præſagia.

2 *Quando eis accidit caſus appetitus,eſt malum.*

3 *Cum accidunt in corporibus eorum ulcera,mors.*

4 *Quæ accidit in fine febris, aut per aduſtionem, & exiccationem humoris, eſt pernitioſa.*

Extant adhuc aliqua ſigna, prioribus adnectẽda,adeoq; añ aphoriſmos ĩſerẽda.

Signa melancholiæ à toto corpore : nigredo faciei,macies,multitudo pilorum, retentio menſtrui ſanguinis hæmorrhoidarum,anteceſſio febrium,retentio ſuperfluitatũ ſtomachi, & ſplenis. Signa melancholiæ à toto.

CAVSAE CONIVNCTAE.

Mala complexio cerebri frigida,& ſicca,naturalis, & innaturalis. Cauſæ cõiunctæ.

NOTIO.

Electuarium lætificans,dandum in melancholia per aduſtionem ſanguinis,& phlegmatis,uel,quæ eſt ex melancholia naturali,in alijs ſcilicet, quæ per aduſtionẽ choleræ non item,quoniam calefactorium eſt, ea propter non debet tunc exhiberi niſi cum frigidis,& humidis,ueluti cum ſaccharo uiolaceo, uel conſeruis refrigerãtibus, puta boraginis,aut bugloſſæ, Arculanus *recipit paſſulas, ſed non placet* Leonello. Notio. Arculanus.

MINORATIO.

Detur ſequens minoratiuum in aurora,uel circiter conticinium. Minoratiuũ melãcholiæ.

Reci. *Medullæ caſſiæ fiſtularis, electæ, & recẽter extractæ,diaprunis non ſolutiui,ana unc.ſ.confectionis ha-*

mech drach.ij.miſce cum decocto bilem atram purgante, & digerente (ut infra) fiat potus.

Decoctio eſt talis.

Apozema atre bilis præparatoriū, & cōcoctorium.

Recip.*Florum boraginis, & bugloſſæ, ana unc.ſ. paſſularum enucleatarum, corticum rad. capparorum, & tamariſci, ſcolopendrij, polypodis, ana drach.ij. ſemi. aniſi, fœniculi, cuſcutæ, ana drach.iij. fiat decoctio in.iiij.lib. aquæ ſalientis, uel fluuialis limpidi, ad excoctionē dimidij, coletur, & clarificetur arte.*

Phlebotomia.

Circa phlebotomiam melancholicorū, quando Rhazes *dicit, quòd ſanguine exiſtente ſubtili, debemus eū reſtringere ſubito, intellige ſi talis non fuerit in ſuperficie, & craſſus in profundo, ſed quod craſſus prius exiuerit, & ſubtilis ſequitur.*Foramen *etiā eius debet eſſe maiuſculū, ne ſubtilis exeat, & craſſus, ſeu denſus maneat.*

Guilhelmus Placētinus. Vene *ſectio nē in melancholia nō cōpetere.*

Guilhelmus Placentinus *refert phlebotomiā in melancholica non conferre, quia ſanguis, cum ſit calidus & humidus, cōtrarietur melancholiæ, quæ eſt frigida, & ſicca, quare potius augebit morbum.* V*erùm ſi conferre debet, dicit feriēdam eſſe ſaphenā, quia accidit humoribus, ſicut in uino, in quo ſemper craſſæ partes, & turbidæ ſubſident, in uaſe propter grauitatem, unde ipſum euacuādo, clarificando euacuamus illas partes à fundo, ſic eſt etiam de melancholia, quæ propter grauitatē ſuā, & craßitiem facile deſcendit.* Q*uare cōmode euacuatur per ſaphenā.* V*t in mulieribus, quia ſanguis melancholicus per menſtrua purgatur.* Q*uare maximè cōuenit eorum prouocatio, ſimiliter in fluxu hæmorrhoidali.* In *his enim, in quibus ſolitus eſt fluere competit.* Vide Hippocratem *ſexta particula* Aphor. 21.*Inſaniētibus ſi uarices, aut hæmorrhoidæ ſuperuenerint, inſaniæ ſolutio fit.* Si *humor peccans*

Hippocrates.

cans ſit ſanguis, uel ei admiſtus.

Primo fiat phlebotomia minoratiua. Auicēnas in cap. proprio, Serapio in Breuiario. Galenus, de locis affectis lib. iij. cap. vi. Incipias autem iuxta modum dictum ſuperius in cap. de cura phrenitidis, tandem ueniendo ad phlebotomiam uenæ frontis. Auicennas. Serapio. Galenus.

DIGESTIO.

Deinde da hanc potionem digeſtiuam.

Recip. Decoctionis communis, unc. v. ut infra: cui adde, foliorum ſenæ, epithimi, ana drach. i. Fiat decoctio ſecundùm artem: de colato recip. quincuncem, ut dictum eſt, uel q. ſ. ad diſſoluendum, diaſenæ ſolutiui, drach. i. confectionis hameeh, drach. i. ſem. electuarij de ſucco roſarum, drach. i. Miſce, fiat potus horis aliquot ante primam lucem exhauriendus. Potio digeſtiua melancholiæ.

Decoctio communis.

Recip. Florum cordialium, ana pugill. iij. hordei unc. iiij. prunorum damaſcenorum, nume. xij. liquiriciæ mundæ; tamarindorum, paſſularum enucleatarum, ana unc. ſem. ſeminum aneſi, fœniculi, ana drach. iij. aquæ fontanæ lib. iiij. Bulliant lento igne uſque ad conſumptionem medietatis: coletur, & reſeruetur uſui neceſſario. Decoctio cō munis.

Digeſtiuum in melancholia genita per aduſtionem phlgmatis.

Recip. Syrupi ſabor regis, mellis roſati colati, ſem. de fumoterræ, ana unc. ſem. aquarum bugloſſæ, boraginis, uiolarum, ana unc. i. Miſce.* Digeſtiuum. *Aliàs oxymellis ſimplicis.

Aliud ad idem.

Recip. Syrupi de epithymo, rhodomelitis colati, oxymelitis ſimplicis, ana unc. i. uel ſem. aquarum ſupradictarū ſeſcuntiam, uel quadrantem. Miſce, exhibeantur ut alij. Aliud digeſtiuum.

EVA-

EVACVATIO.

Euacuatio melancholiæ

INchoandum à leuioribus, maximè ſi materia ſit melancholica: nam cum materia ſit craſſa, & difficilis euacuationis, agitaretur, & commoueretur multum à forti medicina. Et hæc eſt ſententia Auicennæ cap. proprio. Iubet ergo ibidem à principio euacuandum cum apozemate epithymi, facta in ſero caprino: non multa, nec ſubita facienda eſt euacuatio, ſed per interualla, habens temperiem, ut natura per euacuationem non aggrauetur, ſed releuetur potius: unde talis euacuatio ſubitaria, ſcilicet & immodica, una uice in tali materia taliter operatur, ſicut impetus flammæ, quæ reſoluit ſubtile, & prætergreditur craſſum: ideò per interuallum aggredienda euacuatio, ita quòd qualibet hebdomada aliquid euacuetur de humore melancholico.

Auicennas.

In continua cura procedendum eſt cum cordialibus, & confortantibus cor.

Cautio Auicennæ.

Medicinæ ſolutiuæ trahunt ad latus incolumitatis: icircò Auicennas uetat exhiberi ueratrum à principio, quod ſi detur, dandum erit cautè, & cum timore: lapis lazuli, & armenus dentur ſecurè, præſertim ſi ſint præparati.

Medicinæ ſolutiuæ miſtæ cum lenitiuis conuenientiores ſunt ad euacuandum materiam melancholicam, præcipuè præſente febre, ſi dentur in forma liquida quàm* ſolida. Auerrois in lib. Colliget inſcripto, ponit potionem, qua patienteem melancholiam myrachiam refocillauit: propinauit illi ad bibendum aquam roſatam, cum ſucco pomorum, & aquam menthæ, cum modica quantitate pulueris ſandalorum, & maſtyches. Ad hanc intentionem faciunt ultimum, ac penultimum caput Auicennæ, de uiribus cor=

* Aliàs non ſolida, quia tales materiæ ſunt ſiccæ.

Auerrois.

Potio in me=

bus cordis, uidelicet, de differentibus modis lætificandi, & roborandi cor, repertis in medicinis, & de medicamentis ſolutiuis ægritudinum cordis;inibi enim adducuntur optima cholagoga, adeoq; cordialia aduerſus atræ bilis dominatum, ac mœſtificam diſcraſian præſentanea. *lãcholia my rachia.* *Auicen. lib. de uir. cord.*

Veniendo igitur ad curam melancholiæ ex aduſtione choleræ, pro euacuatione detur iſta ſequẽs medicina, quæ eſt in forma potabili.

Potus laxatiuus melancholiæ ex aduſtione choleræ.

Recip. *Florum boraginis, bugloſſæ, uiolarum, ana man. ſem. paſſularum enucleatarum, liquiriciæ inciſim ſectæ, roſarum, ana unc. ſem. ſebeſten, num. viij. iuiubarum x. epithymi, foliculorum ſenæ, ana drac. ij. ſeminis lactucæ, drac. i. ſem.* Fiat *decoctio in ſ. q. aquæ, ad conſumptionem medietatis: de colato recipe quod ſatis eſt ad eliquãdum ſubſequentia ſolutiua, uidelicet.* *Euacuatiuũ melancholiæ aduſtæ.*

Diaſenæ Rhazes, & Nicolai, *ana drach. i. ſem. confectionis hamech, electuarij indi maioris, de ſucco roſarum, diaprunis ſolutiui, benedictæ laxatiuæ, ana drac. i.* Fiat *potus, diſcoletur cum unc. i. uel ſem. ſyrupi uiolati.* Alius *codex habet** Diaſenæ Rhazianæ *unc. ſem. omiſſis electuario roſato, diaprunis, & benedicta.* ** Aliàs diaſenæ* Rhaz. *hamech dra. i. elect. indi. drac. i.* Miſce, *&c.*

Si autem in forma pilulari uis exhibere, recip. Pilularum *aggregatiuarum, pilu. de lapide cyaneo, de fumaria, ana ſcrup. i. diagridij gran. ij.* Fiant *pilulæ vij. uel nouem, cum ſyrupo uiolato: poſtea quinis ab aſſumptione earum horis detur lauatiuum ex aquæ hordei, & brodij pullini non ſaliti, ana ſemiuncia, & ſacchari rubri tantundem paratum.* *Pilulæ pro melancholicis, & cholericis.* *Lauatiuum.*

Soluti-

Solutiuum in melancholia generata ex aduſtione phlegmatis.

Solutiuũ potabile, pro melancholicis.

Recip. Decocti communis, abſque prunis, cui adde, polypodij, epithymi, foliculorum ſenæ, ana drach. i. ſtæchadis arab. drach. i. ſem. uel unc. ſem. ueratri nigri, drach. ſem. (In alio codice legitur unc. ſem.)

De qua decoctione recipe, q. ſ. ad diſſoluendum, diacatholici, drac. v. diaphœnici, drac. i. ſem. electuarij indi maioris, drac. i. ſcrup. i. agarici electi, drach. i. ſalis gemmei, zinziberis, ana gran. iiij.

Agaricus cũ ſale gẽmeo infundatur in oxymelite ſimplici, q. ſ. pro ſui imbibitione per 7. horas, deinde fiat fortis expreßio agarici, quæ cum reliquis diſſoluatur, & fiat potus: cui adde ſyrupi pomacei, unc. ſem. & exhibeatur ut ſupra, ſi uis dare in forma pilularum.

Recip. Pilularum cochiarum, indarum, de lapide lazuli, ana ſcrup. i. diagridij, gran. ij. Fiant pilulæ num. vij. cum ſyrupo ſtæchadite.

DIVERSIO.

Diuerſio.

F*Acta euacuatione, diuertatur materia à capite primum, cum diuerſionibus ſine euacuatione, ut cum fricationibus fortibus, trahendo à ſuperiorioribus ad inferiora, cum ligaturis brachiorum circa adiutoria, & coxas, cum uentoſis abſque ſcarificatione in ſpatulis, & natibus, & cum lotionibus circa extrema, deinde diuertatur materia euacuando cum ſequenti medicina, & eſt clyſtere.*

Clyſtere diuerſiuum in melãcholia.

Recip. Camomillæ, meliloti, pulegij, calamenti, epithymi, ana man. ſem. carthami infuſi unc. i. aniſorum, fœniculi, ana unc. ſem. Fiat decoctio: cuius recip. unc. xv. uel (ut alius codex ponit) lib. i. unc. iij. cum quibus diſſolue ſac=

ue ſacchari rubri unc.i. hieræ picræ, hieralogodij, ana unc.ſem. caſſiæ bonæ tantundem, ſalis communis, drach.ij. olei chamomillini, unc.ij.uel iij. uitellum unius oui. Miſce, fiat clyſtere.

Poteſt diuerti materia & cum appropriatis, & non eradicantibus ipſam à capite, ut cum caputpurgijs, maſticatorijs, ſternutamentis, de quibus dictum eſt in cap. de epilepſia. *Alius modus diuertẽdi melancholiam.*

Correctio accidentium.

Vnum eſt accidens, quod plus uerendum eſt in tali ægritudine, uidelicet, ſomni difficultas, ſeu cathocos, unde ſummoperè curandum eſt ut æger dormiat.

Hinc Auicennas, quantum potes (inquit) adlabora, ut mente lapſi ad capeſcendam requiem proritentur, non opiatis quidem fortibus, ſed anodinis ſomnum leniter conciliantibus. *Auicennas.*

Primò ergo fiant lotiones circa extrema cum aqua ſequenti.

Recip. Corticum papaueris albi, iuſquiami, radicum mandragoræ, florum boraginis, uiolarum, nenupharis, ana man.ſem. Bulliant omnia in ſ.q. aquæ fluminis, ad conſumptionem tertiæ partis. Fiat lotio in ea aqua tepida circa extrema, à genibus, & cubitis trahendo ad infra quando uult ire cubitum. *Diarlyſma ſomniferũ.*

Deinde fiat hæc inunctio, cum qua inungantur pulſus manuum, pedum, & temporum.

Recip. Olei nenupharini, uiolacei, myracopi, populnei ana unc.ſem. opij gran.iij. croci gran.vi. Puluerentur, & cum exiguo ceræ fiat unctio: quòd ſi non dormierit hoc facto, fiat iſta potio: *Inunctio ſoporifera.*

Recip. Syrupi papauerini unc.i. uel i.ſem. aquæ lactucæ, unc. *Potio ad idẽ*

quoniam (inquit Haly.) paſſioni huic prodeſt, nec oportet ab hoc recedere: ſæpe nanq; illud probaui: de quo latius ita ſcribit præcitatus Valeſcus Tharãteus. Et eſto (inquiens) quòd aliæ medicinæ non ualeant, iſta ualet, nutu Dei miſericordis: & eſt medicina coronata, quæ ſecretiſſimè teneatur, & amplectatur, ut humanus intellectus quaſi deperditus cum hac medicina reſtauretur. Leonellus hanc exhibuit in forma pulueris hebdomadatim: doſis patet ſuperius. Valeſcus Tharãteus.

ADIECTITIA PHARMACA.

Digeſta materia melancholica cum ſyrupo de epithymo, bugloſſa, & fumoterræ, adiectis aquis boraginis, bugloſſæ & uiolarum, q.ſ. Dentur iſtæ pilulæ, quibus ego utor peculiariter pro melagogo. Digeſtiuum melãcholiæ.

Recip. Pilularum indarum, de lapide cyaneo, de v. generibus myrobalorum, ana ſcrup. i. cum diaſena reformentur pilulæ: aliquando addo diagridij gran. i. uſque ad iij. Pilulæ pro melancholicis.

Aliæ ad idem expertæ.

Recip. Hieræ picræ, epithymi, ana partes ſexdecim, polypodis. ſtæchadis arab. agarici, ana partem ſem. pulpæ colocynthidis quartam partis unius, ſcammonij, bdelij, ſalis armoniaci ana gran. iij. uel v. Aliæ pilulæ ad idem.

Aliæ cæteris præſtantiores.

Recip. Specierum hieræ, ſtæchadis, epithymi, an. drac. ſem. lapidum lazuli, & armeni, ablutorum, agarici, pulpæ colocynthidis, ſalis armoniaci, ana quartam partem, drac. i. xyloaloes, maſtyches, menthæ, ſingulorum gran. v. hellebori nigri, gran. ij. ſem. uel iij. ſcammonij gran. iiij. Aliæ pilulæ ad idem.

Cum ſyrupo de fumoterræ fiant pilulæ, doſis à ſcrup. binis, ad ſummum iij. Arnold. lib. de uinis.

Commendat Arnoldus Nououillanus uinum cirſionites, quòd

tes, quòd nimirum humores melancholicos aduſtos educat per urinam, & rectificet cerebrum infectum fumoſitate melancholiæ.

Vinum bu-gloſſatum. *Cuius talis eſt confectio. Radix bugloſſæ bene mundata maceretur in uino bono, donec uinum ſapore, & uirtute eius bene imbuatur, & aßiduetur illius potatio.*

Auicen. lib. de uir. cord. Zulapiũ bugloſſatum. *Auicennas ponit zulapium bugloſſatum, compoſitum ex folijs meliſſæ, & bugloſſæ, cum aqua roſacea quod ſatis eſt, ſimul artificialiter inferuefactis, & colatis.*

Deſtillatio multimorba *Efficacior eſt ſubſequens deſtillatio, quam expertus ſum in omnibus morbis melancholicis, in palpitatione cordis, diſcraſijs ſtomachi, & capitis.*

Recip. Florum anthos, boraginis, radicum bugloſſæ, ana unc. iiij. croci drac. i. miuæ cydoniorum trientem, uini albi meraci limpidi, bene defecati, & optimi, lib. ij. Miſce, & ſtent ſimul infuſa, prius bene piſtata, per diem naturalem, deinde mittantur in fimo per ſemimenſem, in uaſe uitreo, bene clauſo, dein deſtillentur per alembicum duabus, uel tribus uicibus. Seruetur in conditorio hyalino, uel potius argentea lagenula, doſis, unc. i.

Emplaſtrũ. *Fiat emplaſtrum ex ſemine papaueris, & iuſquiami albi, & lacte muliebri, ſuper frontem, & intra nares liniatur.*

Ego expertus ſum in melancholico, maniaco, necnon omni dolore, & diſcraſia caput reſpiciente, troſchiſcos illos eſſe probatos, ſi inſtar linimenti adhibeantur.

Trochiſchi anodini. *Recip. Croci, opij, myrrhæ, iuſquiami albi, corticum radicis mandragoræ, ana ſcrup. i. uel pluſculum. Conficiantur cum ſucco lactucæ, & fiant trochiſchi, & re poſtulante diſſoluantur unà cũ aqua lactucæ, ſeu lacte muliebri, uel oui albugine, aut aqua nenupharis, & applicetur.*

DE CA-

DE CATHARRO, CAP. XIIII.

Definitio.

DESTILLATIO *morbus eſt, quãdo humor deſtillat ex capite cum nocumento, quæ Græcè (teſte Celſo) Cataſtaginos dicitur, ſecũdum nonnullos cátharrus, coryza, branchus. Sed cõmuni uocabulo Græci coryzas, ſæpe etiam catharrum dicunt: quæ uulgaris iam eſt omni grauedini narium appellatio.* *Celſus.*

Galenus ſic definit. *Gal. lib. de fin. medi.*

Catharrus eſt humorum multorum ex palati concauo defluxus, frequens per nares uelut excrementum ſuperfluitatum, ſpiritusq; excretus uocem reddat. Defertur aũt ea fluxio à cerebro, & capite interdum ad os, nares, fauces, gurgulionem, in adenas, aſperam arteriam, pulmonem, thoracem, & uentriculum, unde plerunq; uariæ deriuantur noxæ: uidelicet raucitas, angina, tuſsis antiades, uuula, pariſtmia. *Noxa ex catharro promanantes.*

CAVSAE PRIMITIVAE.

Frigiditas, uel caliditas extrinſeca cibi uaporoſi, odor rerum calidarum, & frigidarũ, coitus, ſomnus ſuperfluus, exercitium forte, quies, uel repletio nimia. *Cauſæ primogeniæ.*

Antecedentes cauſæ.

Mala complexio cerebri frigida, uel calida, humor, & uapor calidus, uel frigidus in cerebro, uel ſtomacho exiſtentes, uel à ſtomacho, uel aliunde aſcendentes. Signa ex ſuperioribus patent, & ex relatione patientis. *Antecedẽtes cauſæ.*

Coniunctæ cauſæ.

Humor actu fluens, catharrus ſubtilis, ſæpe eſt calidus craſſus, frigidus, licet poſsit eſſe etiam calidus, dicitur au- *Coniunctæ cauſæ.*

tem craſſus non ſimpliciter, ſed in reſpectu ſubtilis, quia minus ſubtilis, ſi enim eſſet ſimpliciter craſſus, non poſſet per tam anguſtas uias, & tam ſtrictas poroſitates deſcendere ad inferiora.

APHORISMI.

Aphoriſmi. 1 *CAtharrus cum febre citius curatur.*

2 *Deſtillationes in uentrem ſuperiorem ſuppurantur intra uiginti dies.*

3 *Branchi, & coryzæ in ualde ſenibus nō maturantur.*

4 *Si uerò æſtas ſicca, & borealis fuerit, autumnus uerò pluuioſus, & auſtrinus, capitis dolores, in hyeme tuſſes, branchi, & coryze fiunt.*

PRAESAGIA.

1 *SAepe incurrentes catharrum, à periculo non ſunt omnino tuti, ſed uarijs obnoxij ægritudinibus.*

2 *Omnem fere catharrum ſequitur tuſsis.*

3 *Cuius complexio cerebri eſt frigida, corde, uel hepate calido, citius incurrunt Catharrum, & ediuerſo.*

4 *Subita aeris mutatio ſæpe eſt cauſa catharri.*

5 *Rheumatici, ſplenetici non fiunt.*

6 *Catharrus cum capitis dolore, eſt difficilis curæ.*

7 *Si cum catharro ſentitur punctura, in maxillis, uel lateribus, ſignificant, quod materia fluat ad illum locū.*

APHOR. HIPPO.

40. lib. 2. 14. lib. 3. 12. lib. 3. 31. lib. 3. 24. lib. 5.

ALII APHORISMI SVPERIORIBVS ANNECTENDI.

1 *Raucedines, & grauedines in decrepitis coctiones non admittunt.* apho. 40. li. secundi.

2 *Frigida, qualis nix, & glacies pectori inimica, tuſſes mouent, & deſtillationes.* 24. apho. li. quinti.

DIAETA.

Aer nõ ſit nimis frigidus, quia debilitãdo digeſtionem cerebri, cauſat catharrum. Nec etiam ſit nimium calidus, quia reſoluit, & facit deſcenſum. Non ſit nebuloſus, uentoſus, pluuioſus, uentus meridionalis diſſoluens, & replens capita, ac borealis reſtringens, & exprimens eſt uitandus: Habitatio ſit intra duo ſolaria, cuius feneſtræ ſint uerſus orientem, & meridiem.* Diæta. * & comprimendo.

De cibo, & potu regulæ.

Quantum ad uictum attinet, ſeruanda erit temperantia, parce comedat præſertim ſero, & in cœna, imo cœnã aliquando obmittat, fugiat repletionem nauſeatiuam. carnes ſint digeſtibiles, & euchymæ, quales ſunt caſtratinæ, uitulinæ, leporinæ, hiſq; ſimiles, quarum nutrimentũ tendat ad ſiccum, utpote, pulli, phaſides, perdices, turtures, ortyges, &c. Abſtineat ab aquaticis, ut ſunt anates, propter earum humiditatem. Panis ſit ex farina ſana, frumẽti ex ſana meſſe collecti, & ſit ex ſimila facilis digeſtionis, trium dierum, & non plurium. Potus in calido catarrho conuenit, aqua ſacchari, & hordei: in frigido hydromeli, promulſis, &c. Sint abſtemij, uel ſi nequeant, temeto prorſus abſtinere, largiter uinum temperetur. Vitent ſomnum diurnum, & de nocte non multum dormiant, ſed excubent. Sopor his, & merum à repletione nocet. Vnde uulgò dictitatur. Ieiunent, uigilent, ſitiant, qui rheumata curant. Quies moderata conuenit eis, quia in quiete maturantur catharri, præcipue ab initio. Vide Auicennam, ſternutatio principaliter non conuenit, quia multum agit humores, quiete non motu maturandos.

Digeſtio.

In materia calida, ſubtili, detur hoc digeſtiuum.

Digeſtiuũ in catarrho calid. ſubtili.

Reci. *Syrupi uiolati, papauerini, ana drach. vi. aquarum uiolarum, nenupharis, ana unc. i. uel. i. ſ. miſce, ſumat ante lucano tempore.*

In materia calida craſſa, detũ hoc digeſtiuũ.

Digeſtiuũ in materia calida craſſa catharri.

Reci. *Syrupi uiolati, oxymelitis ſimplicis, ana drach. vi. aquarum uiolarum, capilli ueneris, endiuiæ, ana unc. i. miſce, propinetur ut ſupra.*

Digeſtiuum in materia frigida craſſa.

Aliud in materia frigi. craſſa.

Recip. *Syrupi hyſſopiteis, rhodomelitis colati, oxymelitis ſimplicis, ana unc. ſ. aquarum bethonicæ, hyſſopi, lupulorum, ana unc. i.*

In alio exẽplari legebatur, aquæ decoctionis thuris, foliorum cupreßi. unc. i. ſ. miſce, utatur modo prædicto.

In materia frigida, tenui, & aquoſa, Digeſtiuum.

Aliud in materia frigi. tenui, aquoſa.

Recip. *Syrupi ſtœchaditis, unc. i. mellis roſati colati, unc. ſ. aquæ elixationis thuris, maſtyches, foliorum cypariſsi, unc. i. ſ. miſce.*

EVACVATIO.

Euacuatio.

SI *materia ſit miſta ſanguini, & cũ hoc catharrus ſit calidus, in corpore calido, repleto multo cruore, aut ſi materia repat ad pulmonem, uel pectus, faciens ulcus in pulmone, uel pleureſim, uel ſit cum febre, tunc e anda erit uena communis, uel cæphalica, detrahendo quincuncem, ſeu ſemiſſem ſanguinis. Si autem materia non ſit ſanguinea euacuetur per pharmaca.* Exempli gratia. *In materia calida, poteſt exhiberi talis medicina potabilis.*

Phlemotomia.

tabilis. Reci. *Paſſularum enucleatarum, liquiritiæ raſæ, ana unc.ſ. ſebeſten nume.viij.iuiubarum x.uiolarum ſiccarum, drach.iij.* — Potio euacuatiua, in materia calida catharri.

Bulliant omnia in.ſ.q.aquæ, ad conſumptionẽ medietatis. Colati reci.q.ſ. ad diſſoluendum. Caßiæ pinguis medulloſæ nouiter extractæ unc.i.mannæ electæ unc.ſ. electuarij de ſucco roſarum drac.i.miſce, fiat potus, qui exhibeatur ante lucis ortum per horam.

Si uelis dare in forma deglutibili, da ſubſcripta catapotia.

Recip. *Pilularum aurearum Nicolai, ſcrup.ij.agarici trochiſcati ſcrup.i.fiant pilulæ nume.vij.cum ſyrupo uiolato. Quinq; poſt horis, ſumat lauatiuum calide, factum ex ſemiſſe aquæ ptiſanæ, & ſemiuncia ſacchari rubri, uel taberzeth.* — *Pilulæ.* — *Lauatiuum.*

Materia exiſtẽte gelida, craſſa, & phlegmatica, detur potui primũ eiuſmodi ſyrupus.

Recip. *Hiſſopi, capilli ueneris, ſtæchadis Arab. ana m.ſ. uel unc.ſ.paſſularum enucleatarum, liquiritiæ raſæ, ana unc.ſ.caricarũ nume.iiij.uel.vi.uel.viij. ſebeſten.ix. Fiat decoctio in.ſ.q.aquæ, de qua recip.quod ſatis ſit ad eliquandum.* — *Syrupus laxatiuus phlegmatis.*

Diacatholici drach.v.diaphœnici drach.iij.miſce, fiat potio, dulcorata cum melle roſato colato, & exhibeatur ut alij.

Si lubet prebere pilulas. Rec.*pillularũ cochiarũ ſcrup. i.ſ.trochiſcorũ de agarico ſcrup.i.gra.v.* — *Pilulæ.*

Fiant pilulæ nume.vij.cum ſyrupo hyſſopite, & offerantur ea hora, qua ſumpſit medicinam ſolutiuam potabilem ſupra deſcriptam, & poſtea propinetur lauatiuum ex aqua mellis, & ſaccharo confectum. — *Lauatiuum.*

DIVERSIO.

Diuerſio.

FIant diuerſiones conuenientes, à toto diuertentes, item frictiones, ligaturæ circa adiutoria brachiorũ, & coxarum, uentoſæ in ſpatulis, & natibus, balnea circa extrema, crura, & brachia, & hoc iuxta qualitatum cõſtitutionẽ. Diuerſiones proprie à cerebro ſunt caputpurgia, gargariſmi, maſticatoria, ueſicatoria, ſiue cauterizantia. Et iſtæ duæ diuerſiones non ſunt faciendæ niſi digeſta, & pro parte euacuata materia, nam ſi fuerit ab initio, eſſet occaſio & cauſa maioris fluxus catharri. Caputpurgium in materia frigida ad diuertẽdum eam, & attrahendum per nares, & prohibendo ne delabatur ad palatum, pectus, & pulmonem.

Caputpurgium in frigi. materia.

Recip. Thuris, maſtyches, ſtyracis ſiccæ, ana drach. i. Bulliant in ſ. q. aquæ, uel uini, ſeu puſcæ, & alias melius, melle, & deinde trahatur per nares.

In materia calida caputpurgium.

Aliud in cali materia.

Reci. Aquæ hordei trientẽ, extillationis florũ biacinthi ſeſcunciam. ſucci blitis unc. i. ſacchari candi pulnerati drach. i. ſ. fiat caputpurgium, & trahatur per nares.

Aliud in materia frigida:

Aliud ad modum gargariſmi.

Reci. Sublimationis amaraci, quadrantẽ, ſucci eiuſdẽ ſeſcunciam, ſucci bliti unc. i. nigellæ puluerataæ drac. i. miſce, fiat gargariſma, ut materia purgetur a parte nobili, ad ignobilem, ad hoc accommoda eſt decoctio zinziberis. pyrethri, ſinapis, coſti. Nam trahunt materiam à cerebro, ad os, ut indidem fiat excretio.

Decoctũ pituitã per os eliciens.

Gargariſma ad ſiſtẽdum catharrum.

Item ad ſiſtendum catharrum ualet gargariſma factum ex aqua roſacea, uiolacea, cum ſyrupo myrtheo, uel roſato.

Gargariſ-

Ad incidendum materiam craſſam, uiſcoſam, & ad abſtergendum,

ſtergendum, quæ deſcendit, materiam, ne figatur in gutture, & pariat ſynanchen, ualet iſte gargariſmus qui fit. mus inciſiuus, & abſterſiuus pituitæ catharralis.

Ex aqua mellis, uel hordei, cum oxymelite ſimplici, & ſcyllitico.

Item ad alterandum ſolum, & ut in materia (ſi calida ſit) infrigidetur. Fiat gargarizatio, ex camphora, & aqua roſacea. Aliud ad infrigidãdum, & alterandum.

Notio.

Sunt autem ſuſpecta gargariſmata, quoniam quum timetur, ne materia regurgitet, aut repat ad pulmonem, uel pectus, ut in paratis, hoc eſt, qui procliues ſunt ad phtiſim. Item quando catharrus eſt acutus mordicatiuus, quia periculum eſt, ne materia illa acuta agitetur, & petat pectus. Item cum timemus de præfocatione, & materia eſt multa, ſubtilis, & acuta. Notio circa gargariſmata.

In catharro calido, & ſubtili, quando materia non põt bene cõprehendi, propter ſubtilitatẽ, fiant gargariſmata ex aqua decoctionis roſarum, corticum papaueris albi, baccarum myrti, ſeu myrtillorum, balauſtiorum. Gargariſma in catharro cal. tenui.

Gargariſma in catharro calido diuerſiuũ.

Reci. Aquæ roſaceæ, myrtidani ana unc. iij. loboch pa pauerini unc. i. miſce, fiat gargariſma. Aliud diuerſiuum in catharro cali.

Aliud in frigido catharro.

Reci. Zinziberis, pyrethri, charyophilorũ, ana drac. i. bulliant in. ſ. q. aquæ ad conſumptionem tertiæ partis, deinde fiat gargariſma. Aliud in frigi. catharro

Maſticatoria dimittantur, quia timor eſt, ne materia uergat ad loca nobilia, & præfocet. Canon.

Diuerſio cum ueſicis in cute capitis, uel cauterijs, ad Chyrurgos pertinet, quæ tamen hoc modo fieri põt. Cauterium actuale.

Abradatur totum caput, & fricetur circa cõmiſſuram

coronalem fortiter cũ cæpe ſcyllitica,& ſale bene trito, uel fiat emplaſtrum,ex ſinapi & aceto.

Dimittatur,donec fiant ueſicæ,circa caput,quibus factis, aperiantur,& ſuper ipſas iam apertas ponatur folium caulinum emollitum ſub cineribus,cum axungia porcina,ut remaneant apertæ. Vel fiat hoc potentiale cauterium,quo nos peculiariter utimur.

Cauterium potentiale. *Reci. Cantharidum abſciſsis capitulis, & alijs pulueratarum drach.i.ſ.miſce,cum fermento, & modico aceti fortiſsimi,fiant formulæ rotundæ,ponantur in caput,& bene ſtringatur,& ſic maneant,donec locus ueſicetur,& hoc fit in termino x.uel xij.horarum.*

Prohibitio fluxus catharralis.

Meſueus. *Deſtillatio non eſt ſiſtenda,niſi periculum ſit de ſtrangulatione,inquit enim Meſueus,eſſe quoſdam,qui in primo uolunt cohercere catharrum, & tales ſunt cauſa maioris aggregationis in capite , unde poſtea diſſolutus ille fluor , & uehementius fluit , & ſubito iugulum petit. Proinde tutius eſt in hoc caſu uti regimine diuerſiuo,cum fricationibus,ligaturis,& alijs , quæ licet agitent materiam motam,mouent tamen ad exteriora.*

Gargariſmus in calida cauſa, ſiſtens catharrum.

Gargariſma in cali. cauſa repræſsiuus catharri. *Reci. Roſarum rubearũ,corticũ papaueris albi,myrtorum,balauſtiorũ,ana drach i. bulliant in.ſ.q.aquæ ad conſumptionem tertiæ partis, deinde colentur, colaturæ adde:ſyrupi myrthei ſextantem,camphoræ gra.iiij. boli armenij ſcrup.i.miſce,fiat gargariſma. Caueatur autem magna commotio gargarizando.*

Suffumigium ad idem in calida cauſa.

Suffumigiũ. *Re.Seminis lini,infuſi in aceto per diẽ & noctẽ.q.v.*

Deinde

Deinde torrefiat, poſt ponatur ſuper prunas, & fiat ſuffitio, ſeu fumatio. — *Catharrum reſtringẽtia.*

Ad idem ualet ſandaracha infuſa in aceto, & fumigium de ſtyrace calamita poſita ſuper carbones.

Item, ſi ponatur acetum ſuper laterem, ſeu lapidem ignitum.

Succus cæparum miſtus cum puluere ſampſuchi, & parum zinziberis, naribus inſufflatus, eſt bonum caputpurgium. — *Apophlegmatiſmi.*

Puluis etiam maioranæ cum momento zinziberis, & pyrethri inſtar caputpurgij adminiſtratus, pituitam per nares agit.

Idem facit puluis rhutæ, cum pyrethro naribus impoſitus.

Vel miſceatur puluis ſinapis, cum zinzibere, & naribus apponatur.

Valet ad idem puluis cardamomi, cum puluere cubebarum, cum gran. i. condiſi, ſeu ueratri naribus inſperſus.

Optimum caputpurgium, & magiſtrale.

Recip. Pulueris florum, uel foliorum ſpiculæ, florum anthos, ſeminis baſilici odoratioris, & nigellæ, ana drac. i. pyrethri, zinziberis, ana drac. ſem. — *Caputpurgium optimũ.*

Decoquantur in aqua ſaluiæ, q. ſ. colatum attrahatur naribus. Eſt idem in catharro, & frigido capitis dolore, epithema bonum. — *Epithema.*

Formulæ catharrum nimis fluentem cohibentes.

Recip. Amyli (alius codex habet, aneſi) drac. ij. ſeminum lactucæ, papaueris albi, ana drac. i. tragacanthi (aliàs diatragacanthi) gummi arab. ana drac. ſem. boli armeni, ſcrup. i. Puluerentur ſubtiliter, & cum mucilagine pſylij, & cydo- — *Formulæ cohibitiuæ fluxus catharralis.*

Cōfectiones in ore tenendæ.

& cydoniorum fiant pilulæ, quæ retineantur in ore.

Item teneantur in ore, uidelicet, diatragacanthum frigorificum, diacodion, lohoch papauerinum, trochiſchi pectorales, pilulæ bechicæ.

Odoramētū.

Pomū in catharro.

Odoret aquam roſaceam, cum camphora: uel fiat pomum olfactorium hoc modo.

Odoramentum in calido catharro.

* Aliàs cydoniorum, drach. i.

Recip. *Sandalorum albi, & rubri, ana drac. ij. ſandali citrini, drac. i. roſarum rubearum, corticum papaueris albi, ana drac. ij. coralliorum rubeorum, drach. i. Omnia redigantur in puluerem, & cum aqua roſacea aſpergantur, & manibus malaxentur in aqua roſarum, deinde cum tragacantho, & gummi arabico diſſoluantur, & formetur pomum arte.

Pilulæ alkaiber, de quibus ſupra capi. de phreneſi.

Quæ tranſglutiūtur in catharro calido, ſunt pilulæ Alkaiber, ſiue de cynogloſſa, deuoretur una ex eis, quæ ſit viij. granorum in ſero: catharrum reſtringit, & iucunditer ſoporat.

Gargariſmus in catharro frigido ſiſtendo ualidus.

Gargariſmus reſtrictiuus catharri frigidi.

Recip. Thuris, maſtyches, gallarum cupreſſi, foliorum eiuſdem arbuſculæ, ſingulorum ana drac. i. Cōtundantur, & bulliant in ſ. q. aquæ, ad conſumptionem medietatis, deinde colentur: colaturæ adde, ſyrupi ſtæchaditis, ſemiunciam. Fiat gargariſmus.

Suffumigium.

Suffumigiū odoramētū.

Item recip. Nigellæ, in aceto poſitæ, & poſtea exiccatæ, & pulueratæ. Ponatur ſupra prunas, & fiat ſuffumigium.

Suffumigatio.

Similiter, Ligetur in pecia puluis ſeminis nigellæ, & odoretur.

Item, fiat

Item, fiat ſuffumigatio cum thure, maſtyche, ſandaracha, ſtyrace, & ſimilibus. Teneantur in ore grana maſtyches, ſpica, & aliquid ſtyracis ſiccæ.

In ore tenẽda.

Item, ſero tranſglutiat gran.ij.iij.uel iiij.de maſtyche.

Trãſglutienda.

ADDITAMENTA.

EXpertus ego ſum in deſtillatione quatuor remedia. primum, eſt purgatio cum hiera, in hunc modum compoſita.

1 Recip. Hieræ picræ compoſitæ, drac.iij. electuarij indi, diacatholici, ana drach.i.ſem. diaphœni, drach.i. cum aquis bethonicæ, & maioranæ, ana q.ſ. Fiat hauſtulus, ſecundùm, in forma ſuffimenti, & odoramenti ſic.

Hauſtus laxatuus in catharro.

2 Recip. *Styracis calamitæ, charyophyllorum aromaticorum, nucum cupreßi, nucis moſchatæ, maſtyches, thuris, ambræ, ladani, ana gran.iij. uel iiij. uel ſi lubet, plus.*

Suffimentum & odoramẽtum.

Addito exiguo ligni aloes, & moſchi fini fiat pomiformis maſſula, de qua poteſt modicum conijci ſuper candentes prunas, & ſic fumus recipi per os, & nares.

Tertium eſt ſyrupus, catharroſis omnibus (præcedẽte ſcilicet antedicta euacuatione, uel præſumptis pilulis aureis, cochijs'ue, doſi drac.i. ſub noctem) per quàm utilis.

3 Recip. Liquiriciæ, & ſucci eius, ana unc.ij. gummi arab. tragacanthi, ana unc.ſem. dactylorum pinguium, nume.vij. ficuum item pinguium, & radicum enulæ, ana unc. iij. hyſſopi, liguſtici, ana iiij. partem, man.i. papaueris albi unc.i. ſacchari taberzeth, lib.ij. Fiat ſyrupus ſecundùm artem, doſis ſextans, cum aqua decoctionis coriandri, uel ſucco granatorum.

Syrupus pro rheumaticis.

Quartum remedium eſt, ptarmicum, quod per excitatam ſternutationem, fortiter colatorij, oppilationem aperit, ſicq; pituitam elicit.

4 Recip.

Sternutatorium. 4 Recip. Seminis urticæ partes iiij. hellebori candidi, partem .i. Conterantur ſimul ſubtiliſſimè, & de hoc pulueſculo pauxillulum naribus imponatur: melioris odoris gratia addatur gran. i. aut alterum camphoræ tenuiter friati.

Reſtat adhuc prophylacem, quam mihi D. Hieronymus Eugubius præceptor olim meus in meipſo aſthmatico facto ex catharro ad pectus, periculum faciens, fideliter impertijt, coronidis inſtar adſuere, quæ ad uerbum ſic ſonat.

Cura catharri D. Hiero. Eugubij Patauini. In primis, iniungatur ægrotanti debitum regimen in ſex rebus non naturalibus, & potiſſimum in aere, & in cibo, & potu.

Obſeruatio quantum ad aerem. De aere igitur eſt ſummoperè ſibi cauendum ab aura ualde frigida, & maximè flante Borea, qui uentus pectori eſt inimicus, ut patet ex duobus Aphoriſmis iij. partic. ſcilicet: Quotidianæ uerò conſtitutiones boreales, &c. Et alter, Auſtrini flatus grauant auditum, &c. Experientia quoque ipſa hoc euidenter docet. Aphoriſmi.

Obſeruatio quantum ad uictum. In cibo autem, & potu, abſtineat ab omnibus uaporoſis, & catharrum multiplicantibus: ſicut ſunt caules, legumina, agrumina, aromata, uinum potens, & alia id genus. Fugiat quoq; omnia acetoſa, & acria, tanquam gladium uenenatum exertum, caſeum antiquum, & paſtilia nō reſpiciat, uitet etiam crapulam, quantum fieri poteſt, frixa nulla comedat, imò nec ſtet in loco ubi frixio fit, fugiat inſuper puluerem, & fumum. Oua ſorbilia, ſcilicet, uitelli, ſunt ipſi conducibiles, piſces quoque ſaxatiles elixi, & bonæ carnes elixatæ, & uinum album dulce, non fumoſum, bene limphatum. In ferculis, bonum eſt far, & farina amyli, rapa, & bleta.

De me-

De medicinalibus digeratur materia cum his digeſtiuis.

Recip. Syrupi de liquiricia, de hyſſopo, ana drach. v. oxymellis ſimplicis, unc. ſem. aquarum capilli ueneris, ſcabioſæ, ungulæ caballinæ, ana unc. i. Miſce, capiat ix. uel x. diebus in aurora, & dormiat ad placitum. *Digeſtiuum.*

Poſt quos ſyrupos, ſi fuerit in hyeme, purgetur cum his pilulis.

Recip. Pilularum cochiarum, de agarico Meſuei, ana ſcrup. ij. Fiant pilulæ nume. v. cum aqua ſcabioſæ, capiat circa mediam noctem, & dormiat ad lubitum. *Pilulæ in aſthmate, et catharro.*

Si uerò fuerit æſtas, uel uer, purgetur cum iſta medicina.

Recip. Electuarij de ſebeſten ſimplicis drac. vi. electuarij diaſebeſten ſolutiui, drac. iij. agarici præparati, drac. i. Diſſoluantur cum decoctione pectorali. Fiat potio, capiat per horam ante diem, uel in aurora, & dormiat per horam: qua purgatione facta, ordinetur ſibi hoc electuariũ. *Potio laxatiua ad idem*

Recip. Penidiarum unc. ij. diatragacanthi, unc. i. lobocb ſani, & ſtrobliteis, uel pinei, ana unc. i. ſem. diairis, drac. x. Miſce cum ſyrupo hyſſopite, q. ſ. capiat lambendo ſingulis horis. *Electuariũ ad idem.*

Item fiat ſibi inunctio pro pectore talis.

Recip. Olei amygdalini amari, ol. liliorum alborum, Oeſypi humidi, ana unc. ſem. Miſce, ungatur pectus mane, & ſero ante cibum. *Vnctio pectoralis.*

Item ſumat ſingulis menſibus ſemel, aut bis de pilulis de agarico Meſuei, drac. i. pro uice. Fiant pilulæ tres, uel quinque cum aqua ſcabioſæ, capiat circa mediam noctem.

Conſiderandum tamen hic eſt, quòd ſi materia fuerit calida, quæ facit aſthma, quod tamen rarò eſt, digeſtiua debent

debent eſſe talia.

Digeſtiuum in calida intemperie. Recip. *Syrupi uiolati, de liquiricia, ziziphini, uel iuiubini, ana drach. v. aquarum uiolarum, capilli ueneris, ana unc. i. ſem. Miſce, capiat calidum in aurora, & dormiat ad lubitum.*

Canon circa purgationẽ. *Purgatio uerò fiat cum caſia, & agarico, ut paulò ante dictum eſt, & capiat in bolo, quod ſi bolum non poteſt accipere, diſſoluantur cum decoctione pectorali.*

DE OPHTHALMIA, CAP. XV.

Definitio.

Celſus. Gal. lib. def. medic.

OPHTHALMIA *eſt ægritudo oculorum, quam Celſus, & alij lippitudinem appellant: oculorum autem morbi ſunt (Galeno referente in lib. medicarum definitionum) phlegmone, fluxus, exulceratio: de quibus uide latius ibidem.*

Arculanus. Sillanus. Gordonius. *Cauſæ efficientes primitiuæ ſunt extrinſecæ, à ſex rebus non naturalibus, & ſibi annexis ſumptæ, necnon alijs debitè occurrentibus.* De his lege Sillanũ, & Gordonium.

Signa humoris peccantis.

Signa humorũ noxiorũ. *Sanguis, pulſatio tẽporum multa, lippitudo palpebras claudens in ſomno, non multum lacrymantur, &c. Cholera: ardor, & punctura; dolor combuſtiuus, lacrymæ exeunt liquidæ, adurentes, & quandoque non exeunt, lippitudo parua, oculorum clauſio in ſomno, quandoque lacrymæ ulcerant, aliquando intenſus pruritus.*

Phlegma: grauitas, caliditas parua, & rubedo, aliquando lippitudo multa, alba poſt ſomnum, aliquando augetur coniunctiua ſuper oculis nigredine.

Melancho-

Melancholia: deſiccatio lacrymarum, poſt ſomnum nõ conglutinantur palpebræ, &c. uentoſitas, dolor extenſiuus ſine grauitate, non currunt, nec oboriuntur lacrymæ, non eſt lippitudo in ſomno, ægritudo eſt longior, &c.

Signa membrorum communicantium.

Stomachus: dolor ſtomachi, nauſea, reiectio, turbatio ſtomachi, panniculi cranium cooperientes, à quo oritur coniunctiua tumefacti, inflatio in palpebra, dolor, & pulſatio in fronte, dolor in capitis commiſſura, cerebrum, & panniculi orti à cerebro, & dura, & pia matre, ex quibus oritur ſclyrotica, & ſecundina: nunc dicta ſunt remiſſiora, ſed adeſt pruritus in naſo, & palpebris, ſternutatio, & certè dolor affixus ſentitur aliàs inſerius incertus, ſcilicet, intra oculum, & cerebrum. *Signa membrorum cõmunicãtium*

Animaduertendum, quòd ophthalmia ueniens in pueris periculoſior eſt cæteris paribus, quantũ ad gradum ægritudinis, quàm in prouectis: porrò quæ uenit à uelaminibus intrinſecis, & ab ipſo cerebro orta, deterior eſt illa, quæ uenit à panniculo cranium cooperiente: habentes oculos eminentiores ad extra, habent maiorem, & fortiorem ophthalmiam, quàm Lucini. *Canon.*

Quando magis lacrymæ currunt, & in ſe habent mordicationem, & acuitatem maiorem, tanto citius reducitur ophthalmia ad ſtatum. Si cum lippitudine, parua apparent grana, ſunt mala, quia maturationis tarditatem præſagiunt.

Minoratio.

Circa cauſam antecedentem facta ophthalmia, primo, materia minoretur phlebotomia competenti, ab initio, & hoc in omni ſpecie, ſecundùm communem opinionem, ſed ante phlebotomiam præcedat lenitio uentris, cum clyſteri lenitiuo,

lenitiuo, in hunc modum compoſito.

Clyſtere bonũ Haly. li. 10. cap. 17.

Recip. *lumbarum, ſebeſten, cuiuſque faſciculum i. uiolarum ſiccarum, drac. i. caunearum nume. x. altheæ, ſurfurum, ana quantum neceſſe fuerit, in pãno ligatorum.* Ego *recipio cuiuſque ſemman. p.* Coquantur *in iij. lib. aquæ, donec ad tertiam redeant: excolabis ab ea trientem, & addes, bliti triti, & expreſſi lib. quadrantem, olei ſeſamini recentis, unc. ij. ſem. ſortiterq; percutiens tepidè hoc clyſterizabis.*

Potio incraſſans ſanguinẽ ſubtilem

Fiat igitur uenæ ſectio in principio ſtante uirtute, repletione, de parte oppoſita ex cephalica, & detrahantur triens, uel quincunx ſanguinis, & ſi ſit ſanguis ualde tenuis, incraſſetur, dando in potu ſyrupum uiolaceum, uel papauerinum cum aqua nenupharis, uel de endiuia, q. ſ. Miſce.

Quòd ſi cum ſanguine peccat cholera, adhuc fiat phlebotomia, ut dictum eſt, partius tamen emittendo ſanguinem, & detur tale minoratiuum.

Cholagogũ.

Recip. *diaprunis non ſolutiui, caſſiæ electæ nouiter extractæ, ſucci roſarum, ana unc. ſem.* Miſce, *cum decoctione purgante, & digerente choleram, ut infra.* Fiat *potio, cui addatur. Syrupi uiolati ſeminncia.*

Decoctio purgans, & digerens choleram.

Decoctio purgans, & digerẽs choleram.

Recip. *Prunorum damaſcenorum, nume. xij. tamarindorum unc ſem. florum uiolarum drac. ij. quatuor ſeminũ communium frigidorum excorticatorum, unc. i. ſem.* Fiat *decoctio in iij. uel iiij. lib. aquæ fluuialis, uel potius fontanæ, uſque ad conſumptionem medietatis, & referuetur ad uſum.*

Si phlegma peccat, nihilominus phlebotometur, non tanta, ſed minori quantitate.

Aliud digeſtiuum choleræ.

Reci. Syrupi papauerini,uiolacei ana drach.yi. aquarum uiolarũ, nenupharis,endiuiæ,ana unc.i miſce,detur antelucano tempore. — *Aliud digeſtiuum choleræ.*

Aliud digeſtiuum choleræ.

Recip. Syrupi de endiuia.ſem. uiolati ana drach.yi. aquarum uiolarum,nenupharis,endiuiæ,ana unc.i.miſce, utatur ut ſupra. — *Aliud digeſtiuum choleræ.*

Digeſtio phlegmatis.

Reci. Mellis roſati colati, oxymelitis ſimplicis, ana drach.yi.aquarum endiuiæ,cichorij,fœniculi,ana unc.i. miſce, propinetur horis matutinis. — *Digeſtiuum phlegmatis.*

EVACVATIO.

DEinde euacuetur cholera cum euacuatione potiùs leniente quàm ſoluente,ut puta,recipiendo myrobalanorum citrinorum,unc.ſ.prunorum nume.x.tamarindorum unc.j.uiolarum ſiccarum m.ſ.fiat decoctio in.ſ.q. aquæ, ad conſumptionẽ medietatis. Deinde recipe decoctionis iſtius, q.ſ.ad diſſoluendum. Caſiæ optimæ pinguis unc.i.& drach.ij.uel tantundẽ mannæ.Cui adde ſucci roſarum drach.i.ſ.Et ſi uolumus,quòd ſit eradicatiuũ,adde electuarij ſucci roſarum drach.i.ſem. fiat ut alij potus. — *Euacuatiuũ in ophthalmia.*

Materia phlegmatica euacuetur cũ pilulis aureis Nicolai,uel cochijs.Dãdo uidelicet ſcrup.binos,uel drach.i. — *Pilulæ in phlegmatica ohpthalmia.*

DIVERSIO.

DIuerſio ,ſiue euacuatio incipit à parte oppoſita, (alius codex habet,à parte propinqua,ſed cũ euacuatiõe incipit à longinqua parte.) Fit aliquãdo diuerſio cum perforatiõe cutis,in poſteriori parte capitis,ex oppoſito oculorum, & ponitur in loco perforato cæra, uel (ut in alio exẽplari legitur) ſeta,quæ trahitur hinc inde,

ut materia effluat, & hoc miro modo iuuat, quod expertus eſt Leonellus, cuius ego ſum oculatus teſtis.

Prohibitio fluxus.

Linimentũ ad prohibẽdũ fluxũ ad oculos.

Linimẽtum probibitiuũ fluxus ad oculos. Reci. *Boli armenij, ſanguinis draconis, acatiæ, roſarum rubearum. balauſtiorum, ana drach. i. albuminis oui, q. ſ. ad iſta incorporanda; deinde diſſoluantur cum roſarum aqua, & aceto, quod ſatis eſt, fiat linimentum circa frontem, & tempora.*

Aliud interceptiuũ fluxus eiuſdẽ. *Item uinum diſſolutionis maſtyches, & olibani, cũ albore ouali miſcendo, & temporibus applicando, mire ualet aduerſus humores, fluentes ad oculos, & dentes.*

Item contra dolorem temporum, qui fit ex fumoſitate aſcendente à ſtomacho ad caput.

Item alio modo intercipitur fluxus, ſcindẽdo uidelicet arteriam, & uenam lacrymalem, & temporalem, euacuat enim ex loco (inquit Auicennas) & confert ei, ſcilicet ophthalmico, ſi ſit humiditas multa ibidem, qualiter aũt arteria ſcindatur, docet iam iam allegatus author, tertia fen, primi tractatus, cap. 9. Et illuc recurrat chyrurgus, hanc inciſionem aggreſſurus.

Auicennas lib. 3. fen. 3. trac. 3. cap. 14.
Idem lib. 3. fen. 3. trac. 1. cap. 9.

REPERCVSSIO.

Repercuſſio *INtentio alia eſt circa apoſtemata, & cauſam coniunctam. Primo igitur ſi eſt à materia calida, reprimatur cum rebus infrigidantibus, & ſtypticãtibus, ſed repercuſſiua ſua, duas habent cõditiones. Prima eſt, ne infrigident infrigidatione nimia, quia congelarent oculum, & uiſum auferrent. Secunda eſt, quod confortent oculum.*

In calida itaq; cauſa, repercuſsiuum ſimplex eſt aqua roſacea, albumen oui, uel lac muliebre.

Compo-

Compoſitum repercuſſiuum tale eſt, ut hic ſequitur.

Reci. Aquæ roſaceæ, unc. iiij. albuminis oui bene conquaſſati unc. i. lactis muliebris drac. ij. (aliàs unc. ij.) De iſto liquore infundantur in oculo. Circa angulum lacrymalem, uel ſic. *Simplicia repercuſsiua ophthalmiæ*

Reci. De coto ad quantitatem orbitæ oculi, & infundendo in dicto liquore, & poſtea liga ſuper oculum. *Repercuſsiuum bonum & expertũ.*

Repercuſſiuum, & anodinum.

Reci. mucilaginis, pſillij, tragacanthi, cydoniorum, ana unc. i. lactis muliebris unc. ij. albumen oui unius, aquæ roſarum unc. iij. miſce omnia, & infundantur peciæ in ea miſtione, & applicentur, & ad maiorem doloris ſedationem. Potes addere aquæ papaueris, ſextantẽ, uel ſi non ſufficit, adde opij gra. ij. uel. iij. Sed non niſi urgente maxima neceſsitate, ne congelet oculum. *Aliud ad idẽ Repercuſsiuum, & anodinum.*

Emplaſtrum ad idem.

Reci. Poma nume. iij. decoquantur ſub cineribus, quod ſint bene cocta: deinde recipe pulpam, & cum uitellis ouorum, nume. iij. & modico oleo roſaceo, fiat emplaſtrũ, quod ponatur ſuper oculum, ſedat enim dolorem, & oculum confortat mirabiliter, in augmento autem apoſtematis competunt repercuſsiua, & reſolutiua, unde fiat tale collyrium. *Emplaſtrũ ad idem.*

Recip. Aquæ roſarum, uerbenæ, ana unc. ij. mucilaginis fœnigræci, altheæ, cydoniorum, ana unc. i. miſce, fiat collyrium arte. Item ad idem lac mulieris, puellam lactantis ſolum competit. *Collyriũ in ophthalmia bonum.*

In ſtatu autem ultra principium, plus competunt reſolutiua, ſicut fomentatio ex chamomilla, anetho, & Meliloto, ana bulliendo in aqua. q. ſ. *Fomentatio reſolutiua.*

Collyrium. Valet ad idem aqua roſarum, cum aqua fœniculi, uel eufraſiæ, & lacte muliebri, ana miſce, pro collyrio.

eufragie.

In declinatione competunt pura reſolutiua.

Cura ophthalmiæ frigidæ quantum ad localia.

Fomentatio.

Fomentatio in ophthalmia frigida. Reci. Roſarum rubearum, foliorũ myrthi, camomillæ, ana.m.i. Bulliant in.ſ.q.aquæ, ad conſumptionẽ medietatis. Deinde recipe ſpongiam paruam, quæ in dicta decoctione expreſſa, ſuper oculum ponatur, & non ſit multũ calida, ſed tepida, deinde remoueatur, & ponatur in decoctione, & hoc fiat ter, uel quater.

In augmento fiat collyrium tale.

Collyrium in augmento Ophthalmiæ. Recip. Mucilaginis, fœnigræci, gummi Arabici, ana unc.i.ſ. aliàs ſcrup.i. ſarcocollæ nutritæ in lacte mulieris, aloes, ana ſcrup.i. uel drach.i.

Pulucrizentur, & miſceantur cum prædictis mucilaginibus, omnia diſſoluantur in aqua roſarum, & fœniculi, ana unc.i.ſ. bulliant una bullitione, & fiat collyrium arte, quod oculis applicetur.

Emplaſtrum ad idem.

Reci. Meliloti, camomillæ, roſarum rubearum, foliorum cupreſſi, ana.m.ſ. farinæ fœnigræci, & altheæ, ana unc.ſ. ſubtiliter puluerentur herbæ, & cum mucilagine pſillij, & lacte muliebri.q.ſ. Fiat emplaſtrum, quod eſt cõueniens in fine augmenti, & ſtatus.

In decremento, uel declinatione fiat hoc balneum, & fomentatio.

Balneum, & fomentatio Reci. Chamæmali, meliloti, anheti, ſeminis lini, fœnigræci, ana.m.i. uel.ſ. Contundantur craſſo modo, pro fomentatione, & cum ſpongia fomentetur oculus, ut ſupra dictum eſt.

ADIECTITIAE MEDELAE.

ANte omnia ſumantur hæ pilulæ ſub noctem, ſingulatim deuorando.

Sume pilularum lucis, aggregatiuarum, de hiera cõpoſita ſingulorum ſcrup.i. cum aqua fœniculi, reformentur pilulæ nume vij. uel ix. poſſunt acui (ſi res poſtulat) cum gra.ij. uel.iij. diagridij. *Pilulæ pro oculis.*

De phlebotomia affatim tractauit Leonellus, quare ſu peruacaneum foret de ea ſuſius agere.

Collyrium expertum, quo ego utor in calida diſcraſia lippitudinis.

Reci. Mucilaginis pſillij, & ſeminum cydoniorum, & tragacãthi, factæ cum aqua roſacea, dextantẽ, uel minus. Et cũ albugine ouali fortiter agitetur, & addatur lactis mulieris quadrantem, ſiue trientem, & fiat collyrium. *Collyriũ ex pertæ anodinum.*

Si uelimus ſomnum inducere ægroto, fiant iſte mucilagines, cum aqua decoctionis papaueris albi, & erit mirabile.

Repercutit materiam innoxie, dolorem ſedat, & ſomnum placidum accerſit. Ego hoc Epithematis inſtar adhibeo in cephalæa, & bene facit. Quod ſi uehementia doloris inſtet, & urgeat, adijcio prædictis, opij gra.iij. uel pluſculum, ceruſæ ablutæ, & mundatæ, ſucci coriandri, ana parum, miſce fiat collirium arte. *Epithema in cephalæa.*

Humidæ lippitudinis cura expertiſſima.

Repreſſiuum pituitæ, & lacrymarum ad oculos fluitantium, & epiphoras.

Reci. Croci partem.i. farinæ candidæ, quàm tenuiſſime partes ij. Excipiantur oui albo, donec mellis craſſitudinem habeat, quod in linteolum illinitum, fronti adglutinetur, ut cõpreſſis uenis temporalibus ſcilicet, & fron- *Emplaſtrum ad oculos rhyadas.*

talibus, pituitæ impetum cohibeat, ſi crocus nõ eſt in prõ-ptu, thure ſuccedaneo pariter uti poterimus. Linteolo etiam, angoſsipio excipiatur, nihil intereſt.

Nocturnum Epithema, *pituitam, & lacrymas oculorum reprimens, oculosq; glutinari prohibens, eſtq; anodinum expertum.*

Epithema ad idem. *Candidi panis interiorem partem ex uino, uel aqua roſarum ſylueſtrium ſubactam, oculis ſuperimponito.*

Magis autem anodinum, & indolorium fit, ſi pares uini, & alboris oui, necnon ſucci cicutæ, uel ſolatri, aut iuſquiami portiones admiſceas.

Emplaſtrum piperatũ expertum in gelida intẽperie odontalgię, & ophthalmię.

Emplaſtrum piperatũ cõtra dolorem captis, & dentium. *Reci. Pollinis thuris, lomenti, ſeu farinæ fabaceæ ex fabis torrefactis, melanopiperis pulti, ana lotonem. ſ. miſce, cum albumine recentiũ ouorũ. q. ſ. fiat emplaſtrũ liquidiuſculum, extẽdatur ſuper aluta, & ſuperponatur.*

APHORISMI.

Aphoriſmi. 1 S*I hyems ſqualida, & aquilonia fuerit, uer pluuiũ, auſtraleq;: febres acutas fieri æſtate neceſſe eſt, & lippitudines lib. 3. Aphor. 11.*

2 *Si autumnus aquilonius ſit, & ſiccus, uiris natura humidis, & mulieribus proderit: reliquis accident lippitudines, &c. lib. 3. Aphor. 15.*

3 *Bruma exiſtente auſtrina, & nimboſa, uere aũt ſicco, & boreali, xerophthamiæ fiunt. 3. 13.*

DE DEBILITATE VISVS, CAP. XVI.

Definitio.

EST VISIONIS *defectus, cũ acies ipſius obtuitus externe, uel interne læditur.* Ea *(inquam) cõſpectus hebetudo, atq; offenſio multifariam ſe ſe extẽdit.* Porrò *de* cõmunioribus *oculorũ uitijs egit Gal. in lib. definitionũ medicarum perpulchre.* Hunc *(ſuadeo) pie lector citato loco ſtudioſe peruoluas.* *Gal. lib. def. medi.*

Aphoriſmi.

Aphoriſmi.

1 *Conſtitutiones uerò quotidianæ auſtrinæ, uertigines faciunt in oculis. 3. 17.*

2 *Dolores oculorum, meri potio, aut pyriæ, aut lauacra, aut phlebotomia, denique aut pharmacum ſoluit. 6. 31. & 7. 47.*

3 *Attendere autem oportet, & iudicia oculorum, & ſomnia: ſi enim quid albi appareat, commiſſis palpebris, non ex* Dyarrhæa *exiſtente, aut pharmaci potatiõe, malum eſt ſignum, & mortale ualde.*

Cauſæ primogeniæ.

Videlicet caſus, ictus, percuſſio, fumus, ignis, uentus, ſplendor nimius ſolis, & fulguris, ſeu corruſcationis, uigiliæ inſuetæ, nimiæ'ue, aer frigidus, turbidus, uſus opiatorum, uelut opium, mandragoræ, hyoſciami, uel cicutæ ſuccus oculis indecenter inditus, item feſtuca, puluis, calx, uiſio minutarum rerum, ut apicum literarum, & phlebotomia nimia, item dimiſſio uenæ ſectionis conſuetæ: ſigna autem harum cauſarum cognoſcuntur ex relatione patientis. *Hebetatiua uiſum.* *Opiata debilitãt uiſum.* *Signa ex relatiõe patiẽtis.*

Antecedẽtium cauſarum ſigna reperies in. 2. Techni

Gal. Auicē. Gal. & in Auicē ſen ſecunda tertij. ſunt autem antecedē-tes cauſæ, mala complexio materialis, uel ſine materia, ſecundo Techni, 2. 3. Cerebrum, aliquiſ ſuperflua cerebri, expulſio ſuperperfluitatum cerebri ad oculos, uaporoſa, & copioſa diæta, mucus narium, repletio capitis, craßities faciei, inconſueta ſiccitas, actualis febris, uel fluxus uentris, uel fames, uel aliæ ægritudines præceſſerunt, habitatio ſicca, facies macra, uſus uaporoſorum, & craſſorum, ſomnus poſt cibum immediate, dormitio calciatis pedibus, coitus ſuperfluus, paßiones capitis, oppilatio nerui optici, cuius ſignum, oculi nihil mali habere uidentur, cicatrix, uel macula patet ad uiſum. (Oppilatio nerui optici)

Spiritus animalis, ſi eſt multus, & clarus, ut æther, remotiſsimè uidebit, & perfectè ſecernet (aliàs diſcernet) Galenus primo de accidente, & morbo. Si aūt paucus, & clarus, propinqua bene uidebit, longinqua autem non. Si multus, & craſſus, uidebit longinqua, nō tamen ea ſecernet. Si craſſus, & paucus, nec uidebit longinqua, nec ea ſecernet, nec propinqua uidebit. (Galenus.)

PRAESAGIA.

Præſagia. 1 Debilitas uiſus, uel ablatio (aliàs obnubilatio) eius ueniens cum cicatricibus, eſt incurabilis.

2 Debilitas uiſus accidens poſt euacuationē, uel ægritudines, & famem, uel coitum, & ſimilia, reſtaurato corpore, uiſus etiam uigoratur.

3 Senes natura cadunt in uiſus debilitatem.

Gutta ſerena. 4 Gutta ſerena dicitur, quando quis nihil uidet, apparet tamen alijs quod uideat, quoniam oculos habet claros, in quibus nihil apparet. Et fit hæc oblatio, propter neruorū opticorum oppilationē, & alias cauſas. De quibus Auicē. tertia tertij, ſen trac. 4. cap. 2. (Auicenna.)

MINORATIO.

IN *debilitate uiſus ab humore phlegmatico,per cōmunitatem in capite,& à ſtomacho minoratiuum.*

Recip. Pilularum cochiarum,pilularum de hiera Nico*lai,ana ſcrup.i. & grana.v. (aliàs omittuntur gran.v.) cum ſyrupo de ſtæchade. Fiant pilulæ.v. dentur poſt cœnam per tres horas.* *Pilulæ minoratiuæ.*

A' materia phlegmatica, per oppilationem nerui optici.

Recip. Pilularum de hiera ſimplici,agarici trochiſcati, ana drac.ſem. Fiant pilulæ.v.cum ſyrupo de ſtæchade,dētur ſero poſt cœnam. *Pilulæ.*

DIGESTIO.

D*igeſtio materiæ ſi eſt ab humiditate, recip. Syrupi ſtæchaditis,mellis roſati colati,oxymellis ſimplicis ana unc.ſem. aquarum bethonicæ, ruthæ, abſynthij, ana unc.i. Miſce,detur ante diem per horam;reiteretur v.uel vi.uicibus.* *Digeſtiuum materiæ humidæ.*

Digeſtiuum in oppilatione nerui optici.

Recip Mellis roſati colati,ſyrupi ſtæchaditis,oxymellis ſimplicis,ana unc. ſem. aquarum bethonicæ, fœniculi, eufraſiæ,ana unc.i. Miſce: datur ut alij. *Digeſtiuum deopilatiuū.*

ERADICATIO.

F*Acta digeſtione in proueniente ab humiditate,detur iſta medicina eradicatiua,in forma pilularum.*

Recip. Pilularum cochiarum, pilularum hieræ Nicolai,pilularum lucis,ana ſcrup.i.b.p. Fiant pilulæ viij.cum ſyrupo ſtæchadite,detur facta euacuatione per vi.horas: detur lauatiuum ex brodio nō ſalito,cum ſaccharo rubeo. *Pilulæ eradicatiuæ.*

In forma potabili.

Si autem patiens mallet in forma potabili, fiat ſic.

Recip.

Potus eradicatiuus. Recip. Florum boraginis, bugloſſæ, uiolarum, ana man. ſem. paſſularum enucleatarum, liquiriciæ, ana unc. ſem. ſtœchadis arabici, radicis acori, ana drac. i. eufraſiæ drac. i. Fiat decoctio in ſ. q aquæ, ad conſumptionem medietatis. De colatura recip. q. ſ. ad diſſoluendum, diacatholiconis, drac. v. diaſenæ (alias diaphœniconis) drac. ij. electuarij indi maioris, eleſcoph, ana ſcrup. ij. Miſce, fiat potus.

In oppilatione nerui optici eradicatiuum.

Pilulæ deoppilatiuæ. Recip. Pilularum cochiarum, drac. i. Fiant pilulæ vij. dentur mane.

Canon. Vbi ægritudo non remouetur, addatur ſupraſcripto ſyrupo in digeſtione, oxymellis ſquillitici: & pilulis iſtis adde pilulas fœtidas.

DIVERSIO.

Diuerſio. IN proueniente ab humiditate fiant fricationes à coxis, & brachijs, materias trahentes, & uapores ad interiora, ne repant ad caput, & oculos, & deorſum ligaturæ fiant, & ponantur uentoſæ in dorſo, & ut deponatur materia à capite, fiat maſticatorium ex maſtyche, paſſulis, & pipere.

Contrarium habet Auic. iij. tertij, ca. 4. tract. de curat. uerſicularibus ægritud. Caputpurgium, & ſternutatoria non conueniunt, quia trahunt materiam uerſus oculos.

In oppilatione etiam diuertatur materia à neruo optico, cum maſticatorijs, & gargariſmis, & trahatur materia ad os, & expuatur, non autem cum caputpurgijs, quia trahunt materias ad nares.

Oculorum cauterium. Si autem iſta non conferrent, fiat cauterium ſupra commiſſuram coronalem, ut attrahatur materia, & fiat in poſteriori cerebro, in nucha, ubi coniungitur collum capiti, & ſupra os baſilare, deinde ſumatur hoc electuarium.

Electuariũ. Recip. Diacori, unc. i. diambræ, unc. ſem. Miſce.

Supra commiſſuram coronalem fiat ſacculus.

Recip. Bethonicæ, maioranæ, ſtæchadis arabici, radicis acori, pulegij, ana man. ſem. Pulueriz*etur incraſſando, & fiat ſacculus, qui applicetur.* Sacculus capitalis.

CONFORTATIO.

PRo *confortatione ſtomachi, & capitis, ne generetur materia phlegmatica, fiat electuarium pro ſtomacho.* Rotulæ capitales, & ſtomachales.

Recip. *Cinnamomi electi, drach. i. & ſcrup. i. charyophyllorum, ligni aloes, macis, ana drach. ſem. zinziberis, ſcrup. ſem. aniſorum. ſcrup. i.* Puluerizentur *ſubtiliter, & cum ſacchari taberzeth, diſſoluto in aqua abſynthij, fiat confectio ſolida in rotulis, quarũ quælibet ponderet drac. iij. de quibus recipe unam ante prandium per iiij. horas.* Electuarium

Inungatur ſtomachus ſic.

Recip. Olei *de ſpica, maſtyche, abſynthio, ana unc. ſem. cinnamomi electi, ligni aloes, galangæ, corallorum rubeorum, coriandrorum præparatorum, ana ſcrup. i.* Puluerizentur *ſubtiliter, & cum modico ceræ fiat unguentum.* Inunctio.

Electuarium confortans cerebrum, & ſtomachum, & extremitates in cauſa phlegmatica.

Recip. Diacori, *drach. i. dianuſci dulcis, diambræ, ana drac. ij.* Miſce: *de hoc recipiat quando uadit dormitum, ad quantitatem caſtaneæ.* Electuarium

Pro confortatione oculi, fiat hoc electuarium, quod laudat Bauerius.

Recip. *Electuarij humayn, in deſcriptione* Meſuei, *capite, de ægritudinibus oculorum, circa principium, unc. i. ſem. aromatici roſati, zucchari roſati, ana unc. ſem. de iſto accipiat mane, & ſero ante cibum, ad quantitatem caſtaneæ.* Electuarium

Colly-

Collyrium confortans oculos, reſoluens humiditates,& clarificans uiſum.

Collyrium. Recip. Ruthæ, eufraſiæ, bethonicæ, ana unc. ſem. tutiæ præparatæ, drach. i. ſarcocollæ nutritæ in lacte mulieris, ſcrup. i. charyophyllorum præparatorum, aloes hepatici, ana ſcrup. i. corallorum rubeorum, ſcrup. ſem. Puluerizentur ſubtiliter, & cum prædictis aquis bulliant una ebullitione, & fiat collyrium, de quo ponantur in oculis duæ, uel tres guttæ pro uice.

Si autem debilitas uiſus prouenerit à nimia ſiccitate, & inanitione, fiat hoc electuarium reſtauratiuum.

Electuarium reſtauratiuũ ſeu pineatũ. Recip. Amygdalarum dulcium, fiſticorum, ana drac. ij. pinearum præparatarum, drac. ij. ſeminis papaueris albi, endiuiæ, ana drac. ſem. pulparum ſebeſten, penidiarũ, ana unc. ſem. diabuglosſati, diaboraginati, ana unc. ſem. ſpecierum aromatici roſati, drac. i. carnium pulparum caponum, aut perdicum, unc. iij penidij cum ſeminibus (aliis ſpeciebus) piſtentur bene, & incidantur bene in mortario, deinde addantur electuarium, & ſpecies, & de nouo piſtentur, carnes uerò ſubtiliſsimè piſtentur, incidantur, & prædictis addantur, & cum zucchаro taberzeth diſſoluto in brodio carnium illarum q. ſ. addito prædictis rebus fiat electuarium, de quo recipiatur cochlear. i. mane ante cibum per. v. horas.

Emplaſtrum. Ad remouendam pelliculam oculorũ, accipiatur ouum recens, uel eodem die natum, & aſſetur, & ſuperponatur.

ADDITAMENTA PROPRIA.

Lotio. HAebetudini uiſus medetur aqua uiolarum, pulegij, florum plantaginis, latifoliæ, conſolidæ mediæ, ruthæ, eufraſiæ, maioranæ, roſarum, ualerianæ, oculos frequenter his eluendo.

Ego

Ego Luſcitum quendam curaui ſola illinitione ſucci chelidonij, item irroratione aquæ calchæ cæruleæ, & florum ſambuci. Irroratio.

Ad idem ualet collyrium paratum ex puluere thuciæ præparatæ, & lapide calaminari, miſtum cum ſ.q. aquæ fœniculi. Collyrium.

Experimentum proprium.

Sumatur hydroteis, ideſt lacrymalis ſucci de uite alba ſemimenſura, imponendo de carabe candido quantitatem iuglandis, & inſoletur per 7. dies, uel per integrum octiduum, de quo parum inſtilletur oculis. Inſtillatio.

Idem fieri poteſt cum aqua florum anemones, & ſuccino in ea diſſoluto, & prædicto modo uſurpata. Experimentum.

DE CATARRHACTA, ET AQUA DESCENDENTE IN OCULOS CAP. VII.

Definitio.

CATARRHACTA, *eſt catarrhus ex alto defluens, aliàs ſoffuſio dicta, & imaginantur ſe uidere res nigras interdiu, eiuſmodi morbo affecti.* Catarrhacta

Omnis oppilatio aquoſa in oculo, prohibet tranſitum ſpecierum obiectarum ad oculos, apparens inſpicienti, propriè eſt catarrhacta, & ſic ſemper erit in partibus ante cryſtalloiden, & non poſt, quoniam illa non impediret tranſitum ſpecierum ad oculos, & generatur per uiam defluxus, uel paulatinæ congeſtionis. Canon.

Quando autem hæc ægritudo, & alia, quæ eſt muſcarum, & quibuſcunq; alijs miſcetur, imaginatio per eſſentiam in

tiam in oculo fuerit, difficulter tunc curatur, ut inquit Rhazes.

Prognoſticatio Rhazis. 1 *In principio uocatur imaginatio, quando autem currit, & apparet aliquantulum illa tela, dicitur aqua deſcendens.*

2 *Quando incipit firmari, tunc dicitur gutta.*

3 *Quando autem eſt confirmata, uocatur catarrhacta.*

Canon. *Tametſi ponatur cura à Guainerio Placentino, & Valeſco, tamen nemo auſit attentare, niſi prius diſcipulus fuerit, & magiſtrum frequenter uiderit operari, propter periculum nobilis, & delicati membri oculi.*

Regula. *Quanto animalia ſunt ueloctora, & calidiora, & ſicciora, tanto eorum ſella magis conueniunt in catarrhacta, licet cum magna cautela ſint ponenda. Poſſent enim nimis exiccare, & humores oculi reſoluere, quia à principio leuioribus innittendum.*

Remouetur catarrhacta tribus modis.

Triplex catarrhactæ remotio. 1 *Primò, cum acu ferrea, uel plumbea, incuruata, & hoc apud Placentinum, Guidonem, & Ranaldum, quos lege.*

2 *Secundò, cum acu acuminata, incuruata, perforata per longum, qua impoſita ſupra catarrhactam, attrabit eam in uacuum.*

3 *Tertiò, cauterizãdo frontem ſupra oculum, ita quòd abſcindatur fluxus, & exiccetur catarrhacta, & corrugetur etiam. Hoc lege apud Guidonem, & iſte eſt modus* Guido. *melior: poſt lege Aphoriſmos infra.*

APHORISMI.

Aphor. Hippocratici. *Siquidem hyems ſicca, & aquilonia fuerit, uer uerò pluuioſum, & auſtrale, neceſſe eſt æſtate lippitudines, quas*

nes, quas Græci ophthalmias uocant, fieri. Aphoriſ.xi. lib.iij.

2 *Si uerò hyems auſtralis, & pluuioſa, & ſerena fuerit, uer autem ſiccum, & aquilonium, lippitudines ſiccæ fiunt.*

3 *Si autumnus aquilonius, ſiccus, quæ naturam habent humidiorem, & mulieribus confert, reliquis uerò erunt lippitudines ſiccæ.*

4 *In ſiccitatibus autem, tabitudines, lippitudines, oculorum dolores, ſtillicidia urinæ, & difficultates inteſtinorum.*

5 *Quotidianæ conſtitutiones aquiloniæ quidem, oculos mordent, uertiginem faciunt, oculis, atque corporibus difficulter motum præſtant.*

6 *Aeſtate, & lippitudines oculorum, &c.* lib. 3. Aphoriſ. 21.

7 *In febre non intermittente, ſi oculus, uel ſupercilium peruertatur, uel non uideant, iam debili exiſtente corpore, iam mors eſt proxima.* Aphor. 49. lib. 4.

8 *Quicunque in febre, uel in alijs morbis ſponte lacrymatur, nihil abſurdum: qui uerò non ſponte, abſurdius.* Apho. 52. lib. 4.

9 *Lippitudinem alui profluuio corripi, bonum.* Aphoriſ. 17. lib. 6.

10 *Dolores oculorum meri potio, aut balneum, aut uenæ ſectio, aut medicamentum epotum ſoluit.* Aphoriſ. 31. lib. 6.

11 *Oportet uerò conſiderare oculorum in dormuentibus ſuſpectiones: nam ſi quid album commiſſis palpebris ſubinſpicietur, neque ex alui profluuio, aut medicamenti potione iſtud contingat, malum eſt.* Aphor. 52. lib. 6.

12 Do-

12 Dolores oculorum poſt meri potionem, & aquæ calidæ balneum, uenæ ſectione curato. Aphor. xlvij. lib. vij.

ADDITAMENTA PROPRIA.

Hic morbus oculorum ſuffuſio, à nonnullis, nomenclatur, & uulgo catarrhacta: hæc paraceteſi curatur. Eſt autem παράκεντησις, quæ manu fit à chyrurgis dum curari aliter morbi non poſſunt: ungitur prius locus, deinde uel acus, uel hamulus infigitur, idq; paracenteſis dicitur.

Paracenteſis.

Collyria. Item ſi recens eſt malum, nec uſque adeò craſſum, præmiſsis uniuerſalibus, adhiberi poſſunt collyria ad hoc deſeruiẽtia, quorum aliquod hic ſubnectam paradigmata.

Collyrium.

Collyrium. Recip. Salis armoniaci, unc. i. aquæ puræ, unc. vi. Tere ſalem, & commiſce unà cum aqua mouendo ut diſſoluatur ſine igne ad batillum barbitonſorium, & permitte ſic ſtare per noctem, poſt, de mane habebit cutim in ſuperficie, quam abſtrahe, & cola aquam per pannum ſpiſſum, tunc accipe unc. i. ſacchari candi, tere, & ſolue in eadem aqua, quo ſoluto, deſtilla per filtrũ toties ut aqua clareſcat, & remouebit pannos oculorum.

Aliud.

Aliud. Recip. Aquæ deſtillationis, uel decoctionis tormentillæ, quartale. i. in quo diſſolue fel anguillæ, ſeu uiperæ, aut aſchiæ. Ponatur in uaſe cupreo, & ſuperponatur operculum æreum, uel cupreum, & defodiatur in fimo calenti, ſtet ibi per triduum, poſt, effodiatur, & oculis inſtilletur.

Irroratio. Ad idem ualet aqua, uel ſuccus chelidonij, ſi irroretur.

Aliud.

Alia ad idẽ. Recip. Carabæ magnitudinem duorum eruiliorum, & ſuperfun-

datur aqua elambicationis florum anemones, quæ irroretur.

Aliud.

Aqua item deſtillationis ziniar, chalcanthi, thuciæ, aſthmatis uitri, zegytis, daphnidum, & camphoræ, extirpat omnem catarrhactam, & uiſus obfuſcationem. Aliud.

Puluis ad idem.

Reci. *Aſthma uitri drach. i. igniatur in tudicula ferrea, & extinguatur cum uino, poſt teratur, & oculis parum ex hoc puluiſculo inſpergatur mane, & ſero.* Puluis ad idem.

Aqua uitalis, præter alias uirtutes oculis pretioſa ualde.

Reci. *Zinziberis, cinnamomi, charyophyllorũ, nucis moſchatæ, granorum paradiſi, ana unc. ſemis, foliorum ſaluiæ libram. i. cardamomi, cubebarum, maſtiches, galangæ, roriſmarini, maioranæ, lauandulæ, meliſſe, bethonicæ, ana drach. ij. Infunde omnia puluerizata, & bene contrita, in uino optimo, lib. ix. uel in uino deſtillato, in uaſe uitreo, & uinum ſupernatet, per decem dies, fiat deſtillatio. Iſtius deſtillationis binæ, ſeu ternæ guttæ catarrahctaroſis luminibus infuſæ in hoc caſu certiſsimũ præſtant auxilium, nec adeo excrutiat, & mordicat, hæc inſtillatio, ſicut alia collyria, ex metallicijs, & minerarijs rebus confecta.* Aqua uitalis uiſui conferens maximopere.

Quod ſi ex prædictis Collyrijs acrioribus, oculorum exulceratio, & uehemens dolor commoueretur, compeſci poterit his medelis.

Reci. *Luteum oui recens nati. i. & micæ panis parũ. Item lactis muliebris. q. ſ. miſceantur, & incorporẽtur, & applicetur oculis ad modũ emplaſtri. De hac re uide latius Marcum Gatinarium capite proprio.*

DE OTALGIA, ET AVRIVM APOSTEMATE, CAP. XVIII.

Otalgia, & aurium apoſtema.

AVRIVM dolorem Græci Odontalgian uocant. Secus aures naſcũtur aliquando Apoſtemata Græco uocabulo Parotides dicta.

APHORISMI.

Aphoriſmi. 1 Quibus bilioſæ deiectiones ſuperueniẽte ſurditate ceſſant, & quibus ſurditas, ſuperuenientibus bilioſis deiectionibus, ceſſat. Aphoriſ. 28. lib. 4.

2 In febre non intermittente, ſi labrum, uel oculos, uel naſus, uel ſupercilium peruertatur uel non uideat, uel non audiat, iam debili exiſtente corpore, quicquid horum euenerit, mors proxima eſt. Aphor. 49. lib. 4.

3 Quibus in febribus aures obſurduerũt, ſanguis è naribus fluẽs, aut aluus turbata, morbũ ſoluit. Aph. 60. li. 4.

Canon. Complexio auris à materia (aliàs natura) frigida, & ſicca. Componitur enim ex cartilaginibus, neruo, & pelicula, licet influens complexio ſit calida, propter affluxũ multorum ſpirituum ad aures.

Licet nerui deferentes ſenſum ad aures nõ uniantur, & arceantur (aliàs terminentur) in medio* tamen unus ſonus duo ſoni apparent. Sufficit enim iſtos neruos in radice, & origine coire. Vnde unus tantum ſonus præſentetur ſenſui communi.

*aliàs non tamen.

1 In apoſtemate auris calido (aliàs curando) in principio uero. Primo quod ſi apoſtema ſit extra aurem, non cõueniunt repercuſſiua, quia auris eſt membrũ ignobile, ratione cerebri, ſed facere repercuſſionem à membro ignobili, ad

bili,ad nobile, uel ab extrinſeco ad intrinſecũ, uerſus no bile eſt malum. Volunt tamen aliqui quod Valeſcus auctoritate Galeni in Megategni particula. 13. referat, quod repercuſſiua hic competunt, ſed hoc poſt phlebotomiam & purgationem. Valeſcus. Galenus.

2 *Secundo aduertendum eſt, quòd antequam uenias ad repercuſſiua, ubi dolor ſit ualde fortis prius ſeda dolorem. Vnde illud Auicennæ quarta primi. Cum ad diuerſum trahere uolueris, dolorem prius ſeda. Hoc enim obſeruato, membrũ ab apoſtemate, & tumorem præſeruabitur ulteriori.* Auicenna.

3 *Tertio notandum, quòd in nimietate doloris auris nõ ſolum frigida debent poni, ſed etiã narcotica, & quæ auribus adplicantur debent eſſe tepida. Sed narcotica non ſunt frequentanda, quia grauitatem auditus operantur.*

CVRA.

Sedãtia dolorẽ calidũ, in apoſtemate calido. *Doloris calidi ſedatiua collyrium.*

Reci. *albumen oui, lactis muliebris puellam lactantis, ana. Inijciantur in aurem guttæ aliquæ, & circum circa aures ponatur petia, intincta iſto liquore.* De ouo uide *Galenum in libris alimentorum.* *Galenus.*

Aliud ad idem.

Reci. Olei *roſarũ, aceti, ana unc. ij. cõquaſſentur, & miſceantur inuicem, poſt bulliant ad comſumptionẽ aceti, dehinc inijciatur in aurẽ, & ſimiliter ponatur circa aurẽ.* *Aliud collyrium.*

Aliud ad idem.

Rec. Olei *nenupharini, roſacei, ana unc. i. ſucci ſolatri, ſemperuiuæ, ana unc. ſe. miſce, applicetur ut alia.* *Aliud ad idẽ*

Aliud fortius ſi prædicta nõ cõtulerint.

Reci. Olei *de ſemine papaueris, unc. i. ſ. cãphoræ, opij, ana gra. ij. pulueriʒentur, & cum oleo miſceantur.* *Aliud ad idẽ*

Aliud compoſitum ad idem per modum linimenti.

Linimẽtum ad idem.

Reci. Olei nenupharini, olei roſati, ana unc. i. mucilaginis, ſeminij pſilij, cydoniorum, ana drach. vi. lactis mulieris puellam lactantis unc. i. ſucci (aliàs ſeminis) papaueris, uel ſo. atri unc. ſ. omnia ſimul bene agitẽtur, & aliquid auri inijciatur, & aliquid circa apponatur.

Si uis in forma emplaſtri, adde iſti farinã hordei. q. ſ. ad incorporandum.

Aliud emplaſtrum Meſuei.

Meſueus. Emplaſtrũ.

Reci. Lenticulæ aquaticæ. m. ij. medullæ panis infuſi in lacte mulieris unc. iij. Piſtetur herba cum medulla panis prædicta, & reduc in formam emplaſtri.

SEDANTIA DOLORIS FRIGIDI.

Frigidi doloris ſedatiua. Olea calida experimentum.

VBi autẽ dolor eſſet à materia frigida, ſedantia ſunt iſta olea. Oleum de ſpica, rutha, lilio, ſamſucco, coſto, amygdalis amaris.

Et quæcunq; calida ſcilicet, & ſicca olea, cum cæpis, hæc præparari debent hoc modo.

Reci. Cæpe albũ, concauetur, deinde in cõcauitate ponatur aliquid oleorũ iſtorum, ſuper aures (aliàs cineres) ponatur calide, & in oleo iſto recip. ruthã, & abſynthiũ in modica quãtitate, & parum piperis, bulliat oleũ iſtud, & ſic deinde extrahatur, & inijciatur circa aurem.

Aliud quod Leonellus expertus eſt.

Aliud ad idẽ

Reci. Panem porcinum, & ſimiliter concaua, ſicut cæpe, & pone in ipſo olei coſtini, ruthacei, ana unc. i. pyrethri, coſti, ana ſcrup. ſ. Puluerizetur, & miſce cum dicto oleo ut ſupra, & utere.

Fomentatio ad idem.

Fomentũ ad idem.

Reci. Maioranæ, ruthæ, mentaſtri, ſtæcadis Arabicæ, camo-

camomillæ, meliloti, ana. m. ſ. Bulliant *in. ſ. q. aquæ, & ui-ni, ad conſumptionem tertiæ partis, deinde infundatur ſpongia, quæ expreſſa ponatur ſuper aurem.* Item *conue-nit ponere aurem ſupra uaporem iſtius aquæ.*

Aliud Leonelli expertum.

Reci. *Vermium qui ſunt medij ſicut media faba nume. xx. uel circa, fiat bullitio in oleo oliuæ immaturæ, deinde inunge circũ circa aurem, & inijciatur aliquid in aurẽ.* Experimentum.

Ad idem ualet oleum lumbracinum, eodem modo quo ſuperius uſitatum. Oleum lumbriciorum.

Emplaſtrum ad idem.

Reci. *Camomillæ, meliloti, aneti, maioranæ, origani, calamenti, radicum altheæ, ana. m. ſ.* Bulliant *omnia in ſ. q. aquæ, uſq; ad perfectam decoctionem, deinde piſtentur ſorbæ in mortario.* Cui *adde ſequentia.* Farinæ *fœnugræci, ſeminis lini, ana unc. i ſ.* Similiter *bene miſce, & cum oleo amygdalarum amararum, & ruthæ ſ. q. ad impinguandum, & fiat emplaſtrum, calide auri apponẽdum, hæc pro doloris ſedatione.* Emplaſtrum ad idem.

Maturario apoſtematis calidi.

Reci. Farinæ *hordei, lib. ſ. rob de ſapa unc. vi. uel. vij. butyri unc. i.* Bulliant *omnia ſimul, & reduc ad formam emplaſtri.* Aliud *quo uſus ſum in apoſtemate miſto.* Maturatio apoſtematis calidi.

Reci. *Camomillæ, meliloti, maluæ, radicis altheæ, lilij, an. m. ſ. farinæ fœnugræci, ſeminis lini, ana unc. i. ſ. adipis gallinæ, butyri, ana unc. ſ.* Emplaſtrũ.

Herbæ, *& radices decoquantur in aqua, perfecta decoctione, piſtentur, addantur prædictis farinæ, & bene iterum miſce, deinde adeps, & butyrũ liquefiat, & cætera imponãtur, quouſq; ueniat ad formam emplaſtri, quod calide apponatur ſupra aurem pannus lineus.* Hoc *empla-* Aliud ad idẽ

ſtrum maturat, reſoluit, & ſedat dolorem.

Maturatiuum aliud.

Aliud maturatiuum.

Reci. Cæpe album.i. decoquatur in aqua perfecta decoctione, deinde cum butyro, in.ſ.q. aquæ piſtetur, & auri apponatur. Hoc mirabiliter maturat, & ſedat dolorem. Butyrum enim mirabile eſt in maturatione apoſtematis aurium.

Ruptura apoſtematis.

Ruptura apoſtematis.

Maturato apoſtemate, ueniendum eſt ad rupturam. Incidatur ergo laureola, ubi aũt nõ apparuerit apoſtema, propter profundationem, fiat emplaſtrum ſequens.

Emplaſtrũ.

Reci. Decoctum cæpe ut ſupra, piſtetur cum butyro, ut ſupra, & addatur eidem fermentum, quo fermentatur panis, in.ſ.q. fiat ruptorium.

Regula.

Si autem nõ rumpetur, addatur huic emplaſtro aliquid fimi columbini. Poſtquam ruptum eſt, curetur cura ulcerum, de qua nunc dicetur.

CVRA VLCERIS.

Cura ulceris.

AD hanc ualent medicinæ corroſiuæ, abſterſiuæ, incarnatiuæ, conſolidatiuæ, & cicatrizatiuæ.

1 Corroſiua, eſt calida, & ſicca in quarto.

2 Abſterſiua, eſt calida in primo, cum ſubſtantia ſubtili.

3 Incarnatiua, eſt ſicca in primo. In actis declinat ad temperiem.

4 Conſolidatiua, eſt ſicca in ſecundo, in actiuis temperata, reſpectu uulnerum.

5 Cicatrizatiua, eſt ut cortex pini.

Vlcera aurium.

Vlcera aurium.

In cura ulcerum aurium debes magis exiccatiuis uti, quoniam complexio aurium naturaliter ſicca eſt, quã cuſtodire debemus, corpori naturaliter ſicco, ad humidum

lapſo,

lapſo,magis ſicca cõpetunt, quam corpori naturaliter humido,lapſo ad humidum,quia ſemper debemus conſeruare complexionem naturalem membri.

In apoſtemate aurium,ſi dolor fortis fuerit, ſignificat mortem infirmi,ex acuitate eius, ſicut ſuperuenit ei tortura oris propter aurium ſiccitatem,euenientem propter abundantiam uigiliarum,ſubueni ei cum immißione in aurem cum oleo de uitellis ouorum, quin in cõtinẽti remouet dolorem,& præparat exitum ſaniei.

Auenzoar Theiſir lib. 1.tract.41. cap. 1. Nunquam multa quantitas auri imponenda, imo niſi gutta una, aut duæ ad plus,&c. Auenzoar.

ADDITAMENTA PROPRIA, ADVERSUS AVRIVM DOLOREM.

Diſſoluatur adeps anſerinus,aut gallinaceus,& adiecto lacte muliebri,auribus calide immittatur. Inſtillatio.

Aliud.

Fiat fomentatio per embotum,cum decocto piloſellæ. Fomentum. *deinde fundatur pix ſoluta ad ignem ſuper coto,& calide applicetur auri dolenti.* Emplaſtrũ. *Poteſt etiam inſtillari ſuccus ſymphoniacæ tepefactus,cum oleo roſaceo.* Inſtillatio.

Si dolor ſit ex calore,inijciatur auribus rhodinũ, cum albumine ouali concretum,uel oleum roſaceum,cum lacte muliebri, uel cum ſucco cucurbitæ, ſolatri,coriandri, uel oui albo, uel aceto. In dolore aurium calido inſtillatio.

Ad idem ualet oleum muſcelinum, laureum,ruthaceũ, amygdalinum amarum, uiolaceum,papauerinum,auellanaceum, & nardinum, item petroleum cum croco, iliaceum quoq;. Olea mitigatiua otalgiæ

Oleum roſaceum cum camphora, & lacte muliebri inſtillatum, iam dictis effectu correſpondit.Item limaciæ

ſrixæ in oleo amygdalino dulci.

Oleum nenupharinum, miſtum cum modica aqua ſolatri, uel ſine.

Item rhodinum, cum aceti momento decoctum, & infuſum.

Deniq; ſeſamelæon, ſi non eſt magna caliditas, deinde adeps anatis, aut gallinæ, aut medulla uituli, cum mucilagine fœnigræci, & ſeminis lini.

In ultima demũ neceßitate admoueantur narcotica: ni mirũ opij exiguũ cũ lacte mulieris, caſtorio, & croco.

Embrocha. *Vel adhibeatur embrocha, cum myracopo populneo, & liquamento fibrinorum coleorum parata, & guttatim irrorata.*

In hoc caſu competit Oeſypi cæratum, auribus illitum, uel ſuperimpoſitum.

Emplaſtrũ optimũ in oĩ apoſtemate aurium calido, mitigãs, & maturans egregiè.

Reci. Volatilis molendini unc. iij. granorum pini, mucilaginis fœnigræci, lini, ana unc. i. ceruſſæ, lytargirij, thuris, ana tantundem, aceti albi, unc. ſ. conficiantur omnia cum oleo ſeſamino, aut axungia porcina recenti, ponatur tepide ſuper aurem.

Cataplaſma maturatiuũ. *Apoſtemate ad maturationem deducto, quæ etiam fieri poteſt cum farina triticea, linoſpermate, polline Telino, cũ pinguedine gallinæ, anatis, radice maluæ, uel altheæ, & oleo chamæmalino inſtar cataplaſmatis adhibita, ſic progrediendum erit.*

Ad aures purulentas. *Sanie promanãte colluantur aures cum mulſa tepida, & extergantur lana molli, & inſtilletur cedria, miſta melle.*

Item crocus, & aloë reſoluta cũ ſapa, piſſelæon calidè infuſum,

infuſum purulentis auribus, apprimè conducit.

Item, recipe cæpæ, allium, ana nume. ij. uel iij. uel i. magnum ſolum. Elixentur, & conterantur cum butyro, & utere ſuper emplaſtrando : ualet ad acuta apoſtemata quælibet.

DE ANGINA, SIVE SYNANCHAE. CAP. XIX.

Definitio.

SYNANCHAE *græcè, angina noſtris dicitur, quæ uulgò perperam ſquinantia uocari ſolet : quod nec latinum, nec græcum puto. Eſt autem ſynanchæ gutturis abſceſſus ſtrangulatiuus: intempeſtiuè ſuccurratur. Dicitur eadem & angina, eo quòd angat fauces : à multis etiam tonſillæ dicuntur, tametſi quidam differenter eam diſtinguant.* *Definitio.*

CAVSAE.

Cauſæ primitiuæ ſunt, calor, frigus, Boreas poſt Auſtrum, medicina fortis, & uenenoſa, ut ueratrum cādidum, proprietas cibi comeſti, ut fungi, qui ſunt auceps cibus, nec eſus mundus. *Cauſæ primitiuæ.*

Cauſæ antecedentes, ut multitudo humorum, repletio, humor à capite deſcendens, uapor ab inferioribus eleuatus, rheuma, ægritudo præcedens, ut febris continua, phrenеſis, apoſtema uuluæ *Cauſæ antecedentes.*

Signa ex humoribus ſumenda, ſunt iſta. Sanguinis ſigna: pulſus plenus, & undoſus, conſtrictio anhelitus, rubedo in lingua. *Signa ex humoribus.*

Phlegmatis: multa humiditas in ore, & uiſcoſitas: quod

ſi eſt

ſi eſt corruptum, & putrefactum, adeſt uapor ſalſus, & ſi non, ſaltem apparet in ore inſipiditas, et longa extractio, ſi eſt uiſcoſum.

Choleræ: minor conſtrictio anhelitus, citrinitas in lingua, melancholiæ, ſapor acetoſus, color cineritius paulatim accidit.

APHORISMI.

1 *AVtumno magna pars æſtiuorũ, atq; etiam febres quartanæ, & erroneæ, lienes, aquæ inter cutem, tabes, ſtillicidia urinæ, leuitates inteſtinorũ, coxendices, anginæ, anhelationes, uoluuli comitiales, atræ biles, furores.* 2 3. 3.

2 *Si febricitanti, nullo tumore faucium, ſtrangulatio accidit ſubitò, lethale eſt.* 3 4. 4.

3 *Si febricitanti collum peruertitur, ut uix deuorare poßit, ſine ullo colli tumore, mortiferum eſt.* 3 7. 4.

4 *Qui anginam, aut tolles euaſerunt, his in pulmonem abſceditur, & intra ſeptimum diem moriuntur, ſi tamen hos dies euaſerint, ſuppurantur.*

5 *Ab angina detento, ſi tumor, & rubor in pectore ſuperuenit, bonum: foras enim morbus decedit.* 3 8. 6.

6 *Si à febre, habito tumore non exiſtente, ſuffocatio derepẽtè naſcitur, ut deglutire nõ poßit, mortale.* 6 0. 7.

Prognoſtica.

Fauces dolentes tenens (aliàs tenues) cum quadam difficultate ſtrangulantes, uelociter exitum afferunt. Hippocrates lib. 1. Prognoſtic.

Angina hyemalis, ſemper eſt phlegmatica.

CVRA.

CVratio ſynanches fit, primò, materiam euacuando, quæ ſtat ſub forma cauſæ antecedentis, prohibendo fluxum

fluxum ipſius, & diuertendo ne fluat ad locum apoſtematum. Secundò, perficitur tantummodo habendo reſpectum ad cauſam coniunctam, & ad ipſum apoſtema.

Prima igitur intentio inchoanda eſt cum phlebotomia: ſiquidem angina uel pendet à ſanguine ſolo, uel alijs humoribus ſanguini miſtis. Volunt enim plerique medicorum, quòd uenæ ſectio competat in omni ſpecie ſynāches: de hac re cōſule Matthæum Gradenſem, Valeſcum, Gatinarium, & Iſachum, & reliquos, quorum talis eſt unanimis conſenſus, & opinio, ſi repletio ſit magna, & in toto corpore, & huiuſmodi apoſtema ſynanchicum proueniat ex retentione ſanguinis menſtrui in fœminis, uel hæmorrhoidalis in uiris, tunc fiat phlebotomia uenæ ſaphenæ, uel communis: ſed hoc rarò contingit: ideò conſuetius eſt, quòd primò fiat ſectio cephalicæ lateris oppoſiti: facta iſta phlebotomia, mane, requiſitis ad hoc conditionibus habitis, uidelicet, ſi uirtus conſtet, ætas permittat, ita ut ſi patiens nec puer ſit, nec cupularis, nec prægnans: ueſperi fiat phlebotomia uenarum ſub lingua. Præter hoc, materia faciens anginam debet prohiberi, ne fluat ad locum apoſtematis: unde teneat in ore ſequens electuarium, ad quantitatem caſtaneæ.

Recip. Loboch de papauere, diatragacanthi frigidi, ana unc. i. Miſce: hoc incraſſando humorem, prohibet deſcenſum eius ad guttur. *Loboch retētiuū materiæ*

Pilulæ reſtrictiuæ fluxus in branchocela, & angina, item in catarrho.

Recip. Thuris, maſtyches, ſtyracis calamitæ, glycyrrhizæ, paſſularum enucleatarum, tragacāthi, gummi arabici, ana drach. i. Conficiantur cum hydromelite. Aliqui prædictis aſſociant ambram, & eſt in hoc caſu multum cōuenicns *Pilulæ ad idē & ad deſtillationem.*

ueniens.

Pilulæ catarrhales Meſuei. *Aequè conueniunt pilulæ Meſuanæ catarrhales, ſub nomine pilularum ad omnes morbos catarrhi, ſicubi compoſitioni earum, ladanum, bolus, & rhodomeli, uel myrthei ſyrupi quidpiam adijciatur, doſis ſit, una erulis quantitatis nocte cubitum eundo.* Hoc *facto, diuertatur etiam materia ipſa, primò, cum clyſteribus leuibus, & cõmunibus, puta ex decoctionis herbarum malacticarum, unc.xv. ſaccari, caſiæ, ana unc.i. olei uiolati, unc.iij. ſalis drac.ij. & fiat enema.*

Clyſteriũ leue, & cõe diuerſiuum.

Frictio. *Pro diuerſione etiam fiant fricationes à ſpatulis incipiendo, & brachijs, trahendo ad inferiora: ponantur uentoſæ ad ſpatulas, & nates. item, fiat ligatura circa adiutoria brachiorum, & coxarum, poſt phlebotomiam per diem unam, quia ex phlebotomia ſæpius excitatur cholera: detur ergo iſta medicina eductiua choleræ.*

Cucurbitulatio.

Potus cholerã educens. Recip. *Paſſularum enucleatarum, liquiritiæ raſæ, ana unc.ſem. prunorum damaſcenorum, nume.x. tamarindorum, unc.ſem. iuiubarũ, num.x.* Bulliant *hæc omnia in ſ.q. aquæ, ad cõſumptionem medietatis: & de colatura recipe unc.iiij. in quibus diſſolue caſiæ nouiter extractæ, unc.i.ſ.* Miſce, *& fiat potus, qui exhibeatur ante diem per horam.*

Notio.

Et *ſit canon iſte in euacuando, quòd in hoc caſu medicinæ euacuantes exoluendo dimittantur, & hoc eſt quo ad reſpectum cauſæ antecedentis ſynanches, ſcilicet euacuare, probibere, & diuertere fluxum.*

Gargariſmus in ſiſtẽdo fluxu ad guttur. *Ad diuertendum peculiariter ualet uinum decoctionis ebuli, cum aqua plantaginis, cum parum pyrethri, & exiguo mellis roſacei, miſcendo in modum gargaſiſmi adminiſtratum: probibet enim rheuma demanare ad pectus, & gut-*

& guttur.

CVRA APOSTEMATIS. CANON.

FActis euacuationibus ueniendum eſt ad cauſam coniunctam, & apoſtema curandum: & quia iſtud apoſtema habet quatuor tempora ſui proceſſus curationis, debet curari in principio, & primitus cum repercuſsiuis: in augmento, cum repercutientibus miſtis reſoluentibus, ita quòd repercuſsiua ſuperent reſolutiua; à medio augmenti uſque ad medium ſtatus reſoluentia ſuperent repercutientia: à medio ſtatus reſolutiua pura conueniunt ad inſtantiam uſque decrementi: à principio igitur fiant remedia ſubſcripta: ſi à materia calida, fiat hoc gargariſma.

Recip. Aquæ plantaginis, roſarum, ana unc. v. ſyrupi myrthei, ſem. de malis punicis, ana unc. i. ſem. Miſce, fiat gargariſmus: utatur frequenter gargarizando. Gargariſma repercuſsiuũ

Aliud fortius ad idem.

Hoc eſt repercuſsiuum in cauſa calida ſynãches: quod etiam ualet in omni defectu colli, & illius partium.

Recip. Roſarum rubearum, myrtillorum, ſumachij, cicidum, ſiue gallarum, ana drac. ſem. Cõtundantur parum, & bulliant in aqua roſacea, & arnogloſſitæ, ana unc. v. ad conſumptionem tertiæ partis: & colaturæ adde ſyruporum rhoiteis, roſacei, myrthei, ſingulorum ſeſcunciam. Miſce pro gargariſmate, & eſt expertum: iſtius crebro gargarizatu fauces, tonſillæ, columella, linguaq; tumefacta, breui deturgeſcunt.

Inunctio circa guttur, ſtante magna caliditate.

Recip. Olei uiolati, unc. i. ſem. Fiat unctio frequens. *Vnctio.*

Infra iſtud tempus detur ſyrupus iſte digeſtiuus, & alteratiuus. *Syrupus digeſtiuus, & alteratiuus.*

Recip. Syrupi punicei, roſacei, ana drach. vi. aquarum

plantagi-

plantaginis, endiuiæ, ana unc. i. ſe. Miſce, & exhibeatur.

In augmento anginæ fiat eiuſmodi collutio, ſeu gargarizatio.

Gargariſma in uigore ſynanches.

Recip. Roſarum rub. myrtillorum, paſſularum enucleatarum, ana drac. ij. Bulliant in aquis endiuiæ, plantaginis, roſarum, ana unc. iiij. Bulliant inquam ad conſumptionem tertiæ partis, & colaturæ addantur, ſyrupi acidi ſimplicis, diamori, ana unc. i. ſem. & fiat gargariſma.

Gargariſma aliud competens, à medio augmenti ad medium ſtatus.

Gargariſma aliud circa decrementũ

Recip. Paſſularum enucleatarum, unc. ſem. caricarum pingium, nume. iiij. uel x. roſarum rubearum, man. ſem. aquarum roſarũ camomillæ, ana unc. v. uel vi. Craßis rebus inciſim diſſectis, bulliant omnia ad cõſumptionem tertiæ partis: colaturæ adde, medicamenti de moris unc. i. ſem. oxymelitis ſimplicis, unc. i. ſyrupi ſimplicis, unc. ſem. Miſce, fiat ut ſupra.

In ſtatu, quia intendimus reſolutioni tantùm, oportet apponere interius & exterius reſoluentia.

Interius fiat hoc gargariſma.

Recip. Camomillæ, meliloti, ſeminis lini, fœnigræci, ana. man. ſem. paſſularum enucleatarnm, liquiritiæ raſæ, ana unc. ſem. Bulliant in ſ. q. aquæ camomillæ, aqua roſarum, bugloſſæ, uidelicet ſingulorũ unc. iiij. colaturæ adđãtur, mellis roſati colati, ſyrupi acidi ſimplicis, ana unc. i. ſem. Miſce, fiat gargariſmus arte. Alius textus ponit, cum uncijs denis colati mellis, & ſyrupi, prædictorũ ana ſeſcuncia, reddantur ad formam gargariſmatis. Si uerò non poſſet fieri reſolutio cum iſtis, & reſoluta eſſet aliqua pars ſubtilis materiæ, tunc faciẽdum erit emplaſtrum maturatiuũ, reſolutiuum, et mitigatiuũ doloris, quod tale eſt.

Recip.

Recip. Camomillę, meliloti, aneti, ana man. i. farinę fœnigręci, ſeminis lini, ana unc. i. farinę hordeaceę, drach. vi. radicum althęę, man. ſem. maluarum, foliorum uiolarum, ana tantundem. Bulliant omnia, pręter farinas, in ſ. q. aquę, ad perfectam decoctionem, deinde contundantur, & addantur farinę, & cum oleo amygdalino dulci, & pinguedine gallinaceà, q. ſ. ad impinguandum, & malaxandum, fiat emplaſtrum, quod reſoluit, ſi reſolubile eſt, & maturat etiam. Emplaſtrum reſoluēs, & maturans. *Inſuffletur etiam in guttur iſte puluis, qui à proprietate ſolet reſoluere apoſtema ſynāchcis.*

Recip. *Pulueris hyrundinis combuſtę, ſtercoris canis comedentis oſſa, ana drac. ſem. Fiat puluis, qui inſuffletur in guttur, & locum apoſtematis, cum cannula ſubtili bis, uel ter in die. Debet autem hoc modo comburi hyrundo.*

Accipiatur uolucris illa, & decolletur, & dimittatur ſanguis exire, poſtea deplumetur, & ſaliatur: deinde ponatur in uaſe uitreato ſtricti orificij, & claudatur os uaſis cum luto, poſt delutationem ponatur in furno, & dimittatur ibi quouſque exiccetur, ita quòd poſſit pulueratri. Huius pulueris cōpoſitionē ponit Auicennas.

Valet ad idem emplaſtrum maturatiuum, & reſolutiuum apoſtematis ſquinantici, quod fit ex nido hyrundinis, prout Arculanus deſcribit. Arculanus.

Recip. *Dialthęę, unc. i. ſem. mucilaginis, ſeminis lini, fœnigręci, ana drach. ij. medullę caſię fiſtularis, butyri recentis non ſaliti, ana unc. ſem. olei amigdalini dulcis, unc. ij. Miſce, fiat unguentum arte: poſt applicetur emplaſtrum infraſcriptum.* Vnguētū reſolutiuū, & maturatiuū, ſine dolore.

Recip. Radicum maluauiſci, unc. ſem. Incidantur, & coquantur bene, prius abiecta medulla corticoſa, poſt piſtentur, ita quòd in materiam axungię uertantur: poſt miſce cum ea farinę fœnigręci, lini, anethi, camomillę, ana q. ſ. Fiat Emplaſtrum ad idē, & ēt mitigatiuū.

q.ſ. Fiat emplaſtrum, quod præter alios effectus, dolorem etiam tollit.

Galenus.

Ad anginam curandam ualet experimentum Galeni de ſucco nucum, in yi. tract. Myamir, tam ſimplex, quàm cõpoſitum.

Eugubius.

Eugubius poſt ſectionem uenarum linguæ, uel cephalicæ, exhibuit diamoron cum oxymelite, & ſanatus fuit ſquinanticus in ſpatio quadriduano perfecte. Si autem apoſtema uenerit iam ad maturationem, & cũ prædictis non rũpatur, oportet ipſum aperire, ut exeat ſanguis.

Modus aperiẽdi apoſtema ſquinanticum.

Inſpiciat ergo medicus in ore, & ſi appareat, hoc modo rumpatur: accipiat unum lignum ſubtile, rotundum, in cuius extremitate apponat ferrum acutum, cuius longitudo ſit tantæ quantitatis, quantæ eſt medietas digiti in ore, deinde ore aperto, ponendo lignũ intra dentes ægroti, ac ſi eſſet frenum, deinde ponat cannulam illam cum ferro ad locum apoſtematis, ac ſcindat, aperto apoſtemate pronus declinet caput inferius ore aperto, ut exeat ſanies. Si autem non poteſt rumpi, quia non appareat uiſui, imponat digitum in os, & cum unguibus rumpat, ſi poteſt.

Mundificatiuũ gargariſma ſynãchi.

Rupto apoſtemate mundificetur hoc modo: accipiat aquam mellis, ſecũdùm artem decoctam, & gargarizet, demum ulcere mundificato, conſolidetur cum iſtiuſmodi gargariſmo.

Gargariſma cõſolidatiuũ

Recip. Aquæ decoctionis roſarum rubearum, gallarũ, myrtillorum, ana unc. yi. in quibus diſſolue thuris, ſanguinis draconis, ſarcocollæ, ana drac. i. pilorum leporis combuſtorum, & pulueriʒatorum, ſcrup. i. Miſce, & cũ prædictis fiat gargariſma, ita quòd leuiter gargarizet, ut fiat conſolidatio. Hoc facto, ad alias duas intentiones, ſcilicet ad ſedationem accidentium, & regimen in uita (aliàs uictu) recurrendum.

SEDA-

SEDATIO DOLORIS.

SI ergo fuerit dolor uehemens, ſedetur cum anodynis, intus & extra. Extra ſicut eſt oleum camomillæ, amygdalarum dulcium, & inungatur guttur. Intus, gargarizet ſyrupum de iuiubis cum aqua camomillæ. Inunctio anodynorũ. Gargariſma anodynũ in angina.

DIAETA.

QVandoquidem hæc ægritudo acutiſsima eſt, indiget diæta ſubtili, ſeu tenui. In principio comedat panem coctum in aqua uſq; ad quartum diem. Et bibat aquam cum uino granatorum, & uſq; ad ſeptimum diem teneat diætam tenuiſsimã. Caueat ab aere nebuloſo, & frigido. Diæta.

Notio.

Nota ubi apoſtema curatur per uiam ſuppurationis, quod in augmento, & ſtatu cum repercuſsiuis admiſcere debemus lenitiua, & non reſolutiua. Canon.

ADDITIONES PROPRIAE.

EXterius applicetur uentoſa ſub mento. Fomentetur locus cum ſpongia, in calidum oleum chamæmalinum ſubinde demiſſa. Ventoſatio Fomẽtum.

Gargariſmus.

Item gargarizet ægrotus cum decocto nepetæ, thimi, abſyntij, hyſſopi, furfurum, & ficuum aridarum. Gargarizatio.

Potus.

Fungus ſambucinus in uino coctus, & potatus præſenti remedio eſt, præcedẽte, & ſubſequẽte ſuffitu de olibano. Potio. Suffitio.

Emplaſtrum.

Beyſſerus Angelipolitanus Practicus olim celeberrimus curauit ſynanchen cum uſto panno nouo, cum oleo lini no incorporato, in forma cataplaſmatis adhibito. Exhibens interim ſyrupum de ſcabioſa, ſingulis diebus triun- Emplaſtrũ. Syrupus ſcabites.

ciariam menſuram,ſiue doſim.

Gargariſmus ad idem expertus, poſt uniuerſalia.

Gargariſma. *Reci. Gallarum, balauſtiorum,myrtillorum,ſumachij, roſarum rubearum,drach.i.ſ.cyperi,acori,pyrethri,ana drach.i. Contundantur, & bulliant in lib.i.uini rubri,ad conſumptionē quartæ partis. In colato diſſoluatur aluminis uſti,ſcrup.i.diamori unc.ij.fiat gargariſma.*

Cataplaſmetur collum cū emplaſtro infraſcripto calide.

Cataplaſma. *Recip.Stercoris anſerini,mellis, ana.q.v.coquātur in uino,uſq; ad ipſius uini excoctionē,& fiat emplaſtrum.*

Ad idem ualet puluis iſte.

Puluis. *Recip. Albi Græci ,camphore, aluminis ſaccharini, pulueris uulariæ, ana ſcrup. uel drach.i.cum oxymelite ſcyllitico fiat miſtura,que diſſoluatur in aquis ſcolopendrij,lyguſtici,prunellæ,ana.q.ſ.& fiat collutio.*

Potus. *Equidem in omni defectu faucium utor ſubſequēti puluere. Si cauſa calida eſt,cum aqua roſacea. Sin frigida, cum uino meraco per modum gargariſmi.*

Puluis optimus ad ſynanchen,& uuulā procidentem. *Reci. Macropiperis,leucozinziberis,ana drac.ij.melicetorum drach.i.radicum pyrethri,aluminis deuſti,ana drach.ſ.hypogloßidi grana.xij. albi græci drach.ij. miſce,fiat puluis tenuiſsimus.Item ualet emplaſtrum de nido hirundinum, ſcilicet.*

Emplaſtrū de nido hyrundinum. *Reci. Interiorem partem nidi, una cum plumis,& tota ſubſtantia fundi, teratur,& cum melle , & axungia porcina.q.ſ.fiat emplaſtrum.*

Efficacius redditur, ſi adieceris albi græci,lotonem.i. farinæ fœnugræci,lotones.ij.pulueris camomillæ,radicis althææ,ana.m.i.fiat emplaſtrum arte.

CVRA

CVRA ORTHOLPHI MEDICI QVONDAM *inſignis, cuius tam ſimplicium, quàm compoſitorum pharmacorum Practicus liber tranſcriptus mihi eſt.* — *Ortolphus medicus inſignis.*

Diuerſio.

PRimo *diuertatur, et minoretur materia clyſteribus, uel minoratiuo, ex electuario de caſſia, diaprunis ſolutiuo, de medicamine de carthamo, per modum potionis cum aqua mulſa facto.* — *Diuerſio. Clyſteria. Minoratiuum in forma potus.*

Phlebotomia.

Item cum uenæ ſectione, uel ſub lingua, uel ex cephalica, poſt adhibeatur ſubſequens emplaſtrum calidum. — *Venæ ſectio.*

Emplaſtrum.

Reci. *Foliorum ſambuci, braßicæ rubeæ, ana m. i. piſetur, & addito cochleari uno mellis, & butyri, fiat emplaſtrum. Item fiat frictio diuerſiua, deorſum trahēdo materiam. Poſt fiat unctio frequens cum dialthea. Poſtremo bibat aquam deſtillationis mororum, in qua album Græcum ſit maceratum.* — *Emplaſtrū. Frictio. Vnctio. Potus.*

Vel detur illa decoctio.

Recip. Liquiritiæ, paſſu arum, ana lotones. ij. palmularum pinguiū, nume. vi. ſebeſten, nume. x. mororū unc. i. tamarindorum, unc. ſ. florum caſiæ fiſtularis, unc. ij. ſacchari conditi, unc. i. ſ. fiat decoctio ſecundum artem. Valet potu, & gargarizatu. — *Alius potus expertus in omni defectu colli, & tußi.*

DE TVSSI, CAP. XX.

Definitio.

Definitio.

TVSSIS *ex frigore, uel pituita, in pul monem deſcendente gignitur, exiccando, & exaſperando trachæam guttu ris cannam pulmonis, & partes pecto ris. Quandoq; accidit à caliditate diſ ſoluente materias ſuperfluas in cerebro.*

CARA TVSSIS CALIDAE.

Cura tußis calidæ:

CVra *tußis à materia calida, ſubtili, deſcendente à capite, primo minoretur materia ſic.*

Minoratiuum in forma boli.

Minoratiuum.

Recip. *Caſiæ optimæ pinguis drach.x. fiat bolus cum ſaccharo, & exhibeatur ſero poſt cœnã per duas horas, poſt digeratur materia ſecundum hunc modum.*

Digeſtiuum.

Syrupus digeſtiuus.

Reci. *Syrupi uiolati, iuiubini, ana drac.vi. aquarũ uiolarum, ungulæ caballinæ, ana unc.i.ſ. miſce: poſt aſſumptionem digeſtiui, accipiat hanc medicinã potabilem.*

Potio cathartica in tuſſi calida.

Catharticũ potus.

Reci. *Paſſularum enucleatarum, liquiritiæ raſæ, ana unc.ſ. ſebeſten, nume.x. uiolarum ſiccarum.m.ſ. Bulliant omnia in.ſ.q. aquæ ad conſumptionem medietatis, deinde colentur, & de colatura recip.q.ſ. ad diſſoluendum, caſiæ nouiter extractæ drach.x. Sed pro diuitibus mannæ unc. i.ſ. & dulcoretur, & fiat potus. Cui adde ſyrupi uiolati unc.ſ. & exhibeatur ante diẽ per horã calidus, & poſtea dormiat per horã, poſt aſſumptionẽ prædictæ potionis.*

Linctus cõtra tußim calidam.

Electuarium pro tuſſi catarrhali calida.

Reci. *Loboch de papauere, diacodij, ana drach.vi. miſce, &*

ſce, & accipiatur de iſto ad quantitatem caſtaneæ, lambendo dimittat ut ſupra.

Formulæ ad idem,& tuſſim,& catarrhũ calidum,& ſunt optimæ,qbus utor peculiariter.

Reci. *Amyli drach.iij.amygdalarum dulcium excorticatarũ,& exiccatarum,drac.ij.tragacãthi,gũmi Arab. ana drach.i.ſeminis papaueris albi, lactucæ,ana ſcru.ij. ſucci liquiritiæ drach.ſ. Pulucrizentur omnia ſubtiliter, & cum ſaccharo diſſoluito in aqua fœniculi (aliàs tuſſilaginis,aut bechij.In alio Codice obmittuntur aquæ) fiat confectio ſolida in rotulis quarum quælibet ſit drach.iij. & teneat in ore ſæpe de iſta confectione dicta.* *Formulæ, ſiue cõfectio in tuſſi, & deſtillatiõe calida optima.*

Catapotia.

Ad idẽ ualent pilulæ bechicæ,& teneat .i.in ore ſæpe, quæ fiant in forma lupini. *Pilulæ.*

Ad idem decoctio pectoralis.

Recip. *Florum uiolarum,nenupharis,ana.m.ſ. Paſſularum enucleatarum, liquiritiæ raſæ, ana unc.ſ. radicum ungulæ caballinæ drach.i.hordei ſubacti, uel excorticati m.ſ.iuiubarum.x.Fiat decoctio,& edulcetur cum ſaccharo.q.ſ.& exhibeatur parum pro uice.* *Decoctum pectorale, quo utor frequentius in tuſſi,& catarrho calido.*

Vbi autem tuſſis perſeuerauerit, & multum infeſtaret propter materiam ſubtilem, à capite deſcendentem, detur ſero quando uadit dormitum , una ex hijs pilulis, quæ,authoritate Alexandri,ſunt ex ſecretis artis,ut inquit Meſueus,& ego uſus ſum. *Meſueus.*

Reci. *Pilularum de cynogloſſa ſcrup.i.gra.iiij. fiant pilulæ nume.iij.Et detur una ex iſtis, quando it cubitum, interpolatis diebus.* *Pilulæ de cynogloſſa.*

DIAETA IN TVSSI, À CAVSA FRIGIDA.

Diæta in tuſsi, à cauſa frigida

Regimen uitæ in hac diſpoſitiõe eſt, ut caueat aërem ualde calidum, cibaria omnia calida, & euaporãtia ad caput, uinum dimittat, bibat aquam ſaccharatam.

Cura tuſsis pendentis à materia craſſa, phlegmatica, Minoratiuum.

Minoratiuum.

Recip. Pillularum de hiera ſimplici ſcrup. ij. agarici trochiſcati ſcrup. i. Reformentur pilulæ numero. v. cum ſyrupo de hyſſopo.

Digeſtiuum ad idem.

Digeſtiuũ.

Recip. Syrupi de hyſſopo, mellis roſati colati, oxymellis ſimplicis, ana unc. ſ. aquarum hyſſopi, capilli ueneris, ſcabioſæ, ana unc. ſ. miſce, & exhibeatur in vi. uel vij. uicibus.

Medicinæ eradicatiuæ in forma pilularũ.

Pilulæ eradicatiuæ

Reci. Pilularum cochiarum ſcrup. ij. agarici trochiſcati ſcrup. i. gra. v. Reformentur pilulæ nume. v. cum ſyrupo de hyſſopo, & exhibeãtur ante diem per duas horas, poſtea per v. horas accipiat lauatiuum ſequens.

Lauatiuũ.

Reci. Aquæ mellis factæ ſecundum artem unc. vi. ſacchari rubei unc. ſ. miſce.

Medicina eradicatiua in forma potabili, ad idem.

Potus eradicatiuus.

Reci. Florum boraginis, bugloſſæ, capilli ueneris, ana m. ſ. paſſularum enucleatarum, liquiritiæ raſæ, ana unc. ſ. caricarum nume. iiij. ſebeſten nume. viij. hyſſopi, ſcabioſæ. ana drac. i. radicũ ireos drac. ſ. Fiat decoctio in ſ. q. aquæ fontanæ, uel fluuialis, ad conſumptionẽ medietatis, deinde colentur, & de colatura accipiatur. q. ſ. ad diſſoluẽdum. Agarici electi ſcrup. iij. ſalis gemmæ gra. ij. (nocet pectori

ctori ſal gemmæ.) Zinziberis gra.vi. electuarij de caſia drach.vi. aliàs.v. diaphæniconis drach.ij. aliàs ſcrup.ij. electuarij indi maioris ſcrup.iiij. agaricus cum ſale gemmeo & zinzibere infundantur in oxymelite ſimplici.q.ſ. pro ſui imbibitione, per octo horas, deinde fiat fortis expreßio agarici, & cum reliquis diſſoluatur in decoctione ſuperius ſcripta.q.ſ. Et fiat potus, qui edulcetur cũ unc. ſ. ſyrupi de liquiricia, & exhibeatur eo modo, quo pilulæ, ſcilicet eridicatiuæ, ut ſupra.

Electuarium pectoris mundificatiuum.

Recip. *Lohoch de pino, ſanum & expertum, ana unci.i. De hoc ſæpe lambendo ſumat ad quantitatem caſtaneæ.* *Electuariũ mundificãs pectus.*

Ad idem decoctio, & eſt egregium Bechicum pro tuſſientibus.

Reci. *Capilli ueneris, hyſſopi, ſcabioſæ, ana.m.ſ. radicum ireos, enulæ, ana drac.ſ. dactylorum, caricarum pinguium, ana nume.iij. paſſularũ, liquiriciæ raſæ, ana unc.ſ. Bulliant in.ſ.q. aquæ, ad conſumptionẽ medietatis: & de colatura accipiatur ſæpe unc.i. in die ſero quando uadit dormitum, accipiat unc.iij. & mane in loco ſyrupi capiat unc.v. & ſit calida decoctio iſta* *Bechicum apozema probatum.*

Vnctio ad idem.

Recip. *Olei liliorum, amygdalarum dulcium, anethini, ana unc.ſ. pinguedinis gallinæ, anatis, butyri recentis, ana drach.ij. oeſypi humidæ drach.i. pinguedines diſſoluantur, & cum prædictis oleis, & modico ceræ, fiat linimentum.* *Vnctio in tußi, et pro pectore.*

Si autẽ materia phlegmatica fuerit ſubtilis, & aquoſa, deſcendens à capite, ut plurimum fit, uel uſu uenit, detur primo minoratiuum.

Minoratio.

Pilulæ minoratiuæ. Reci. *Pilularum aurearum* Nicolai,*agarici trochiſcati,ana drach.ſ.Fiant pilulæ numero.v. cum ſyrupo de liquiricia:exhibeantur poſt cœnam per duas horas.*

Digeſtiuum ad idem.

Digeſtiuũ. Recip. *Mellis roſati colati, ſyrupi de liquiricia, ana drach.vi.aquarum decoctionis thuris, maſtiches, nucum coniferæ arboris, ideſt cupreſſi, miſce, & fiat potus. Vel ſic ordinetur.*

Aliud digeſtiuum.

Digeſtiuum aliud. Recip. *Syrupi de liquiricia, mellis roſati colati, ana drach.vi.aquarum capilli ueneris,bethonicæ, ungulæ caballinæ,ana unc.i.miſce,capiat horis matutinis.*

Eradicatiuum ad idem.

Pilulæ eradicatiuæ. Reci. *Pilularum de hiera* Nicolai *ſcrup.ij.agarici trochiſcati ſcrup.i.b.p.miſce cum ſyrupo de liquiritia,fiant pilulæ nume.v.& exhibeantur ut ſupra.*

Cura tuſsis ſiccæ. CVRA TVSSIS SICCAE, À MALA *complexione calida, & ſicca, pectoris, & pulmonis, ut in febribus urentibus.*

Digeſtiuũ. PRo *digeſtiuo ſumat hunc ſyrupum.*

Reci. *Syrupi uiolati unc.i.ſ.* Aquarum *uiolarũ, nenupharis,ana unc.i.miſce.*

Aliud ad idem.

Decoctio in tuſsi ſicca. Reci. *Seminis papaueris albi, lactucæ, maluæ, iuiubarum,ana drach.i.Contundantur parum, & bulliant in aqua uiolarum,nenupharis,ana unc.vi. ad conſumptionẽ tertiæ partis.* De *iſto* Apozemate *accipiat unc.v.mane, & ſit tepidum.*

Vnctio ad pectus, & thoracem.

Vnctio circa pectus,& thoracem.

Reci.*Olei uiolacei,cucurbitini (aliàs olei ſeminis cucurbitæ*

curbitæ) ana unc.i. ceræ parum. Fiat unctio, qua pectus totum inungatur.

Linimentum ad idem, melius priore.

Hæc ſequens unctio ualet in diſcraſia thoracis, & aliarum partium humectatione, & paragorizatione indigentium.

Recip. *Mucilaginis, pſylij, cytoniorum, maluauiſci, ana unc.i. ſem. lactis muliebris lactantis puellam, unc.iij. aquæ uiolarum, unc.iiij. Miſce, & peciæ infundantur, quæ parũ expreſſæ (aliàs aſperſæ) applicentur pectori, & ſic exic centur, remoueantur ter, uel quater: poſtea pecijs amotis, fiat inunctio dicta.* *Vnctio in tusſi ſicca.*

Et ad iſtam tuſsim conferunt attractiones aeris refrigerantis: unde locus habitationis tendat ad frigidum, & humidum. Aer. *Habitatio.*

Cura tuſsis, quando eſt à catarrho calido, ſubtili, deſcendente à materia craſſa, in thorace coadunata, difficilis eſt, quia ratione catarrhi indiget incraſſantibus, ratione uerò materiæ, indiget attenuantibus, ideſt ſubtiliantibus in pectore. *Cura tuſsis à catarrho calido.*

Sic igitur procedendum, ut materiam catarrhalem deſcendentem, prius euacuemus cum appropriatis, ut ſequitur: unde detur hæc medicina in bolo. *Proceſſus.*

Recip. *Caſiæ optimæ pinguis, nouiter extractæ, drach. x. Fiat bolus cum ſaccharo. Euacuat enim materiam, & lenit pectus, detur ſero.* *Bolus leniẽs pectus.*

Deinde diuertatur materia illa ſubtilis, cum fricationibus, uentoſis, ſcarificationibus, & ligamentis. *Canon.*

Digeratur materia cum digeſtiuo habente reſpectum ad materiam catarrhalem in capite, & ad eam, quæ in pectore coaceruata eſt. *Obſeruatio.*

Dige-

Digeſtiuum.

Digeſtiuum Recip. *Syrupi myrthini, de hyſſopo, ana drac. yi. aquarum hyſſopi, ungulæ caballinæ, uiolarum, ana unc. i.* Miſce. *Facta digeſtione exhibeatur ſequens medicina in forma pilularum.*

Pilulæ. Recip. *Pilularum aurearum* Nicolai, *agarici trochiſcati, ana drach. ſem.* Fiant *pilulæ num. yij. cum ſyrupo de liquiricia, & exhibeantur mane, ut dictum eſt.*

In forma potabili.

Potus. Recip. *Florum boraginis, bugloſſæ, capilli ueneris, ana man. ſem.* P*aſſularum enucleatarum, liquiriciæ raſæ, ana unc. ſem. iuiubarum, nume. x. caricarum pinguium, nume. iiij. hyſſopi, man. ſem.* Fiat *decoctio ſecundùm artem, de qua accipiatur, q. ſ. ad diſſoluendum, electuarij de caſia, drac. y. diaphœniconis, drac. ij electuarij de pſylio, electuarij roſati Meſuei, ana ſcrup. ij.* Miſce, *fiat potus, & exhibeatur ut ſupra.*

Lauatiuum. *Deinde, detur lauatiuum ex aqua hordei cum ſaccharo rubeo.*

Electuarium purgans pectus, & confortans pulmonem, cum reſpectu ad caput.

Electuarium purgans pectus, & pulmonem confortans. Recip. *Lobochſanum, & expertum, diapenidij ſine ſpeciebus, cum oxymelle ſimplici reformetur: de quo accipiat ad quantitatem caſtaneæ, parumper deglutiendo.*

Aliud ad idem.

Loboch ad idem. Recip. R*oſatæ nouellæ, unc. i. ſem. loboch de pino, unc. i.* M*iſce cum ſyrupo de liquiricia, reformetur loboch.* Fi*ant ſæpius clyſteria ſuperius ordinata.*

Ad catarrhum ſubtilem, deſcendentem ad pectus, cum timore ad phtyſim.

Clyſteria. Pilulæ pectorales, & catarrhales.

Recip.

Recip. Pilularum aurearum Nicolai, aſaireth, agarici trochiſcati, boli armeni, ana ſcrup. i. Fiant pilulæ nume. ix. cum ſyrupo uiolato, de quibus cubitum iturus aſſumat y uel iiij. uel iij. in termino x dierum, uel octidui ſpatio. *Pilulæ pectorales, & catarrhales.*

DIAETA.

Regimen in uita. Aer declinetur ad calidum, in paſſiuis ad temperatum. Caueat ab excitãtibus tuſsim: unde acria, & acetoſa nocent. Carnes ſint facilis digeſtionis, boni nutrimenti, ſicut caſtratinæ, leporinæ, pulliuæ, aues arboreæ, ius cicerum, & maximè quando conditur cum lacte amygdalino. *Tuſsientium diæta.* Aer. Cibus.

Vinum ſit album, pauciferum, tendens ad aliqualem dulcedinem, ſiue naturaliter, ſiue cum ſaccharo. Valet in hoc caſu quoq; oenomeli. Aliquãdo ſolus potus aquæ ſaccharatæ, uel hydromelitis eſt conueniens. Potus.

Dormiat vij horis in nocte ad plus, capite eleuato, et nõ reſupino. Vitet uigilias ſuperfluas, niſi eſſet tuſsis ex catarrho. Exercitetur tẽperatè ante cibum per horam. Nitatur habere egeſtiones naturales ſingulis diebus. Fugiat iram, triſtitiam, lætetur, & bene ſperet, & ſic ſanitatem, Deo ſoſpitante, conſequetur indubiè. Vigilia. Motus. Animi accidentia.

APHORISMI.

Qui gibbi ex anhelitu, aut tuſsi efficiuntur, ante pubertatem intereunt. Aphor. 47. lib. 6. *Aphoriſmi.*

ADDITAMENTA PROPRIA.

CVRA TVSSIS SICCAE.

Tuſsis ſicca remouetur cum cibis, & potibus humectantibus, ut ex amylo, ptyſaua hordei, cum iuiubis, cum decoctione, uel lacte ſeminum communium frigidorum, & cum decoctione fructuum humidorum. *Ad tuſsim ſiccã cibus, & potus.*

Sicut cum decoctione cucurbitæ, liquiritiæ, iuiubarũ, *Decoctiones*

aqua

aqua hordei cum penidijs, & iulepo uiolato, & ſyrupus uiolatus, iuiubinus, & liquiriciæ conueniunt.

Maſticatorium expertum.

Maſticatorium. *Teneantur in ore maſticando fruſta liquiriciæ infuſa in aqua hordei zuccharata, & deglutiantur paulatim.*

Aliud. *Ad idem ualet retentio prunorum dulcium maturorum mundatorum, cum zucchаro aſperſorum.*

Iuiubæ. *Pilulæ.* *Et iuiubæ mundatæ, ſaccharo itidem conditæ, ſimiliter faciunt. Teneantur in ore pilulæ bichichiæ, aut medulla ſeminum communium frigidorum. Ab extra, utantur cerotis frigidis, ſicut quæ ſunt ex oleo uiolato, & pinguedine recenti pullorum, & mucilagine pſylij, cum ſucco portulacæ, fiat talis inunctio extra.*

Cerotũ, uel unctio.

Vnguentum ad pectus.

Epithema pectorale. *Recip. Olei uiolarum, amygdalarum dulcium, ana unc. i. ſucci maluæ, dragacanthi, mucylaginis, cytoniorum, ana drach. ij. Cum cæra alba fiat unguentum, & ungatur pectus.*

Tuſsis ſiccæ cura. Cura tuſſis ſiccæ, cum caliditate uehementi.

Trochiſchi.

Trochiſchi ad tuſsim ſiccam cũ calore febrili. *Recip. Succi liquiriciæ, uiolarum, ana drach. iij. ſeminum cytrulli, cucurbitæ, cucumeris, mannæ, ana drach. ij. Fiant trochiſchi cum mucilagine pſylij, & ſemine cytoniorum. Doſis eſt drach. i. cum aqua hordei, & ſyrupo uiolato.*

Cura tuſſis, cum raucedine, abſciſſione uocis, & ſiti.

Raucedo. *Retentoriæ pilulæ, ſeu bromuli.* *Recip. Seminis cucumeris mundati, drac. yi. ſucci liquiriciæ, drac. y. ſeminis portulacæ, drac. ij. Triturentur bene, & fiat miſtura bona ex ipſis, & cum albumine oui cõquaſſato fiant formulæ ſimiles lupinis, & teneantur ſub lingua.*

lingua.

Pilulæ conuenientes.

Recip. Sacchari candi, unc. ſem. ſucci liquiriciæ, drac. ij. dragacanthi, amygdalarũ dulcium, anguriæ excorticatæ, ana drac. i. amidi, drac. iij. Cum mucilagine, pſylij fiãt formulæ, ad quantitatem auellanæ: de quibus teneatur ſub lingua pro lubitu quod ſuppetat. *Pilulæ aliæ, ad idem.*

Tragea ad tuſſim, pectoris anguſtationem, & plethoram.

Recip. Specierum diatragacanthi frig. drac. i. diapenidij, ſcrup. ij. pilularum bichichiarum, ſcrup. iiij. ſeminis papaueris albi, ſcrup. i. pulueris liquiriciæ, & ſucci eiuſdem, polypodij, ana drac. i. pulmonis uulpis præparati, ſcrup. ſem. ſacchari conditi, & penidiati, ana drac. ſem. uel i. ſacchari crudi, unc. ſem. Fiat *tragea.* *Tragea.*

Decoctum ad idem, quo diluendus eſt ægrotantis potus.

Recip. *Liquiriciæ, hyſſopi, ſaluiæ, aneſi, fœniculi, caricarum, mellis, uel ſacchari, ana q. v.* Decoquãtur *omnia in uino dulci, ad excoctionem tertiæ partis, uel (ſi grauior tuſsis eſt) medietatis: de quo bibat mane hauſtum bonum, & cum eo etiam potum ſuum lymphet.* *Decoctum.*

Miſtura ad idem.

Recip. *Lohoch ſani, & experti, diairis, trochiſcorum pectoralium, ana unc. i.* M*iſce cum ſyrupo iuiubino, q. ſ.* *Miſtura.*

Aqua decocta ad idem.

Recip. *Saluiæ, hyſſopi, ſcabioſæ, adianthi, ana man. i. radicum enulæ campanæ, fœniculi, polypodij, ana drac. v. liquiriciæ, unc. i. drac. ij. ſeminũ fœniculi, aneſi, ana drac. v. caricarum, num. ix. paſſularum, unc. i. drac. ij. ſebeſten, num. xv. ceraſiorum dulcium, man. ſem. foliculorum ſenæ, unc.* *Ad idẽ aqua decocta.*

unc.ij.Miſce,& bulliant in ſ.q.aquæ, coletur,& clarifi cetur:de qua potet ægrotus mane,& ſero,calidè. Porrò teneat ſub lingua ſubſequentium rotularum unam noctu, pariter & interdiu,quæ conferunt tuſſedini,& ſiti.

Rotulæ. Recip.Seminis papaueris albi,lactucæ,portulacæ, tra gacanthi,amyli,ana drac.ij. ſeminum communium frigi-dorum maiorum, ana ſcrup.ij.ſpecierum diatragacanthi frigidi,drac.i.ſacchari taberzeth,lib.i.ſem. cum mucila-gine pſylij,& tragacăthi,infuſorum in aqua roſacea,in-uoluantur in puluere ſacchari conditi, & exiccentur in loco calido.

DE ASTHMATE, CAP. XXI.

Definitio.

Aſthma. Definitio. Tres aſthmatis ſpecies.

ASTHMA defectus eſt,qui cõſiſtit in difficultate ſpirandi. Diuiditur aũt hic morbus trifariam. Primò nãq; dum mo dicus eſt, neq; ex toto ſtrangulat,dyſpnea uocatur.Secundò,quũ uehementior eſt,ut ſpirare æger ſine ſono,& anhelatione nequeat,aſth matis nomenclaturam ſortitur. Tertiò, quum acceſſerit, id quoque,ne,niſi recta ceruice ſpiritus trahatur,orthop-nœa dicitur.Hæ autem ſpecies ægritudinis huius ex ar-ctatione fiunt, quæ meatibus accidit pulmonis. Arctatio ex humore eſt craſſo,frigido,& uiſcoſo,qui meatibus hijs inuiſcatur. Et ſciendum, quoniam ſi paßio hæc ſine tußi eſt,qui patitur,in hydropiſim defertur.

CAVSAE.

Cauſæ primitiuæ. CAuſæ primitiuæ ſunt,frigiditas,aut caliditas aeris, caſus,percußio, nimius corporis motus, aer cauer-narum,

narum, aer peſtilentialis, fumus argenti uiui.

Cauſæ antecedentes ſunt.

Phlegma in toto, uel in parte, homo plenus phlegmaticus: cibi acres, ſtyptici, & acerbi: apoſthema in membro, & in alijs membris, contrahitur guttur, diaphragma, canna pulmonis, ſynanche, pleuritis, ſtomachus, hepar, ſplen, matrix. Signa quære ex proprijs capitulis. *Antecedentes cauſæ.*

Cauſæ coniunctæ.

Dictæ paſſiones in augmento, & ſtatu: inuiſcatio humoris craſſi, in arterijs, & uenis pulmonis. *Cauſæ coniunctæ.*

Signa.

Strictio anhelitus, cum ſonitu, & ſcreatu multo: quãdo uirtus eſt fortis, pulſus eſt diuerſus, & tremulus, humiditas in ore ſentitur: reliqua ex relatu patientis cognoſcuntur. *Signa.*

Mala complexio frigida, cum materia.

Eadem ſunt ſigna, & ſputum. *Complexio mala cũ materia.*

Mala complexio frigida, ſine materia.

Incipit paulatim ſputum paruum, aut nullum: anhelitus paruus, tardus, & frigidus: non adeſt ſitis. *Complexio mala, ſine materia.*

Siccitas pulmonis.

Sitis, ſputum nullum, niſi ſumpſerit res humectantes. *Pulmonis ſiccitas.*

Ventoſitas.

Lenitas pectoris, parum ſputi, diſtentionemq́; ſentiunt in pectoribus. *Ventoſitas.*

Debilitas uirtutis motiuæ pectoris, & pulmonis.

Nares gracıles, & contractæ ad interiora, anhelitus debilis, ſeu difficilis, cum paruo, uel nullo ſono. *Signa debilitatis uirtutis motiuæ pectoris, & pulmonis.*

Oppilatio cannæ pulmonis.

Trahit anhelitum cum magno deſiderio. *Oppilatio cãnæ pulmonis*

PRAESAGIA.

Præſagia.

ANhelitus per os,& nares exiens frigidus,mortale. Aſthma in ſenibus,nunquam curatur.

In aſthmate anhelitus tardus,& paruus,uel frigidus, uel ſyncopis,uel ſi cogitur ſuper pedes ſtare,quia anhelitum habere non poteſt,mortale.

Si cum aſthmate (aliàs in iſtis) repletionis, uel catarrhi celeriter diſſoluentis, uel diſſoluti, adſit tuſsis humida,& ſubitò ceſſet,uel ſputum diminuitur,& remanet difficultas anhelitus,eſt mors in ianua.

Aſthma,propter dislocationem ſpondilium,uix,aut nũquam curatur,niſi reducantur ſpondilia.

CVRA.

Cura aſthmatis à ma la cõplexione,ſine materia.

Cura aſthmatis à mala complexione, ſine materia,quæ ſi ſit frigida,ſolum curatur hoc modo.

Anhelitus.
Aer.
Pãni calidi.
Sex res non naturales.
Aer.
Potus.

REtineatur anhelitus quantum poteſt,nam ex hoc calefit pectus, & ſpiritualia:inſpiret aerem calidum, calefiant panni,& ponantur ſuper pectus.

Regimen ſex rerum non naturalium tendat ad calidum.

Si uerò pendeat à cauſa calida,ſolum attrahet aerem frigidum,& ſtet in aere frigido.

Bibat ſyrupum frigidum, ſicut uiolatum, cum aqua hordei,ſyrupum iuiubinum, aquam uiolarum cum dictis ſyrupis.

Totum regimen declinet ad frigidum.

Syrupi frigidi.

Si autem ſit à mala complexione ſicca,pectus exaſperante,tunc ſi fuerit cum febre putrida, exhibeantur frigida,& humida,nõ putreſcibilia,qualia ſunt ſyrupus uiolatus,iuiubinus,aqua uiolarum,aqua decoctionis hordei,decoctionis

coctionis zizipharum,uiolarum.

Si uerò ſit cum febre non putrida,exhibeâtur frigida, & humida abſolute. Frigida, & humida.

Et ſit regimen eius ſicut Hectici*,infrigidans,& humectans.Vnde fiat iſta inunctio circa pectus.*

Reci. *Olei uiolati,amygdalini dulcis,ana unc.i.mucilaginis,ſeminis cytoniorum,pſilij,ana unc.ſ.miſce,& cũ pauco ceræ,fiat unctio.* Vnctio pro phthyſicis, & aſthmaticis.

In *hoc caſu conueniunt lac caprinum, muliebre quoq;, & aſininum.* Lac.

Si uerò ſit ab humiditate quãuis,non ſit ſine materia, procedas cum exiccantibus. Sicca.

DIAETA.

S*I aſthma fuerit à materia phlegmatica,craſſa, exiſtẽte in pulmone,& pectore, tunc aer habitationis ſuæ declinet ad ſiccũ,in actiuis,ſit temperatus,declinans tunc ad calidum,nec ſit nebuloſus,plenus uaporibus.* Aer.

Et *ſi cũ aſthmate ſit catarrhus calidus, aer declinet potius ad temperatum,in actiuis quàm aliter.Si ſit frigidus catarrhus,aer ſit calidus,& ſiccus.* Aer. Aer. Cibus.

Panis *ſit ex farina munda.* Panis.

Carnes ſint,aues arboreæ,& pratenſes : ut perdices, phaſides,turtures,turdi, leporis,caſtratinæ,&c. Caueat à uitulinis,& humidis. Carnes.

Fercula *ſint ex pane cocto, in brodio, & condiantur cum butyro, uel oleo amygdalino dulci. Conueniunt fercula ex brodio caulium,ius cicerũ,& blitæ, caueat allia, ſinapim,& uaporoſa, piſces ſint minutuli,ſaxatiles,lucij,&c. Caueat tenchas,& anguillas.* Brodiũ caulium. Cauenda quæ. Piſces.

V*inum ſit potius luſtricum,quàm hornum,id eſt antiquũ,quàm nouũ,& ſit albũ,ſubtile,nec acre,nec acidũ.* Potus. Vinum.

Canon.

Can on. Bibat parum, ſed non inter unum cibum, & alium.

Obſeruatio in potu. Et ſi cum catarrho calido fuerit aſthma, bibat uinum cum aqua cocta dilutũ (aliàs cum zuccharata, uel hydromelyte lymphatum) aut puſcam pectoralem. Si nõ ſit cum catarrho, bibat merum.

Merum. Aqua mellis Aqua mellis laudatur in aſthmaticis, præſertim quæ à Meſueo deſcribitur.

Meſuecus. Somnus nocturnus Somnus nocturnus ſint v. uel vi. horarum, uſq; ad vij. Diurnus caueatur, ſi tamen non dormitet in nocte, dormiat interdiu per horam unam, poſt cibum ad minus per duas horas.

Somnus diurnus.

Canon.

Canon. Non dormiat ſupinus, ſed capite eleuato, ita quod potius ſedeat, quàm iaceat.

Motus. Faciat exercitium hoc modo ordinatum, ſtomacho ieiuno leuiter ſe mouendo, à principio augmẽtando, de debili ad forte, per loca decliuia, & arenoſa, uehatur curru, &

Vectio. uociferet, leuiter incipiendo.

Modus leuiandi uentrem artificialis. Habeat ſingulo die beneficium uentris, ſi non naturaliter, tamen hoc modo artificialiter ingenietur. Videlicet ante cibũ comedat paſſulas, uel ficus pingues, bene maſticando, deinde accipiat illico brodiũ cum ſaccharo rubeo.

Vel faciat ſic.

Brodium. Potus. Accipiat unc. ſ. medullæ carthami, & ipſam diſſoluat in brodio, dulcorato cũ ſyrupo borraginato, & bibat per quartam horæ ante cibum.

Animi accidentia. Circa accidentia animi: lætetur, & bene ſperet, fugiat iram, triſtitiam, & mœrorem.

DIGESTIO.

SI eſt à materia phlegmatica, craſſa, uiſcoſa, pendens

per uiam congeſtionis in pulmone coagmentata.

Recip. *Syrupi hyſſopiteis, ſyrupi calaminthiteis, oxy melitis ſimplicis, ana unc. ſ. aquarum hyſſopi, fœniculi, capilli ueneris, ana unc. i. miſce.* — *Digeſtiuum in pituitæ dominatu congruum.*

Aliud ad idem magiſtrale.

Reci. *Paſſularũ enucleatarũ, liquiriciæ raſæ, ana unc. ſ. caricarum pinguium, nume. y. hyſſopi, capilli ueneris, ana drach. i. uel unc. i. uel. m. ſ. radicum ireos drac. i. Seminum apij. fœniculi, ana ſcrup. iiij. bulliãt in. ſ. q. aquæ, ad comſumptionem medietatis.* De colatura recip. unc. iij. *ſyrupi de hyſſopo unc. i. ſ. miſce.* — *Aliud digeſtiuum in aſthmate.*

Inunctio digeſtiua.

Reci. *Olei de lilio, de cheyri, laurini, ana unc. ſ. pinguedinis gallinaceæ, butyri recẽtis, oeſypi humidæ, ana drach. iij. ceræ parum, fiat unctio pro pectore.* — *Vnctio pectoralis.*

Ad idem ualet aqua decoctionis enulæ, uel aqua ſublimationis eius, cum ſyrupo de hyſſopo lymphata. — *Decoctiones.*

Aequipollet iiſdem decoctum fœnigræci, cum paſſulis, cum oxymelite ſcyllitico dilutum. — *Potus.*

Euacuatio eradicatiua.

Reci. *Florum boraginis, bugloſſæ, capilli ueneris, hyſſopi, ana. m. ſ. paſſularum enucleatarum unc. ſ. liquiriciæ raſæ, tantũdem, radicum ireos, praſſij, ana ſcrup. iiij. agarici electi drach. i. ſ. zinziberis gra. yi. ſalis gẽmei grana iij. agaricus cum ſale gemmeo, infundantur in oxymelite ſimplici. q. ſ. per ſeptem horas. De reliquis uerò fiat decoctio : de qua accipiat. q. ſ. ad diſſoluendum. Electuarij de caſſia, ſiue lenitiui, diacatholici, ana drac. ij. ſ. diaphœnici, drac. i. ſ. diaphœnicon aliàs obmittitur, electuarij indi maioris ſcrup. iiij. miſce, & cum expreſſione agarici fiat potus. Cui admiſce, uel adde, ſyrupi de liquiricia, parum.* — *Potio eradicatiua in aſthmate.*

Et exhibeantur calide.

Aliud in forma pilularum.

Pilulæ in aſthmate. *Reci. Pilularum de hiera Nicolai drach.ſ.agarici trochiſcati ſcrup.ij. fiant pilulæ. vij. numero. Cum ſyrupo hyſſopito. Si autem contingat quòd in aſthmate in materia miſta cũ ſanguine. Vel ſanguis à prædominio peccet, tunc fiat phlebotomia ex baſilica, ſecundum conditionem repletionis, & uirtutem infirmi.*

Phlebotomia in aſthmate. *Si autem contingat propter retentionem menſtruorũ, uel hæmorrhoidarum, ſaphena aperiatur.*

Saphæna.

Diuerſio.

Fricatio. *Diuerſio materiæ à pulmone, & tractio uerſus exteriora, fit cum fricationibus fortibus, præcipue circa pectus cum panno aſpero.*

Ventoſæ. *Ligatura.* *Ponantur uentoſæ circa ſpatulas, & nates. Fiat ligatura fortis circa adiutoria brachiorum, & coxarum.*

Clyſtere ad idem.

Diuerſiuũ. *Reci. Camomillæ, centaurij minoris, hyſſopi, apij, calamenti, origani, ana m.ſ. aneſi, cimini, ana drac.ij. carthami unc.ſ. bulliant in.ſ.q. aquæ, ad conſumptionem tertiæ partis : & de illa decoctione accipias.q.ſ. ut unc.xy. In quibus diſſolue ſacchari rubei unc.i.ſ. hieræ picræ, hieralogodij, ana unc.ſ. olei de camomilla, unc.iij. ſalis communis, (aliàs ſalis gemmæ) drach.i. uitellum.i.oui, miſce. fiat clyſtere.*

Eductio materiæ à pectore. Eductio materiæ à pectore.

Hæc intentio perficitur ab his, quæ euacuant à pectore, & pulmone, educẽdo per uiam ſputi. Exempli gratia.

Lobochpectorale bonum. *Reci. Lobochde pino, ſanum, & expertũ, de pulmone uulpis, ana unc.i. radicum ireos, enulæ, ana drach.i. Puluerizẽtur ſubtiliter, & cũ ſyrupo de hyſſopo fiat lobocb: de quo*

de quo ſæpe in die ſumat in ore lambendo. Accidētiū.

Correctio accidentium. Correctio.

Si aduenit tuſsis fortis, recurre ad propriū capitulū. Vbi autem eſſet magna difficultas in anhelitu, ita ut uix poſſet anhelare, exhibeatur gutta una armoniaci, diſſoluti in modico oxymelitis ſimplicis. Potenter enim liberat à paroxyſmo Aſthmatis. Remedium ſimplex, expertum in aſthmate.

In aſthmate laudat Valeſcus pilulas de agarico, quibus oportet bis uti in menſe, in præſeruatione à paroxyſmis aſthmatis. Dentur autē de iſtis, ut inquit Bauerius (aliàs Guainerius) ſcrup. iiij. Ex quibus reficiātur pilulæ vij. cum ſyrupo ſtechadite. Valeſcus. Pilulæ de agarico. Bauerius. Guainerius

Electuarium Baueriȷ, expertum pro conſumptione, & exiccatione materierū in pulmone contentarum.

Reci. Pulmonis uulpis, exiccati, & ſubtiliſsime puluerizati drach. iij. radicum ireos recentium, minutiſsime tritarum drac. i. ſucci liquiritiæ ſcrup. ij. radicis enulæ drac. i. ſ. croci drach. i. rob uini, ſeu ſapæ unc. iij. uel. q. ſ. ſacchari diſſoluti cum ſapa. q. ſ. & fiat electuarium, de quo ſumat mane in aurora drach. ij. & ante cœnam per duas horas tantundem, & quando uadit dormitum. Electuariū pro pulmone, et pectore bonum. Baueriȷ.

Puluis mirabilis Baueriȷ (aliàs Guaineriȷ) in capite de aſthmate.

Reci. Boli armeniȷ drac. ij. ſubtiliſsime puluerizati. In hyeme cū uino albo, in æſtate cū uino lymphato, cū aqua plātaginis. Sitq; totū q. unc. iij. ſ. ſumat omni mane, quādo nō fecerit maſticatorium, per iiij. horas, ante prādium. Puluis Baueriȷ, aliàs Guaineriȷ ad aſthma.

ADDITAMENTA PROPRIA.

Regimē in aſthmate Manardi.

Regimen Ioannis Manardi, pro aſthmate.

COnſtante uirtute, temperatura, uictu, atq; id genus alijs conſentientibus, uere, & autumno ſecetur uena iecoraria, extrahaturq; ſanguinis quantitas, quæ præſenti medico uidebitur oportuna.

Phleboto- mia.

Vomitus.

Singulo quoq; menſe prouocetur uomitus, uel uerpo in gulam intruſo, uel eo uomitiuo, quod fit ex gentiana, & agarico in urinam recens mictam impoſitis.

Pilulæ.

Qualibet etiam ſeptimana accipiantur ſcrupuli.ij. Pilularum, quæ recipiunt. Agarici præparati partes duas, trochiſcorum albandi partem.i. reformentur cum oxymelle ſcyllitico.

Potus.

Per totum autumnum, hyemem, & uer, utatur ſingulo die unc.iij. aquæ, in qua decoctæ ſint nepita, hyſſopus, & caricæ.

Cucurbitu- latio.

Acceſſionis tempore, cucurbita magna, id eſt uentoſa, ceruici admoueatur, myrrhaq; electa in ore teneatur.

Myrrha.

Inungantur coſtæ hoc unguento.

Vnguentū.

Reci. Olei laurini, irini, ana partem unam, nitri, partis unius medietatem, miſce, & inunge.

Diæta.

Victu præterea utendum attenuante, uitādaq; omnia, quæ craſſi ſucci ſunt, & concoctui difficiliora.

Melicratū. Decoctio hyſſopi.

Et ſuper omnia, meri, & potentis cereuiſiæ potus. Melicratoq; potius utendum, in quo hyſſopus herba, uel maduerit, uel decocta ſit.

DE ANHELITVS DIFFICVLTATE ALIA PROPHILAX.

Aſthmatis cauſæ.

1 *POteſt talis difficultas prouenire, à nimia ſiccitate pectoris, & lacertorum, & diaphragmatis.*

2 Ali-

2 *Aliquãdo etiã à multa materia, effuſa ad partes pecto ris, & meatus colli, & cannæ pulmonis, aut in epigloto*

3 *Et aliquando ex debilitate muſculorum pectoris, & membrorum anhelitus.*

4 *Et aliquando ex multitudine uaporũ (aliàs uaſorum) ab humoribus eleuatorũ.* Dicit ergo Auicẽna: *Conſtrictio anhelitus aliquãdo accidit febricitanti, propter ſpaſmum, qui accidit ei in lacertis anhelitus cum ſpaſmatur, uerum uel ſolũ induratur, propter ſiccitatẽ, & traducitur: unde non poſſunt bene moueri inſtrumenta anhelitus.* Auicenna. Cauſa aſthmatis.

Cura huius eſt. Cura aſthmatis.

Cum extinctione febris, & cum regulis humectãtibus, pectus, & membra ſpirationis adfixis. Humectantia.

Fiat ergo talis inunctio. Inunctio pectoris pro aſthmate.

Rec. Butyri recentis, optimæ loti, cũ aqua uiolarum, unc. i. uel. ij. olei uiolati, cucurbitini, amygdalini dulcis ana unc. i. ſucci uiolarum, maluæ, lactucæ, & ſalicis, ana unc. ſ. mucilaginis pſilij, althææ, cytboniorũ, ana drac. i. ſ. Miſce omnia bene, & inungantur loca pectoris.

Si autem accidit per materiam ſuffocantem deſcẽdentem ad guttur, & ad epiglotum. Curatur primo cum diuerſione, ſcilicet phlebotomia diuerſim, ex uena baſilica, cum enematibus, euacuationibus, fricationibus, uentoſis circa ſtomachum, & cum gargariſmatibus habitis in Synanche. Cura Brãci deſcẽdentis ad pectus. Diuerſio. Phlebotomia. Gargariſmata, uide in capite de ſquinantia.

Si autem propter debilitatem neruorum deſcẽdentium ad inſtrumenta anhelitus. Curatur primo cum infrigidãtibus, humectantibus, & confortantibus cerebrũ, cum inunctione colli, & ſtomachi, & partium pectoris. Frigida, humida, cerebri confortatiua.

Cum humectãtibus, propriæ cum raſura cucurbitæ, & ſucco portulacæ, quæ bulliant in oleo roſato: & apponã- Inunctio colli, & ſtomachi.

 tur

tur ſandali:& fiat inunctio.

Si difficultas autē fuerit à multitudine uaporum eleuatorum ab humoribus, petentium ſpiritualia. Dicit princeps. Cura eſt in primis, tales uapores diuertere, & deflectere, cum diuerſionibus, ad partes inferiores, & uentoſis, & huiuſmodi.

Auicenna. Diuerſio. Ventoſæ.

Dando etiam mannam, uel caßiam, cum decoctione tamarindorum. Et ſimiliter dando in potu iulep uiolatum, uel roſatum, uel ſyrupum de acetoſitate citri, uel ſyrupum de bugloſſa.

Purgatio. Potiones in frigidātes. Syrupus acoris citri.

Zuccharum candidum infuſum in aqua frigida retineatur in ore. Granata dulcia, & mitia, pruna bene matura, uiridia, uel ſicca infuſa in uino.

Granata. Pruna.

Similiter aqua decoctionis ſeminum cōmuniū frigidorū.

Semina frigida.

Fiat talis decoctio.

Reci. Granorum ſebeſten numero ſex, tamarindorum drach. vi.

Decoctio in frigidās, & laxans.

Seminum communium frigidorum maiorum excorticatorum, drach. iij. Bulliant in aqua uiolarum, & bugloſſæ, ana. q. ſ.

Reci. Huius decoctionis unc. iiij. uel. v. Et adde māne unc. i. uel. i. ſ. et eſt medicina optima ſane, et ſaluberrima.

Regimē H. Eugubij in aſthmate expertum.

REGIMEN D. HIERONYMI EVGVBII pro aſthmatico facto, ex catarrho ad pectus deſtillante.

IN primis iniungatur ſibi debitum regimen in ſex rebus non naturalibus, & potißimū in aere, & in cibo, & potu. De aere igitur eſt ſummopere ſibi cauendum, ab aere ualde frigido, & potißimum flante Borea, qui uentus pectori eſt inimicus, ut patet ex duobus Aphoriſmis, tertiæ particulæ, ſcilicet. Quotidiane uerò conſtitutiones

Dieta. Aer. Ventus.

bore. e

boreales ſiquidem,&c.& alter: auſtrini flatus grauant au ditum: experientia quoque ipſa hoc euidenter docet. In *cibo uerò,& potu, abſtineat ab omnibus uaporoſis,& ca tarrhũ multiplicantibus,ſicut ſunt,caules,legumina,agru mina,aromata,uinũ potens,& alia id genus.* Fugiat quoq; *omnia acetoſa,& acria,tanquam gladium uenenatum, ca ſeum antiquum,& paſtilia non reſpiciat:uitet crapulam, quantum fieri poteſt:frixa nulla comedat, imò nec ſtet in loco ubi frixio fit:caueat fumum,& puluerem.* — *Cibus,& potus. Legumina, aromata, uinũ, acetoſa, caſeus, crapula, frixa, fumus.*

Oua ſorbilia, ſcilicet uitelli, ſunt ipſi conuenientes. — *Oua.*

Piſces item elixi, & bonæ carnes elixatæ, & uinum album dulce,non fumoſum,bene lymphatum. — *Piſces.*

In ferculis bonum eſt far,& farina,amylum,rapa,& blitum. — *Farina. Rapa.*

De medicinalibus,digeratur materia ſyrupis digeſtiuis,ut ſequitur.

Syrupus digeſtiuus.

Recip. Syrupi de liquiricia, de hyſſopo, ana drach.y. oxymelitis ſimplicis,unc.ſem.aquarũ capilli ueneris, ſca bioſæ, ungulæ caballinæ, ana unc.i. Miſce:capiat ix. uel x.diebus continuis in aurora,& dormiat ad placitum. — *Syrupus digeſtiuus in aſthmate.*

Poſt quos ſyrupos, ſi fuerit in hyeme, purgetur cum his pilulis.

Recip. Pilularum cochiarũ,de agarico Meſ.ana ſcrup. ij. Fiant pilulæ y. cum aqua ſcabioſæ,capiat circa mediam noctem,& dormiat ad lubitum. — *Pilulæ.*

Si uerò fuerit æſtas,uel uer,purgetur cum iſta medicina potabili.

Recip. Electuarij de ſebeſten ſimplicis,drach.yi.electua rij de ſebeſten ſolutiui,drac.iij.agarici præparati,drac.i. Diſſoluantur cum decoctione pectorali,fiat potio : capiat — *Potio laxatiua.*

per ho-

per horam ante diem, uel in aurora, & dormiat per horã. Qua purgatione facta, ordinetur ſibi hoc electuarium.

Miſtura pro aſthmaticis.

Recip. Penidiarum, *unc. ij. diatragacãthi, unc. i. lohoch ſani, lohoch de pino, ana unc. i. ſem. diairis, drac. xi.* Miſce *cum ſyrupo de hyſſopo, q. ſ. capiat lãbendo ſingulis horis.*

Item, *fiat ſibi inunctio pro pectore talis.*

Vnctio pectoralis.

Recip. Olei *amygdalini amari, liliacei, oeſypi humidæ ana unc. i.* Miſce, *ungatur pectus mane, & ſero ante cibũ.*

Pilulæ.

Item *ſumat ſingulo menſe ſemel, aut bis de pilulis de agarico* Meſuei, *drac. i. pro uice, fiant pilulæ nume. iij. uel v. cum aqua ſcabioſæ, capiat circa mediam noctem.*

Notio.

Conſiderandum *tamen eſt hoc, quòd ſi materia fuerit calida, quæ facit aſthma, quod tamen raró eſt, digeſtiua debent eſſe talia.*

Syrup. digeſtiuus in cã calida aſthmatis.

Recip. Syrupi *uiolati,* S. *de liquiricia,* S. *iuiubini, ana drac. v. aquarum uiolarum, capilli ueneris, ana unc. i. ſem.* Miſce: *capiat calidum in aurora, & dormiat.*

Purgatio ad idem.

Purgatio *uerò fiat cum caſia, & agarico, ut paulò ante dictum, & capiat in bolo: quod ſi bolum abhorruerit, diſſoluatur cum decocto pectorali.*

DE PLEVRITIDE, CAP. XXII.

Definitio.

Pleureſis. Definitio.

PLEVRESIS, *eſt apoſtema, quod operimento coſtas ſub inuoluenti accidit, unde uehemẽs, & acutus dolor oritur in latere, & pectoris lacertis.* Hic *incipit plerunque à coſtis, & ad furcularum aſcendit partes, eo in latere, in quo apoſtema eſt nonnunquam autem inferiora deſcendit in partes, quæ ſubſunt*

ſubſint hypochondrijs.

CAVSAE.

Cauſæ primitiuæ.

Multus potus aquæ frigidæ, frigus nimium, aut cali ditas, grandis inſufflatio ſeptentrionalis uēti poſt Auſtrum, portatio magni ponderis, caſus, & percuſsio, & ſimilia: diſcooperire ſe poſt ſudorem, uel laborem in aere frigido. — *Cauſæ primitiuæ.*

Cauſæ antecedentes.

Repletio humorum, ebullitio eorundem, retentio ſuperfluitatum exire conſuetarum. — *Cauſæ antecedentes.*

Cauſæ coniunctæ.

Sunt iam dictæ cauſæ actu facientes apoſtema. — *Cauſæ coniunctæ.*

Signa pleuritidis ueræ.

Dolor acutus, pungitiuus, febris acuta, difficultas ſpirandi, tuſsis, pulſus citus, & ſpiſſus, durus, anomalis, inæqualis inæqualitate, quæ dicitur ſerratura. — *Veræ pleuritidis ſigna*

Signa non ueræ pleureſis.

Grauitas lateris ſine tuſsi, etiam (aliàs uel) quū modica, dolor ſub diaphragmate, nihil exſcreant: loco compreſſo cum manu ſentitur dolor ad extra extenſus, tumor ad extra, ruptio, & ſaniatio exterius. — *Non ueræ pleureſis ſigna.*

Signa temporum pleuritidis.

Principium, quando accidentia ſunt parua, ita quòd prius (aliàs paruus) dolor, modica febris, nulla, uel parua tuſsis, ſputum paruum, & aquoſum: durat autem communiter per iij. uel iiij. dies, ſecundùm quantitatem materiæ, aut fortitudinem uirtutis. — *Signa tēporū pleuritidis*

Augmentum, quando ſputum incipit incraſſari, & dicta accidentia augmentantur manifeſtè, & ſputum fit rubeum, uel citrinum.

Status,

Status, quando ſputum eſt digeſtum, album, leniter, & cum facilitate emiſſum, & accidentia incipiunt minorari.

Declinatio, *quando accidentium apparet alleuiatio, & ſputum eſt maturum, digeſtum, & faciliter expulſum, & accidentia pro maiori parte ſunt remota.*

Gal. 1. criſis, cap. 7. *In laterali morbo, primò, ſputum, deinde, propter coniunctas febres, urinam inſpicere oportet. Galenus 1. criſis, cap. vij.*

Signa maturationis (aliàs permutationis) pleuritidis in empyemate.

Canon. Signa. Hip. Apho. 9. lib. 5. *Si pleuritici in xiiij. diebus non purgantur, tranſeunt in empyema, & cum hoc febris, & difficultas anhelitus, remanet, & aſperitas in lingua, & debilitas appetitus, & uigiliæ, & non adeſt alleuiatio manifeſta. Poſtquam uerò illa materia eſt conuerſa in ſaniem, febris ceſſat, ſed grauitas remanet, dolor maximè grauatiuus.*

Hip. Apho. 15. lib. 5. *Quicunque ex morbo laterali ſuppurantur, ſi in quadraginta diebus purgantur, à die, à qua fit ruptio, liberātur: ſi uerò non, ad tabem tranſeunt. Aph. 15. lib. 5.*

Signa quòd empyema mutetur in phtyſim: uide proprio capite.

APHORISMI, ET PRAESAGIA.

Præſagia. Aphoriſmi. 1 *Acceßiones uerò, & conſtitutiones, morbi indicabunt. Aphor. 12. lib. 1.*

Galenus. *Signa coctionis in pleuritide ponit Galenus in præſenti Commento.*

2 *Quando præualuerit Aquilonia tempeſtas. Aphoriſ. 5. lib. 3.*

3 *Hyeme uerò morbi laterales. Aphor. 23. lib. 3.*

4 *Qui acidum eructant, non ualde morbo laterali corripiuntur. Aphor. 33. lib. 6.*

5 *A' morbo laterali, uel pulmonio habito, alui profluuium adueniens, malum. Aphor. 16. lib. 6.*

Tentatio, ſiue cura tentatiua, ut inquit Nicolaus.

Nicolaus.

Circa curam pleuritidis, in primis, quum occurrit patiens, medicus conſiderare debet an ſit uera, uel non. Et ſi dubitat, utatur cura tentatiua, hoc modo procedendo. *Cura tẽtatiua pleuritidis.*

Primò, faciendo ſacculum talem.

Recip. Milij, furfurum, ana man. i. ſalis, man. ſem. Caleſiant in uaſe æneo, ſine aqua, deinde, ponantur in ſaccellum, & loco dolenti applicentur. *Sacculus.*

Si fuerit à uentoſitate, reſoluetur dolor, & ſic manifeſtabitur quòd non eſt uera pleureſis. *Signa nõ ueræ pleuritidis.*

Fomentatio ad idem.

Recip. Camomillæ, meliloti, aneti, ſeminis lini, fœnu græci, ana man. ſem. Fiat decoctio in aqua fluuiali, q. ſ. & cum ſpongia infuſa in prædicta decoctione, ſupra locum dolentem ponatur. *Fomentum.*

Meſueus ponit, ut trahatur materia à profundo pectoris, ad cutem cum uentoſis, & hoc eſt ualde periculoſum, quia, niſi corpus ſit ualde mundum, & cum phlebotomia, & ſolutione uentris, periculoſum eſſet trahere materiam ad locum, & faceret dolorem. *Meſueus. Ventoſæ. Phlebotomia. Ventris ſolutio.*

Lenitio uentris.

Primò, fiat hoc clyſtere lenitiuum, quod nullo modo tranſit (aliàs tranſcendit) gradum lenitionis, ne agitata materia ad locum currat. *Clyſtere lenitiuum.*

Clyſtere ad idem.

Recip. Maluæ, blitis, uiolarum, hordei excorticati, ana man. i. Fiat decoctio in ſ. q. aquæ: de colatura recip. unc. xy. in quibus diſſolue caſſiæ, ſacchari rubei, ana unc. i. olei uiolati, *Clyſtere.*

uiolati, unc. iij. ſalis communis (aliàs ſalis gemmæ) drac. ij. uitellum i. oui. Miſce, fiat clyſtere.

Phlebotomia baſilicæ. *Secundùm communem uſum in principio, extantibus conditionibus requiſitis ad phlebotomiam, phlebotometur baſilica lateris oppoſiti, & extrahatur quantitas ſanguinis ſecundùm tenorem uirtutis, & repletionis.*

Secundatio phlebotomiæ *Deinde, ubi ægritudo continuat uſque ad quartum diem, & accidentia, & ſigna excreſcãt, fiat phlebotomia ſecundo ex baſilica eiuſdem lateris, quia hæc ſecunda uenæ ſectio eſt tantùm euacuatiua, & non diuerſiua: in aliquibus tamen caſibus incipiendum eſt à ſaphæna.* *Saphæna.*

Quando ſaphæna debeat phlebotomari. *Primò, quando apparet maxima repletio totius corporis. Secundò, quando materia eſſet multum corrupta, uel uenenoſa, ut trahatur ad partes magis remotas. Tertiò, ubi materia raperetur ad ſuperiora uerſus cerebrum, & cor. Quartò, ſi cõtingat alicui pleuritis ex retentione ſanguinis hæmorrhoidalis, aut menſtrualis in muliere. Fiat phlebotomia ſaphænæ à principio, obſeruando Canonem quarta primi, cap. i. (aliàs canone 41. cap. 1.)* *Auic. 4. primi, cap. 1.*

Cura. *Cum retentio alicuius euacuationis cõſuetæ facit poſſidere aliquam ægritudinem, tunc reuerſio illius euacuationis eſt cura.*

Phlebotomia *Vbi autem non occurrunt hij caſus, dimittatur phlebotomia ſaphænæ, & fiat in principio de baſilica, ut dictum eſt.*

Materiæ minoratiua. *Vbi autem facta phlebotomia humor alius à ſanguine abundaret, nec educibilis eſſet cum ſanguine, tunc dolore præcipuè tendente ad inferiora, debemus exhibere pharmacum pro minoratione materiæ, & quia utplurimum de facto eſt hoc, quòd humor eſt cholera miſta cum ſanguine, ideò intentio eſt euacuare choleram, & præcipuè ſuperabundantem* *Cholera.*

abundantem ſanguinem.

Sed ſolutiuum cuiuſcunque humoris in pleureſi, debet habere iſtas conditiones: quòd ſit primò lenitiuum, & nõ ſolutiuum forte, quia agitaretur materia, & augmentaretur apoſthema, & ideo ſcammoniata non conueniunt. Quare Auicenna prohibuit myrobalanos, & ſcammonium: unde medicina debet eſſe purè lenitiua. Sit ergo medicina talis euacuans choleram leniendo. Solutiua hũorũ in pleuritide qualia eſſe debeant. Scãmoniata. Auicenna. Myrobalani.

Recip. *Paſſularum enucleatarum, drac. x. liquiriciæ raſæ, unc. ſem. iuiubarum, num. x. ſebeſten, nume. viij. uiolarum, drac. i. hordei excorticati, man. ſem.* Bulliant *hæc omnia in ſ. q. aquæ fluuialis: & de colatura recip. q. ſ. ad diſſoluendum, caſiæ pinguis optimæ nouiter cannis exemptæ, drac. x. ſyrupi uiolati, unc. ſem.* Miſce. Pro *delicatis, & nobilibus, loco caſiæ, detur unc. ſem. (aliàs unc. i. ſem.) mannæ optimæ.* Choleræ euacuatiuũ potus

Alia medicina.

Recip. *Caſiæ pinguis nouiter extractæ, unc. ſem. diaphœniconis, ſcrup. iij.* Di*ſſolue cum decocto pectorali, q. ſ. & exbibe ut ſupra.* Ru*ſticis potes dare de diaphœnico drach. i. ſem.* Potus ad idẽ. Canon.

Sunt quidam, qui nullo modo concedunt rhæobarbarum, propter ſtypticitatem: Gordonius *autem cõcedit, & dicit, quòd relinquat ueſtigium ſtypticitatis, & prohibeat fluxum uentris fieri, qui in hac ægritudine conſuetus eſt fluere, tamen nos poſſumus uti rhæobarbarico in apobregmate, uel diluto aquæ uiolaceæ, * ſin uino meraco, & conficere medicinam, ut ego.* Vnde *illi, qui dicunt, quòd non ſit exhibendum rhæobarbarum: uerùm eſt in ſubſtantia: qui dicunt eſſe dandum, dicunt illi, in infuſione, ut dictum eſt.* Rhæobarbarum. Gordon. de rhæobarbaro Infuſio rhæobarbari. * Aliàs ſine. Vinum.

DIGESTIO.

Canon. SAnguine exiſtente cholerico, exhibeatur ſequens digeſtiuum.

Digeſtiuum in pleureſi. Recip. Aquæ decoctionis hordei, iuiubarum, & ſebeſten, ana unc.i. ſyrupi uiolati, iuiubini, ana drach.yi. Miſce, fiat ſyrupus.

Aliud ad idem.

Aliud digeſtiuum. Recip. Syrupi uiolati, iuiubini, ana drac.yi. aquæ ungulæ caballinæ, uiolarum, bugloſſæ, ana unc.i. Miſce.

Quòd ſi cholera ſit craſſa, detur hoc digeſtiuum.

Digeſtiuum choleræ craſſæ. Recip. Syrupi de liquiricia, uiolati, mellis roſati colati, ana unc.ſem. aquæ capilli ueneris, ungulæ caballinæ, uiolarum, ana unc.i. Miſce.

Vnctio digeſtiua ad idem.

Vnctio digeſtiua. Recip. Olei uiolati, amygdalini dulcis, ana unc.ij. Infundantur peciæ in hoc oleo tepido, & ponantur ſuper locum dolentem.

Euacuatio eradicatiua cauſæ antecedentis. Euacuatio eradicatiua cauſæ antecedentis.

Digeſta materia: quod cognoſcitur ex urina bene conditionata: compleatur quarta intentio, quæ eſt euacuatio extirpatiua, quæ completur, aut cum phlebotomia, aut cum pharmaco. Cum phlebotomia, ſi urget neceſſitas, fiat ſectio uenæ poſt quartum diem de baſilica eiuſdem lateris, & extrahatur quantitas ſanguinis, ſecundùm tenorem uirtutis, & repletionis.

Euacuatio duplex. Phlebotomia baſilicæ.

Euacuatio per pharmacum. Vbi autem neceſſaria eſt euacuatio eradicatiua, poſt phlebotomiam per unum diem detur hæc medicina eradicatiua, & primò, pro nobilibus.

Infuſio rhæobarbæ pro pleurit. eradic. Recip. Violarum, capillorum ueneris, bugloſſæ, ana man.ſem. paſſularum enucleatarum, liquiritiæ raſæ, ana unc.ſem. ſebeſten, nume.yiij. uel iiij. iuiubarum, nume.x.

hordei excorticati.m.ſ.Fiat decoctio ſecundum artem,de
qua reci.q.ſ.ad diſſoluendum,mannæ electæ, granatæ,uel
caſſiæ pinguis, nouiter extractæ drach.x. rhæobarbarici
optimi,& electi drach.i.ſ. ſpicæ grana.v.diaphæniconis
drach.ſ.rhæobarbarum cum ſpica infundatur in aqua uio
lata,& ſine uino.q.ſ.pro ſui imbibitione,per ſeptē horas.
Deinde fiat fortis expreſſio rhæibarbarici,quæ cum reli=
quis diſſoluatur, & fiat potus, cui adde ſyrupi uiolati
unc.ſ.Exhibeatur ut dictum eſt.Et in hoc caſu non eſt ne= Lauatiuū.
ceſſarium lauatiuum.

Pro tenuioris fortunæ hominibus ad idē.

Reci. Caſſiæ optimæ pinguis unc.i.diaphæniconis dra. Pro paupe=
i.ſcrup.ij.diſſolue cū decocto pectorali.q.ſ.& fiat potus, ribus ad idē
qui dulcoretur cū unc.ſ.ſyrupi uiolacei,& propinetur. potio.

Mundificatio pectoris.

Euacuatio materiæ cōiunctæ à pectore, perficitur pri Iulapium.
mo exhibendo hoc iulapiū,longe pluries in die, quod mun
dificat pectus facilitando ſputum.

Reci. Liquiriciæ raſæ,hordei excorticati, ana unc.ſ. Iulep ad mū
ſebeſten unc.i.iuiubarū unc.ij. uiolarum.m.ſ. penidiarū, dificandum
ſacchari candi,tragacanthi,ana unc.ſ.(aliàs ana obmit= pectus opti
titur.) Succi apyrenorum unc.ſ.aquæ uiolaceæ lib.iiij.In mum.
cidenda incidantur,& in prædictis aquis, & ſuccis bul=
liant ad conſumptionem tertiæ partis,deinde colentur,&
colaturam uſui reſerua,& exhibeatur ut dictum eſt.

Notio aphoriſtica.

Si ad clauiculam dolor pertingat uenæ ſectione,ſi ue= Canon.
rò ad alia purgatione curatur, Apho. 5 .lib. 6.

Aliud iulep ad idem.

Reci. Aquæ ungulæ caballinæ,uiolarū,ſeminum cōmu Iulep ad
nium frig.ana lib.i.iulep uiolacei unc.vi. ſyrupi iuiubini idem.

unc.iiij.miſce,& bene agitētur in fictili cruſtato,ſeu uaſe uitreo,& de iſto exhibeatur,ut de præcedenti.

Ad idem electuarium.

Electuariū in pleureſi. Reci. *Lohoch de pino,diatragacanti frigidi,ſacchari uiolati,ana unc.i.miſce cum ſyrupo iuiubino, & fiat electuarium,de quo ſæpe ſumat lambendo.*

Canon. *Vbi autem materia eſſet aliqualiter uiſcoſa, fiat electuarium iſtud,cum oxymelite ſimplici.*

Vnctio ad idem reſolutiua, & facilitatiua ſputi.

Vnctio. Recip. *Olei anethini, amygdalini dulcis, uiolati, ana drac.vi.butyri recentis ſine ſale, pinguedinis anatis, ana unc.i.croci grana.iij.ceræ parum,fiat unguentum molle pro pectore,& ungatur pectus,& locus dolens, cum hoc aliqualiter calido.*

Vbi autem dolor inualeſceret,& accidētia forent intenſa,cum difficultate ſpiritus, & ægre ſpuendi, fiat hoc emplaſtrum.

Emplaſtrū. Reci. *Radicum altheæ, maluarum,foliorum uiolarum, camomillæ,meliloti,anethi,ana.m.ſ.farinæ hordei,ſeminis lini,ana unc.ij.radices inſcidantur,& cum prædictis herbis bulliant in.ſ.q.aquæ,ad perfectam decoctionē,deinde piſtentur in mortario,& addantur farinæ prædictæ, & cum prædicto oleo,& decocto,ſcilicet oleo uiolato,& amygdalino dulci.q.ſ.ad impinguādum,fiat emplaſtrum. Quod extendatur ſuper petiam, & calidum loco dolenti apponatur. Et cum hoc cataplaſma ſupra locum ceperit tepefieri,remoueatur,& de nouo apponatur.*

Correctio accidentium.

Accidentiū correctio. *Pro cura iſtorum recurre ad propria capitula. Sunt autem illa, inſtantia uigiliarum, ſomnus profundus, ſitis uehemens,*

uehemens, phrenitis, fluxus ſanguinis narium, & profluuium alui.

DIAETA.

AEr habitationis declinet potius ad calidum, quàm frigidum, quia caliditas aeris iuuat ad euaporationem materiarum, frigidus uerò compingit (alias conſtringit) materiam. Declinet etiam aliqualiter ad humidum, & ſit clarus, non fumoſus, nec multum in qualitatibus actiuis alteratus. Aer qualis.

Somnus ſit nocturnus ſex, uel ſeptē horarum, & ſi non dormiret noctu, dormiat in die per .i. uel .ij. horas poſt cibum prandij, & dormiat capite eleuato.

Potius debet quieſcere, quàm agitare corpus, quia quiete maturantur humores, & præcipuè calidi. Quies.

Habeat euacuationes naturales omni die. Caueat irā, ſolicitudinem, anguſtiam, & alias animi perturbationes, facientes ebullitionem in humoribus. Euacuatio. Animi accidentia.

Aegritudine exiſtente acuta, & accidentibus ſæuis & horribilibus, & cauſa multum infeſtante, debemus ſubtiliſsime diætare, more conſueto iuxta placita medicorum authenticorum. Diæta. Medici authentici.

Potus ſit, aqua ſacchari, &c. Potus.

Canon.

Omnino intētio medici eſt prohibere ſuppurationē. Canon.

ADDITAMENTA PROPRIA.

VERAE PLEVRITIDIS CVRA.

DEtur drach. i. pulueris uiſci quercini, cum uino. Item aqua cardui benedicti, æque ualet. Veræ pleuritidis cura

Potus ad idem.

Reci. Aquæ deſtillatæ ex herba, et radice pampinellæ, aquæ acetoſæ, aquæ prunellarū, cū radicibus deſtillatarū, Potus.

ana unc.iij.miſce pro potu,detur omni mane,&c.

Vnctio ad pleuritidem,& ad pectus.

Vnctio pectoralis, & pleuretica. Reci. *Pinguedinis anatis, gallinæ, ana unc.i.ſ. butyri recentis unc.i. croci drach.i. olei uiolarum unc.ij. ceræ albæ unc.ﬁij.fiat unguentum molle.*

Emplaſtrum ad idem.

Ad idē emplaſtrum. Reci. *Ruthæ.m.iij.decoquatur in aceto,& apponatur in modum emplaſtri.*

Primitus propinetur apozemaa paſſularū(facta prius competenti uenæ ſectione) calide mane, & ſero, hauſtus unus,cum diamannæ, electuarij lenitiui,ana drach.iij. Et confectionis Hamech drach.i.colliquatum.

Eſt autem paſſulatum tale.

Paſſulatū. Reci. *Paſſularum mundatarum unc.i.caricarū, nume. yi.iuiubarum,ſebeſten,ana numer.yiij. florum uiolarum, capilli ueneris,bethonicæ,ſcolopendriæ,ana.m.ſ.liquiriciæ raſæ unc.i. ſeminum aneſi,fœniculi, ana drac.i. foliorum ſenæ,polypodij,ana unc.ij.ſ.radicum ireos unc.i. thurbith electi unc.ſe. zinziberis drach.i. Fiat omnium decoctio in aqua ſimplici.q.ſ.ad conſumptionē tertiæ partis, ſyrupizetur cum zucchаro,ſyrupo de liquiricia, & melle roſato colato.q.ſ.*

Syrupus in pleuritide.

Syrupus cōtra pleuriſim. Reci. *Aquæ fontis lib.iiij.florum uiolarum unc.ij.ſ.liquiriciæ raſæ, papaueris albi,ana unc.ſ.ſeminis cithoniorum,maluæ mundatæ,ſeminis bombacis,medullæ ſeminis, melonum,citrulli,cucurbitæ,cucumeris,portulacæ,dragacanti,gummi Arabici,ana unc.iij.*

Omnia optime terantur,& in prædicta aqua bulliant, ad conſumptionem medietatis, deinde colentur, & cum ſaccharo albo,fiat potus clarificatus.

Potus in pleuritide expertus.

Exhibeatur ſemilibra,(ſi grauior morbus eſt) ſin minus, ſolum unc.i.aut altera olei linini puri, calide, cum tanto puluere raſuræ dentis aprini, quantus ſuper marcellinum nummum manere poteſt. Potus ad idẽ expertus.

Potus ad idem.

Reci. *Bedeguar, ſiue cardui ſanctæ Mariæ, & ſaluiæ minoris, ana.m.i.bulliant in.ſ.q. aquæ fontanæ, ad conſumptionem medietatis,colatum condulcetur cum ſyrupo de ſcabioſa,quod ſatis eſt.Hac ipſa potione ego multos cu raui,præmiſſis tamen uniuerſalibus, iuxta canonem.* Potus.

Potus alius ad idem.

Reci. *Aquarũ ſaluiæ,ruthæ,lauãdulæ, ana quartale.ſ. miſce,dentur unc.iij.pro uice,calide, in quibus theriacæ magnæ,& mithridatici,ana drac.ſ.diſſoluta ſit.*

PLEVRESIS NON VERAE CVRA.

F*iat emplaſtrum ex maſſa ficulnea,trita cum chamæmalino,uel crinino oleo, uel axungia porcina calide applicatum.*Dolorem etiam lateralem *ſedat, poſt uenam ſectam, cataplaſma ex farina radicũ altheæ, fœnigræci. & linoſpermatis,ana unc.i.cum butyro, uel cremore lactis,ſimul modicum coctis,paratum.* Emplaſtrũ. Cataplaſma

Item ſupponatur tepide lana ſuccida,cum dialthæa,& butyro imbuta. Emplaſtrũ.

Diapenſia,& rutha,cũ alchimilla, calide cataplaſmata,cum aceto,præſentaneum pleureticum eſt. Cataplaſma

Potus ad idem.

Puluis item oculorum cancrorum, cum aqua foliorum perſici bibitus, ad idem ualet. Vel detur cum diſtillatione arceuthidum. Potus.

Vnctio cum calido oleo nardino, addito croci exiguo Vnguentũ.

facta, ad idem efficax remedium eſt.

DE PERIPNEVMONIA, CAP. XXIII.

Definitio.

Galenus li-bro defini-tionū, & li. 2. Method. med.

PERIPNEVMONIA *ſecundum Galenum, eſt inflammatio pulmonis, cū febre acuta, & difficultate ſpirandi.*

Notiones circa idem.

Canones. Iſidorus.

A pleureſi ad pulmonem nunc ueniēdum eſt. Ex *quo uehemēs, & acutus morbus oritur: quem peripneumaticon Græci uocant.* Iſidorus *autem peripleumonian maluit appellare.*

Eius hæc conditio eſt: pulmo totus afficitur. Hunc caſum eius ſubſequitur tuſsis, bilem, uel pus trahens, præcordiorū, totiusq́; corporis grauitas, ſpiritus difficultas, magnæ febres, continua uigilia, cibi faſtidium, tabes, id genus morbi plus periculi, quàm doloris habet.

Phlebotomia.

Oportet ſi ualde, uel ſatis ualidæ uires ſunt, ſanguinem mittere: ſi minores, cucurbitulas ſine ferro præcordijs admouere.

Cucurbitulæ.

Hali. Abbas peripneumonia quid & eius cauſæ.

Haly. Abbas ait: peripneumonia apoſtema eſt calidū, quod in pulmone naſcitur. Et *apoſtema hoc aliquando ex materia fit ſanguinea, aut cholera, quæ ad pulmonem decurrit.* Et *nonnunquam catarrhi fit cauſa, fluxusq́; eius à capite.* Et *quandoq; iugulationis cauſa, & pleureſis, aliarumq́; pectoris paſsionum, quum ad pulmonē transfertur materia propter confinitatem. Quādo etenim pulmo debilis eſt, quæ ab his purgantur membris, ipſe ſuſcipit.*

Peripneumoniæ ſigna.

Huius paſsionis ſigna: febris eſt continua, & moleſta tuſsis, ſpiritus arctatio grauis, dolor, & grauitas in pectoris ante-

ris anterioribus, genarum rubor, & oculorũ, eorumq́; re=pletio uenarum, palpebrarũ tumor, ſentit in facie patiẽs ardorem, ſitim nimiam, linguæ deſiccationem, & aeris frigidi deſiderat reſpirationem.

APHORISMI.

A Coſtali pulmonia : malo eſt. Aphor. ii. lib. 7. A' pulmonia delirium, itidem malo eſt. Ibidem. Aphoriſmo. 12. — Aphoriſmi Hippocratici.

CAVSAE.

Cauſa primitiua.

VErſatur in rationabili inueſtigatione. — Cauſa primitiua.

Coniuncta cauſa.

Sunt humores ibi coarctati, & putrefacti, & quamuis hoc ex diuerſis poſſet fieri humoribus, tamen frequens fit à phlegmate (Galenus dicit eſſe phlegmonem) craſſo, ſicut pleuritis fit (aliàs ferè) à cholera ſubtili, & humore ſubtili. — Cauſa coniuncta.

Cauſæ antecedentes.

Poſſunt eſſe pleuritis, ſynanche, catarrhus, uel materia, ab alia (aliàs aliqua) corporis parte, ad pulmonem tranſmiſſa. — Cauſæ antecedentes.

SIGNA.

VIde Galenum in libro. 5. cap. 2. de locis affectis. Et Auicennam capite proprio : ubi dat ſigna peripneumoniæ calidæ. — Signa. Galenus de locis affec.

Signa permutationis eius ad empyema ſunt : quia nec febris, nec calor diminutus, & ſimilia, quæ in mutatione pleuritidis ad empyema, apparent, uel contingunt. — Empyema.

PROGNOSTICATIO.

1 *CVm peripneumonia accidit adoleſcẽtibus uſq́; ad xxv. annum, pernitioſa eſt, & uix euadunt.* — Prognoſticatio.

2 *Fœminis poſt xxv. annum peripneumonia non naſci-*

tur:quod ſi tamen accidit, non eſt periculoſa adeo:imo fa cilius curatur.

3 Peripneumonia facta à cholera rubea, peßima, & mortalis.

4 Quando peripneumonicis accidunt exituræ apud mã millas, uel ea quæ ſequũtur ad eas, & aperiuntur puſtulæ (aliàs fiſtulæ) euadunt.

5 Et ſimiliter quando accidunt exituræ in crure, ſunt laudabilia ſigna.

6 Quando permutatur ad pleureſim, raro alleuiantur, & conſtringitur anhelitus, & accidit (aduenit) punctio, & à pulmonis inflãmatione phrenitis malum. Apho. 12. lib. 7. & Aphor. in pleuritide ſupra, &c.

Cura peri-pneumõiæ. *Emplaſtra mundificã-tia.* *Accubitus.* *Reſupina-tio.* Cum ſputum magis uehemens ſit, & ſit in cura peripneumoniæ, curatur cura pleuritidis, niſi quod oportet ut emplaſtra ipſius ſint fortiora, & ut ponantur in eis, quæ ſunt profundantia (aliàs mundificantia) & oportet ut ſit ſolicitudo ad mundificandum, cum difficilius expuant, & ſit in loco iacendi ſuper partem ſpuendi, reſupinatio declinet uerſus illam partem.

Cura peri-pneumoniæ à flaua bile frigida. *Potiones infrigidãtes.* Si ſit de genere choleræ rubeæ, cura eſt difficilis, nam ſi aliquid confert, eſt extinctio ultima, cum ſuccis uehementis frigiditatis, ſicut oleorum frigidorum, bolerum, herbarum, & fructuum, & dentur infrigidantia, lenificãtia, ſicut ſyrupus endiuiæ, aqua ſolatri, aqua ſeminũ communium frigidorum, mucilago pſilij, & his ſimilia.

Auicenna. *Phlebotomia.* *Canon.* Auicenna dicit. Cui accidit peripneumonia ex pleureſi (aliàs plenitudine) uel alia ægritudine, quam prius habuerit, fiat phlebotomia: ſin minus, obmittatur propter nature debilitatem.

Emplaſtra. Emplaſtra, & unguenta in peripneumonia debẽt poni ſupra

ſupra pectus, ante, & retrò, ſupra dorſum: in pleuritico uerò, magis ſuper latera.

Medicinæ pulmonis debent exhiberi in forma liquida. Electuaria.
Et penetrantia, non debent eſſe in nimis magna quãtitate. Canon.
Et ſimiliter euacuationes, & pharmaca, & phlebotomia debent fieri in parte inferiori, ut trahatur materia ad partes eaſdem. Obſeruatio.

In pleuritide uerò, fiat ſuperius: materia enim ibi educitur per os, uel uiam ſputi. Regula.

CVRA.

Succus ireos educit, & euacuat materiam à pulmone, & pectore. Cura peripneumoniæ.

Reci. Succi ireos, unc. ij. aquæ mellis, unc. i. ſem. Miſce. Succus ireos

Aliqui porrigũt puluerem arſenici: à cuius uſu te peramicè dehortor: eſt enim perniciale. Arſenicum.

Si opus ſit lenificatione uẽtris, utatur eiuſmodi ſyrupo. Canon.

Recip. Caſſiæ pinguis, paſſularum enucleatarum, ana unc. ij. Diſſoluantur in decoctione pectorali, q. ſ. Syrupus uentris ſolutiuus

Quòd ſi natura per ſe nimium fuerit fluida, reſtringatur cum rob myrtheo, & cydonijs aſſatis. Reſtrictiua.

Bonum eſt etiam illis educere choleram, cum ſyracoſt, tamarindis, & tereniabin. Choleræ eductiua.

ADDITAMENTA PROPRIA.

Regimen ad aſthma, & putrefactionem pulmonis, uel hepatis.

Potio.

Cura aſthmatis, peripneumoniæ, & hepatis putrefactionis.

Recip. Gentianæ, zedoariæ albæ, galangij, pampinellæ, ana drach. i. uel plus.

Incidantur minutim, & ponantur in cantharum, & ſuperfuſo optimo uino, macerentur, uel decoquantur. Doſis, cochlearia bina, ſeu terna pro uice ſummo mane. Potus.

Galenus

Gal. 7. trac. Myamir, ca pi. 3. — *Galenus præcipuum curationis ſcopum in hac ægritudine putat eſſe, deſtructionem, & conſumptionem abundãtiæ humiditatis, quæ ſit cauſa morbi illius.*

Somnus. — *Præcipit etiam, ut cubẽt ſublimius, & lectum ſibi præparent ægrotantes in ſuperioribus particulis, quibus accumbit thorax, eleuatum magis, ne ſuffocentur inter dormiendum, & ne fiat anguſtatio ſtrangulatiua, propter humidum aggregatum inter thoracem, & pulmonem.*

Inciſiua. — *Et dicit, quòd aſthmaticis competant pharmaca, quæ incidũt abſq; calefactione forti: & quòd propterea maximè ipſos iuuet* Oxyſcyllite. *oxyſcyllite, hoc eſt, acetum ſcylliticum.*

Canones.

Obſeruationes. — *1 Cauẽdum tamen illis à nimiũ calorificis aromatibus.*

2 Itidem ab exceßiuè refrigerãtibus: incraſſant enim uniuerſos humores, & denſant, & difficulter abiectibiles faciunt.

3 Abſtinendum etiam illis à ſtypticantibus pharmacis, ſiquidem ea cõtrariißima ſunt in hac affectione cõſtitutis.

Miſtura pro peripneumoniacis.

Miſtura pro peripneumonia. — Recip. *Lobocb de pino, de pulmone uulpis, ad aſthma, ana unc. i. electuarij de ſeminibus frigidi, drac. iij. conſeruæ uiolaceæ, bugloſſatæ, boraginatæ, ana unc. ſem. cum ſyrupo de ſcabioſa, uel altereniabin, q. ſ.* Fiat *miſtura.*

Tragæa pro pulmonarijs.

Tragæa pro pulmonarijs — Recip. *Pulmonariæ, man. i. piperis, ſaluiæ minoris, hyſſopi, ana man. ſem. polypodij, liquiriciæ, ana unc. i. ſem. ſeminum fœniculi, aneſi, coriandri, ana drac. ij ſem. dyptami, zedoariæ, ana unc. ſem. cinnamomi electi, galangij, calami aromatitis, ana drac. iij.* Fiat *tragæa cum ſaccharo taberzetb, uel candi craßiuſculè puluerato.* Vel *cum ſ. q. ſucci fauorum fiat eclegma.* — Eclegma ad idem.

Potus.

Potus.

· *Vinum etiam decoctionis daphnidum, & foliorum hyſſopi ieiunè bibitum, pneumonicis mirè prodeſt.* Potio.

DE HAEMAPTAEA, ID EST, SPVTO SANGVINIS, CAP. XXIIII.

Definitio.

HAEMAPTAEA *eſt reiectio cruenta, aliquando ex hypiſphaſmate, ſeu ruptione uenæ, uel uiſcerū læſione, aut putrefactione, uel repletione ſanguinolenta proueniens.* Hæmaptæa.

Cauſæ primitiuæ.

Sunt ictus, caſus, percuſſio ſuper pectus, pulmonem, & hepar, ſanguiſuga pectori, uel gutturi adhærens, nimium frigus conſtringens, aut caliditas diſſoluens, & humiditas uenas mollificans. Cauſæ primitiuæ.

Loca autem, quibus ſanguis uenit, ſunt os, & pulmonis canna: os, ſimpliciter ſpuendo, cāna autem pulmonis, cum exit ſanguis ſpumoſus, ſine tuſſi, uel pauca tuſſi, ſed cum raſicatione forti, & dolore in loco. Loci, quibus ſāguis uenit. Canna pulmonis.

Si à meri, uel ſtomacho, exit cum uomitu. A' ſtomacho

Si ab hepate, dolor in hypochondrio dextro ſentitur. Ab hepate.

Si à pulmone, ſanguis ſpumoſus, ſine dolore, remiſſior. Pulmonis quidem particulæ ſimul eijciuntur, eo modo, quo pus in ſuppuratis. A' pulmone

Si à thorace, ſanguis nō eſt multus, nec rubeus, ſed nigricans, grumoſus, cum tuſſi, & cum dolore. A' thorace.

Si à faucibus, & gurgulione, cum exſcreatu. Vide Galenum lib. 4. cap. 5. de locis affectis. A' faucibus. A' gurguliōe

Si à ce-

A' cerebro. Si à cerebro, cũ tuſsi, ut uult Galenus loco iã iam citato.
A' ſanguinis multitudine. Si à multitudine ſanguinis, arguitur homo plectoricus.
Ab acuitate ſanguinis. Si ab acuitate, ſanguis eſt calidus, acutus, homo eſt cõmuniter macer, & cum rubore, ac citrinitate in facie.

Præſagia, et Aphoriſmi.

PRAESAGIA, ET APHORISMI.

1 SAnguis exiens à pulmone moleſtus, & difficilis curæ, quamuis multi medici diſperent ſanare ulcera, & uulnera pulmonis, ſi tamen fuerint recentia, uſque ad diem tertium non eſt deſperandum.

2 Et ſi hæmoptica paſsio propter ulcus antiquũ ſit incurabilis, nõ tamen ſtatim mors imminet, ſed tempore lõgo durat, maximè quando adeſt (aliàs non adeſt) febris.

3 Sputum ſanguinis ſuccedens ſputo ſaniei, ſignificat ulcus pulmonis.

4 Sputum ſanguinis à pulmone magis timendum eſt, eo quòd à pectore uenit.

5 Cui accidit ſputũ ſanguinis, paratus eſt ad phtyſim.

6 Sãguinis fluxus cum uomitu, ſi adeſt febris, mortalis.

7 Sanguis exiens cum parua quantitate, à ſubſtantia pulmonis, carnis, uel à conquaſſatione, uel reſudatione uenarum eius, eſt deterior, quàm ſi exeat à uena fiſſa, uel ſciſſa, uel rupta in eo.

APHORISMI.

1 ADoleſcentibus ſænguinis quidem ſupra qualiſcũque fuerit, malum: infra autem nigra deiecta, bonum eſt. Aphor. 25. lib. 4.

2 Excretiones in febribus non intermittentibus. Aphoriſ. 47. lib. 4.

3 Quicunque ſpumoſum ſanguinem expuunt, his è pulmone eductio fit. Aphor. 13. lib. 5.

4 Caput dolenti, & circundolenti, pus, uel aqua, uel ſanguis

guis effluens per nares, aut os, aut aures morbum ſoluit. Aphor. 10. *lib.* 6.

5 A *ſanguinis ſputo, puris ſputum.* Aphor. 15. *lib.* 7.

6 Iuuenibus *autem ſanguinis ſpuitiones, tabes, febres acutæ, &c.* Aphor. 29. *lib.* 3.

7 *Quicunque euomunt ſanguinem, ſi ſine febre quidem, ſalutare: ſi uerò cum febre, malum. Curare uerò aſtringentibus, & refrigerantibus.* Aphor. 37. *lib.* 7.

8 *Quibus in febribus ſanguinis fluxerit multitudo.* Aphor. 27. *lib*4.

MINORATIO.

Minoratio, ſeu diuerſio circa curam ſputi ſanguinis prouenientis à pectore, & pulmone ex ruptura uenæ. Primò, *fiant diuerſiones, cum euacuatione, & ſine euacuatione: cum euacuatione, ut phlebotomia.* Fiat *ergo ex baſilica lateris dextri, exhauriantur unciæ y. ſanguinis. ubi ruptura uenæ fit à ſanguine acuto, & cholerico: ſin eſſet à multitudine ſanguinis, tunc hauriantur unciæ yi. uel yij.* Minoratio. Diuerſio. Diuerſio duplex. Baſilica. Phlebotomia

Deinde *fiant ligaturæ in adiutorio brachiorum, & coxarum.* Ligaturæ.

Poſt, *ponantur uentoſæ circa nates, cũ ſcarificatione.* Ventoſæ.

DIGESTIO.

Digeſtio adæquatur ſanguini, qui eſt ſubtilis, cholericus, cum digeſtiuis appropriatis. Digeſtio.

Recip. *Syrupi myrthini, uiolati, ana drac. yi. aquarum plantaginis, endiuiæ, ana unc. ſem. uel unc. i. ſem.* Miſce: *detr mane per horam ante diem.* Potus digeſtiuus.

Lohoch ad idem.

Recip. *Lohoch de portulaca, unc. i. ſem. diatragacanthi frigidi, unc. ſem.* Miſce, *fiat lohoch: ſumat lambendo ad* Lohoch.

conſtrin-

conſtringendum ſanguinem.

Ad idem epythema.

Epythema. Recip. *Sandali rubei, albi, myrtillorum, ſumachij, hypoquiſtidos, ana unc. ſem. Fiat puluis ſubtilis, & diſſoluatur cum aqua roſarum, & oleo roſarum, ita quòd aqua roſarum ſit quadrupla ad oleum roſaceum, deinde infundantur peciæ lineæ, applicentur pectori.*

Pilulæ ad idem expertæ.

Pilulæ. Recip. *Pilul. de cynogloſſa, ſcrup. i. gra. iiij. fiant pilulæ iij. Detur una cubitũ eunti, nam ſiſtit, & incraſſat ſanguinem, imò omnem materiam catarrhalem remouet.*

Pilulæ ad idem.

Pilulæ. Recip. *Trochiſcorum de carabe, de terra ſigillata, ana drac. ſem. Fiant pilulæ vi. cum ſucco plantaginis, exhibeantur iij. mane ante diem per horam.*

Et quia ſolent iſtæ rupturæ uenæ ſæpius procedere à materia ſubtili, catarrhali, deſcẽdente à capite ad pectus, ponatur ſupra cõmiſſuram coronalem capitis puluis iſte.

Puluis. Recip. *Corticum thuris, maſtyches, roſarum rubearũ, myrtillorum, coralliorum rubeorum, ana drac. ſem. ſtæchadis Arabi. ſcrup. ij. Fiat puluis, apponatur ſero capiti, ut dictum eſt.*

Portulaca. *Portulaca ſecundùm omnem modum adminiſtrata, cõfert ſputo ſanguinis, ipſam maſticando, & in ore tenẽdo.*

Formulæ conuenientes in ore tenendæ, ſi fuerit ſputum à catarrho.

Confectio. Recip. *Amygdalarum dulcium, amyli, ana drac. i. ſem. dragacanthi, drach. ſem. gummi arabici, boli armenij, ana drac. ſem. ſeminis plantaginis, portulacæ, papaueris albi, ana ſcrup. i. Puluerizentur omnia ſubtiliter, & cũ zucharo taberzeth diſſoluto in aqua plantaginis, fiat con-*

ſectio

fectio ſolida in rotulis,quarum quælibet ſit drac.iij.& de iſtis teneatur in ore ſero,mane,& ferè omni hora.

EVACVATIO.

FActa digeſtione per ſyrupum,detur medicina mundificatiua ſanguinis à cholera. Euacuatio.

Recip.Rhæobarbari electi,drac.i.ſcrup.i.caſiæ optimæ pinguis,unc.i. Diſſoluantur in aqua plantaginis, & fiat potus: cui adde,ſyrupi de myrto,unc.i. & exhibeatur mane,ut dictum eſt. Potus.

DIAETA.

REgimen in uita ſit tale,quòd tēdat ad frigidum,& humidum parum,uel ſiccum. Diæta.

Vnde aer non ſit calidus,ſed frigidus moderatè,& humidus incraſſans ſanguinem. Aer.

Cibaria ſint alterata ad frigidum, & humidum: unde circa primos dies dimittat carnes,& uinum. Fiant fercula ex milio,panico,& oryza pauca,ſiue amygdalis: & fiant iſta in brodio facto de extremitate uitulorū,& aliorum animalium. Cibaria. Potus. Cibus.

Bibat aquam chalybeatam in primis diebus, & decoquantur omnia in aqua chalybeata. Potus.

Fructus conuenientes ſunt,cytonia,& pira cocta. Fructus.

Iam poſt aliquot dies poſſunt comedere carnes pullorum,turdorū,leporis,auium arborearum, & pratenſium. Carnes.

Extremitates animalium,& uitulorum,quæ generant nutrimentum uiſcoſum:quū incipit bibere,uinum ſit paucum,pauciſerum,ſubrubrum,& cum aqua chalybeata. Vinum.

Caueat ſomnum diurnum: dormiat noctu ſex, uel ſeptem horis. Somnus.

A ſuperfluis uigilijs,& exercitio forti abſtineat:potius quies conuenit. Vigilia.

Habeat

Seceſſus. *Habeat beneficium uentris omni die.*

Animi affectus. *Caueat accidentia animi, iram, indignationem, coitum, & huiuſmodi.*

Canon. *Quandoque in corporibus ſanis ſpuitur ſanguis paucus, ſine dolore, & tuſsi: quod uenit nõ per apertionem, ſeu relaxationem orificiorũ uenarum, ſed ſolum per reſudationem uenarum.*

Doctrina. *Quandoque accidit conſtrictio anhelitus ex applicatione medicaminum, tunc amouentur parum.*

Screatus. *In ruptura uenæ pectoris, & phtyſis, noli prohibere exſcreatum, perſeuerante adhuc catarrhi deſcenſu ad pectus, & pulmonem.* Author eſt Rhazes [xy. Continen.] *& tu illuc recurre, diligenterq́; locum perlege.*

Rhazes.

Simplicia, et compoſita. Hæmoptææ cõuenientia *Simplicia conuenientia huic morbo, plantago, portulaca, cyclamen, lapis* Hæmatites, *bolus armenus, terra ſigillata, dragacanthum, ſanguis draconis, carabæ, & trochiſchi eius, cornu cerui uſtum, rhæobarbarum, ſaccharum roſatum, trochiſchi de terra ſigillata, philoniũ* Perſicum, *corallius, & eius trochiſchi.*

Cura Corradini in hæmoptæa. Corradinus *ſæpe curauit ſputum cruentum, ex uena rupta promanantem ſic, dando iſtum potum.*

Recip. *Aquæ portulacæ, unc. i. aquæ plantaginis, unc. ſem. boli armenij, ſcrup. ij. ſyrupi myrthini, unc. i. ſem. ſyrupi uiolati, unc. ſem.* Miſce, *fiat potus.*

ADIECTITIAE MEDELAE PROPRIAE.

Syrupus, *Syrupus contra hæmoptæam, & omnem fluxum cruentum.*

Recip. *Sacchari, lib. i. aquæ roſarum, uel pluuialis, lib. i. in hac aqua coquantur iſta.*

Reci. *Myrtillorũ unc. i. roſarum ſumachij, acatiæ, balauſtiæ, hypoquiſtidos, ſpodij, ana unc. ſ. cytoniorum, ſor-*

barum

barum immaturarũ, ana nume. x. meſpilorũ uiridium nume. v. liquiritiæ, gummi Arab. dragachanti, ana drach. ſ. quæ ſunt terenda terantur, omnia iſta bulliant in ſupradicta aqua, donec ad lib. i. redeãt, poſt totũ coletur, & iterũ ſupra ignem ponatur, cum ſupradicto zucchara, & fiat ſyrupus, & perfecte coctus, & diligenter clarificatus.

Miſtura ad idem.

Reci. *Trochiſcorum de karabe, de ſpodio, de terra ſigillata, de bolo armenio, ana drach. i. cum rob de berberis fiat miſtura.* *Miſtura.* Trochiscoz

Syrupus.

Item bibat ſyrupum de portulaca.

Aqua deſtillata.

Aqua etiam ex herba, & radice equiſeti, uel hippuris deſtillata, potu hæmoptoicis medetur.

Potus.

Ad idem ualet mumia, fabacea quantitate, in qua menthæ, uel plantaginis eliquata.

Alius potus.

Bolus armenus quoq;, uel terra ſigillata, cũ aqua menthæ rubeæ, uel aquaticæ. Potus.

Aliud decoctum per me expertum.

Reci. *Schænuanthos. m. iij. bulliat in uino rubello auſtero, uel aliàs uino optimo, ad conſumptionẽ tertiæ partis.* Detur *patienti mane & ſero.* *Decoctum expertum.*

Item iulep ad idem.

Reci. *Sumachij. m. ij. decoquatur in lib. iiij. aquæ ſanguinalis, ad excoctionem tertiæ partis, deinde addantur colaturæ, miuæ cydoniorum unc. vi. & fiat iulep.* *Iulepum.*

DE PHTHISI, CAP. XXV.

Definitio.

Phthiſis. Definitio.

PHTHISIS, *exulceratio pulmonis appellatur, cum tabe, & extenuatione totius corporis, ac ſanguinis excreatione: quod mali Græci phthoen uocant, in quo miſtim & pus expuitur, & ſanguis quoq; reijcitur. Quod etiam cæteris tabis generibus, puta cachexia, & atrophia, cũ periculoſius, tum incurabilius eſt.*

Galenus lib. definitionũ.

Phthiſin Galenus ſic definit. *Eſt (inquit) corporis diminutio, atq; liquefactio ab ulcere manans.*

CAVSAE, ET SIGNA.

Cauſæ, & ſigna phthiſis.

Cauſæ huius paſsionis ſunt illa omnia, quæ pulmonẽ poſſunt ulcerare, ut materia rheumatica decurrens à capite, uel oris apoſtema, retentio menſium, & hæmorrhoidarum, & uapor corruptus ad pulmonem aſcendens, uel pleureſis, peripneumonia, ſputum ſanguinis, ſanies in pectore aggregata, uel nimia caliditas extrinſeca, uel frigiditas uenas rumpens, caſus, percuſsio, aer uentoſus, longa cunctatio in cauernis minerarum, & iuxta fornaces ubi funduntur metalla, & operari argẽto uiuo. Et *omnia illa quæ ſtringunt, & lædunt pectus, & pulmonem, ſicut aer autumnalis, & ſimilia.*

De *eadẽ materia uidere licet* Auicennã, *in capite proprio: &* Galenũ *in arte curatiua, & de locis affectis.*

APHORISMI.

Aphoriſmi.

1 *AVtumnus tabidis malus.* Aphor. 10. *lib.* 3.

2 *Si uerò æſtas ſicca fuerit, & aquilonia, autumnus uerò pluuioſus, & auſtralis.* Aphor. 13. *lib.* 3.

3 *Autumno uerò, & plurimi æſtiui morbi fiunt, & febres quartanæ, & erraticæ, & lienes, aquæ inter cutem, tabes.* Aphor. 22. lib. 3.

4 *Adoleſcentibus autem ſanguinis ſputiones, tabes, febres acutæ, &c.* Aphor. 29. lib. 3.

5 *Phthiſicos uerò metuentes, ad ſuperiores purgationes.* Aphor. 8. lib. 4.

6 *Tabes fiunt maxime ætatibus, à decimooctauo, uſque ad triceſimum quintum.* Aphor. 9. lib. 5.

7 *Qui tabe moleſtantur, ſi ſputum quod extußiunt graueolet, &c.* Aphor. 11. lib. 5.

8 *Quibuſcunq; tabe laborantibus, capilli à capite defluunt, &c.* Aphor. 12 lib. 5.

9 *A tabe habito, profluuium alui ſuperueniens, lethale.* Aphor. 14. lib. 5.

10 *Lac dare caput dolentibus malũ, malum uerò & febricitantibus, &c.* Aphor. 64. lib. 5.

11 *A puris ſputo phthiſis, & fluxus, quũ uerò ſputum retinetur, moriuntur.* Aphor. 16. lib. 7.

REGIMEN PRAESERVATIVVM.

Regimen præſeruatiuum. Prohibitio cauſæ facientis, uel potentis (aliàs debentis) facere phthiſim, in diſpoſito ad phthiſim.

Cum cauſa faciens, & diſponens, ſit ſæpius catarrhus, acutus, & ſalſus, in paratis ad phthiſim, deſcẽdens ad pulmonem, & potens ipſum corrodere (alias corrumpere.) Prouideatur primo *catarrho, remouendo cauſam eius: ad quam intentionem ſunt experte, pilulæ iſtæ.* Catharrhus

Pilulæ experte in phthiſi, à catarrho.

Rec. *Pilularum azaireth, aurearum* Nicolai, *agarici trochiſcati, boli armenij, ana ſcrup. i.* Reficiantur *pilulæ viij. uel ix. cum ſyrupo uiolarum.* De *quibus interpolatis*

 diebus

diebus ſumat.iij.in ſero, quando uadit dormitum, & hoc per interuallũ decẽ uel octo dierũ, & diuertat huiuſmodi catarrhum,cum ordinatis ſuperius in cura catarrhi.

Pulmonis confortatio.

Confortetur pulmo,ne recipiat materias exulcerãtes, cum confortantibus à proprietate,ut eſt hoc electuarium.

Electuariũ ad remouendam phthiſim à catarrho,expertum.

Reci. diatragacãthi frigidi,diapenidij ſine ſpeciebus,anã unc.i.pulmonis uulpis exiccati drac.i.ſ. ſucci liquiriciæ, capilli ueneris,ana ſcrup.ij.puluerizentur,& cũ ſyrupo myrthino reformetur electuarium, de quo ſumat lambendo.Hoc enim confortat pulmonem,ne recipiat materiam catarrhalem.

REGIMEN CVRATIVVM.

Cura.

Regimen curatiuum uniuerſale eſt, correctio cauſæ antecedentis.

Perficitur hæc intentio corrigẽdo cauſas, quæ poſſunt facere ulcus : quales ſunt,catarrhus ſalſus,eruptio apoſtematis ſynanchici,uel pleuretici.

Canon.

Similiter etiam prohibendo,quod poteſt effundi in pulmonem, & facere phthiſim, de quibus dictum eſt in cura præſeruatiua.

Euacuatio materiæ facientis phthiſim.

Sanguinea conſtitutio.

Si patientis conſtitutio fuerit calida,& ſanguinea,fiat phlebotomia baſilicæ dextræ,euacuãdo de ſanguine quãtitatem proportionatam uirtuti,& repletioni.

Phlebotomia. Saphena.

Si autem iſta multitudo eſſet propter retentionẽ menſtruorum,fiat phlebotomia ſaphenæ.

Cholera.

Si autem materia eſſet cholerica, euacuetur cum hac potione.

Purgatio experta in

Reci. Prunorum nume.vi.ſebeſten nume.viij. iuiubarũ nume.x.paſſularũ enucleatarũ, liquiriciæ raſæ, ana unc.

ſe.uio-

ſe. uiolarum ſiccarum drach. i. fiat decoctio in. ſ. q. aquæ, ad conſumptionē medietatis. De colatura reci. q. ſ. ad diſſoluendum, caſiæ optimæ pinguis drac. x. uel mānæ electæ unc. i. ſ. E quibus fiat potus, detur mane, per horam, ante diem. Si eſt materia phlegmatica ſalſa, ſecundum aliquos curatur cum euacuatione pilularum cochiarum. phthiſi à cholerica materia. Phlegma. Pilulæ.

Sed in ſoluendo, & euacuando, cum medicinis ſolutiuis eſt autorum diuerſitas. Nam Rhazes non uult danda eſſe ſolutiua, & hoc intētione habita ad ulcus. Meſueus autē, & ſui conſectanei cōcedunt in phthiſicis ſolutiua, ſed intentione habita ad cauſam. Rhazes. Meſueus. Solutiua.

DIAETA.

A*Er ſecundum Meſueum debet eſſe temperatus in actiuis, declinans aliqualiter (aliàs aliquātulum) ad ſiccū. Et ſecundum Galenū (aliàs contra Galenus) quinto de ingenio ſanitatis, cap. 4. (aliàs Galenus lib. 5. cap. 4. Methodi) ubi dicit, quòd pro cura phthiſicorū aer debet declinare ad calidum, & ſiccum. Vnde dicit, quòd cū eſſet Romæ phthiſicos multos curauit hoc mō. Mittebat enim eos ad loca calida, ſicca, & montana, & ad montē Aethnā in Sicilia, qui continue flagrat. Et dicit ipſe, quod curauit multos hoc modo, cura paliatiua, quia ſic fiebat quædam cutis ſubtilis, ſupra ulcus. Sed ſanatione uera ſanabatur nullus habendo intentionem ad ulcus, & ad febrē hecticam. Cōcedunt iſti habitationē in aere frigido, propter hecticam, temperate in paſſiuis, propter utrūq;. Nam ſic competit utriq;.* Aer. Galenus. Exemplum. Aethna in Sicilia. Cura paliatiua. Canon. Aer frigidus.

Cibus ſit facilis digeſtionis, multi, & boni nutrimenti. Cibus.

Potus debet eſſe uinum album, ſubtile, trahens ad quādam dulcedinem cum aqua pluuiali. Potus. Quies.

Vtatur potius quiete, quàm exercitio, ſomnus ſit ſex Somnus.

uel ſeptem horarum.

Accidentia animæ. *Caueat ab ira, & ab omnibus inquietantibus corpus, maxime à coitu.*

REGIMEN CVRATIVVM.

Regimen curatiuũ particulare, mũdificatio ulceris.

Canon. *Si ulcus eſt in principio, & cum corpore tenero, ſicut pucrili, & in prima iuuẽtute, ſint medicamẽta nõ fortia.*

Potus. 1 *Vnde in principio detur aqua hordei cum zucccharo.*

Potio. 2 *Si uerò fortius, da aquam mellis.*

Potus. 3 *Si adhuc fortius, bulliat in dicta aqua hordei hyſſopi aliquid, nam à proprietate abſtergit ulcus pulmonis.*

Canon. *Vbi autem ulcus eſſet in pulmone, & eſſet aliqualiter antiquatum, & in corpore ſenis, uel ultimæ ſenectutis, fiat lohoch ſequens.*

Lohoch. Reci. *Lohoch caulium unc. ſ. diſſoluatur in aqua mellis, detur patienti.*

Canon. *Prohibitio curſus materiæ, ex intentione perficitur.*

Prohibitiones curſus materiæ. 1 *Primo, corrigendo membrum mandans, ne mittat materiam ad pulmonem.*

2 *Secundo, confortando pulmonem, ne recipiat, ſi ergo materia tranſmittitur à cerebro, ut plurimum euacuetur materia à capite, ut ſupra, confortetur cerebrũ, ne multiplicetur ſuperfluitatem, cum hijs quæ dicta ſunt in capite de catarrho.*

Confortatio Quantum ad ſecundum, confortetur pulmo cum iſto electuario.

Reci. *Pulmonis uulpis præparati, & exiccati drac. ij. ſucci liquiritiæ, capilli ueneris, ſeminis fœniculi, ana drac. i. puluerizentur omnia, & cũ melle deſpumato. q. ſ. fiat electuarium, de quo utatur elambendo.*

Potus æquiualens. *Ad idem ualet pulmonis uulpis præparati, & exiccati, &*

ti,& pulueriza ti drach.i. diſſoluatur in ſyrupo myrthino q.ſ.& exhibeatur.

Pro exiccatione materiæ in pulmone, fiat hoc exiccatiuum.

Reci. *Myrrhæ drach.i. ſtyracis liquidæ drach.i.* Diſ*ſoluantur in ſyrupo myrthino.q.ſ.detur.* Exiccatiuũ

Vel ſic.

Reci.*Sulphuris drach.ſ.pulueriz etur,& detur in ouo ſorbili, uel cum lacte.* *Potus.*

Auicenna, & Meſueus concedunt arſenicum, ſed ego non utor. *Arſenicum.*

Confortatio,conſolidatio,& incarnatio.

Reci. *Thuris,boli armenij, ſanguinis draconis,maſtyches, ana drach.i.myrthillorum, corticum granatorum, terræ ſigillatæ,ana drach.ſ.* Pulueriz*entur omnia ſubtiliter,& cum zucchar o, in aqua decoctionis myrtillorum diſſoluto reficiatur electuarium.*De *quo recipiat mane,& ſero,ieiuno ſtomacho,ad quãtitatem caſtaneæ paruæ.* *Electuariũ confortatiuum, cõſoli datiuũ,et in carnatiuũ.*

Ad idem conſolidatiuum.

Laudatur ab omnibus ſaccharum roſaceum recens, ſui anni, omni die, quantum poteſt,pluribus uicibus, dando unc.i.pro uice,& eſt abſterſiuũ,propter ſuccum. Auicẽna *10.tertij.tract. 5.cap.6.* *Saccharum roſaeum.* Auicẽna ca. *de phthiſi.*

ACCIDENTIVM CORRECTIO.

Accidens quod accidit phthiſicis, eſt conſumptio totius corporis. *Correctio accidentiũ.*

Reſtaurentur ergo iſti cum cibis facilis digeſtionis,& multi nutrimenti,& paucæ quantitatis, qui cibi in principio dicti ſunt. *Cibus qualis?*

Electuarium reſtauratiuum.

Recip. *Seminis melonum, cucurbite, cucumeris, ana*

drach.ij.ſ. ſeminis papaueris albi drach.i. amygdalarum dulcium præparatarum, auellanarum, fiſticorũ, ana drac. i.ſ. Pro amygdalis ſumunt quidam pineas præparatas, pulparum ſebeſten, paſſularum enucleatarũ, ana drac.ij. candi, penidiarum, ana ſcrup.iiij. diatragacãthi (aliàs tragacanthi) drach.ſe. pulpæ caponis unc.iij. zucchari roſarum unc.i. diabugloſſati, diaboraginati, ana drach.ij. carnes, & incidendæ minutim incidantur, & piſtētur omnia ſubtiliter, in mortario marmoreo, cum piſtello ligneo, donec bene inuicem miſceātur. Deinde cum lib.i.ſ. zucchari taberzeth, in aqua roſarum diſſoluti, reducatur ad bene inuicem malaxando ad formam electuarij, de quo ſtomacho ieiuno recipiat omni mane, & ſero, ante cibum per duas uel tres horas.i. cochlear.

Rhazes fluxus uẽtris. *Si ſuperuenerit fluxus uentris, curetur ut Rhazes inquit. 9. Almanſoris.*

Vigiliæ. *Si uigiliæ, cũ prouocãtibus ſomnũ, ut ſupra dictũ eſt.*

ADDITIONES PROPRIAE.

Enema laxatiuum. *SI reſtrictior aluus eſt, enemate leniatur ſubſequenti. Reci. Maluæ, biſmaluæ, mercurialis, florum camomillæ, ana m.i. furfurũ triticeorũ, in petia ligatorũ. p.i. coquantur in aqua.q.ſ. Colati reci. lib.i. diſſoluendo in eo ſacchari un.i.ſ. mellis roſati colati unc.i. uitellorũ ouorũ recentium nume.ij. olei camomallini unc.iiij. ſalis drac.ſ. uel.i. Fiat enema ſecũdum artem. Vel detur bolus iſte per ſe, uel cum apozemate pectorali.*

Bolus ſolutiuus. *Reci. Diamãnæ drac.ij. electuarij lenitiui, de ſebeſten ſolutiui, ana drac.ij.ſ. miſce cum ſaccharo fiat bolus.*

Purgatiões fortes. *A ualentiori chathartico caueant Hectici, & etiam Phthiſici.*

Succurrendum deinde ſymptomatibus, & potiſſimum maraſmo,

maraſmo: quod commodè fieri poteſt, niſi inueterauerit morbus, cum hac confectione reſtauratiua.

Reſtauratiuum optimum in forma confe-
ctionis buccellatæ, uel etiam ele-
ctuarij, ualens pro
phtyſicis.

Recip. *Nucis indæ, piſtaciarum, ſeu fiſticorũ, ana unc. i. ſeminum communium, amygdalarum dulcium, ana unc. i. penidiarum, unc. i. gummi arabici, drac. ij. ſeminis malue, ſeminis lactucæ, ana drach. ij. tragacanthi, uiolarum, ſeminis cytoniorum, macis, caryophyllorum, ana drach. ſem. aniſi, unc. i. liquiriciæ raſæ, labruſcæ, ana drac. i. cinnamomi electi, drac. ij carnium teſtudinis, uel pulpæ phaſidis, aut pulpæ cancrorum fluuialium, unc. yi. zucchari taberzeth, lib. iij. aquæ roſaceæ fragrantis, q. ſ.* Fiat confe*ctio in morſellis, uel electuarium ſecundùm artem.*

Balneum in hectica, & phtyſi.

Recip. *Herbarum, craſſulæ, ſemperuiui, uermicularis, cymbalariæ, ſaponariæ, uiolariæ, nenupharis, hordei, meliloti, camomillæ, ana man. i.* Fiat *balneum tinæ.*

A *balneo tinæ perlinatur corpus, & ſpina præſertim, calidè, cum iſto linimento ut ſequitur.*

Recip. *Axungiæ porci recentis, quart. i. axugiæ gallinaceæ, anſerinæ, anatinæ, ana unc. ij. oeſypi humidi, unc. ſem. olei uiolati, camomillini, anetini, ana unc. ij. butyri recentis, lib. i. ceræ albæ, unc. yi. mucilaginis, dragacanthi, ſeminis cytoniorũ, ſeminis lini, radicis biſmaluæ, gũmi arabici, ana unc. ſem.* Miſce, *& fiat unguentum arte.* Vnctio ad idem.

Electuarium reſtauratiuum pro hecti
cis, & phtyſicis, probatum.

Recip. *Seminũ lactucæ, portulacæ, papaueris albi, ana drac. i.*

drac.i.ſeminum cucurbitæ,melonum,citrulli,ana drac.ij. ſeminum cydoniorum mundatorum tantundem, liquiriciæ mundæ,drac.i.ſeminis coti mundi,drac.i.ſem.ſeminis ſeſami,drac.iiij.capitum uiolarum,drac.i.roſarum, drac.i. ſem.farinæ hordei,amyli,ana drac.i. ſacchari nabit,unc. i.cinnamomi dulcis,& electi,drac.ij.gummi arab. tragacanthi, ana drach.i. caryophyllorum, karabe , ana tantundem,penidiarum,drach.i.ſem.ſpicæ, drac.i.ſyrupi roſacei,q.ſ.Miſce,fiat electuarium arte, & impinguetur cũ caricis,amygdalis dulcibus excorticatis, pineis purgatis, & piſtatijs mundatis,ana unc.i.Doſis qualibet hora nucis quantitas,& ſuperbibatur parum uini boni odoriferi:mũdificetur deniq; pulmo cum reliquis uiſceribus.

Canon. Confortentur etiam membra principaliora,ueluti cerebrum,cor,hepar, ſtomachus, ut unumquodque ſua munia probè exequi poßit:id omne ſolum hoc electuarium præſtabit,Superis annuentibus.

Electuarium cõtra tabem & phtyſim, & caloris in naturalis cõfortatiuũ bonum. Hoc etiam electuarium miro modo confortat omnem calorem naturalem,refouẽs eum,humidumq; radicale mirabiliter auget:de quo ſumatur pondus unius lotonis,aut quantitas iuglandis magnæ,uel nucis gallicanæ ij.uel iij. horis ante cibum:cuius compoſitio eſt talis.

Electuarium. Recip.Pulpæ caponis pinguis, & bene cocti,lib.ſem. incidatur, & contundatur caro optimè in mortario lapideo,qua probè contuſa,adde ſequentia, ſcilicet,cinnamomi electißimi,unc.i.cardamomi, caryophyllorum, galangæ, folij, ana ſcrup.ſem. liquiriciæ raſæ, & puluerate, drac.ij.pinearum mundatarum,prius in aqua calida infuſarum,poſt exiccatarum,amygdalarum dulcium excorticatarum,ana unc.i.ſeminum quatuor communium frigidorum maiorum mundatorum, unc.ſem. ſeminis papaueris albi,

ris albi, in aqua tepida prius infuſi, drac. ij. ſpecierum, electuarij de gemmis frigidi, drac. ij. b.p. conſeruæ bugloſſæ, unc. i. carnium, & corticum citri conditi, drach. vi. aliàs, drac. iij. zucchcaro diſſoluto in brodio caponis modico, & aqua roſata moſchata, q. ſ. Fiat electuarium arte. Doſis pōdus i. lotonis pro nuce, uel paulò plus.

DE CARDIACA, SEV CARDIALGIA, ID EST, CORDIS TREMORE, CAP. XXVI.

Definitio.

CARDIALGIA *eſt ſymptoma uentriculi, oſculum nonnunquam infeſtans, quod & moleſtum, & ad ſentiendi facultatem pertinet, à mordacibus ortum ſuccis. Gal. lib. 1. de ſympt. cauſis.*

Cardiaca, tremor cordis. *Cardialgiæ definitio.* *Galenus.*

Alia eiuſdem definitio.

Cardiacus morbus eſt innati ſpiritus conſumptio, & miſsio. Fit autem ore uentriculi malè affecto, aut ipſo ſtomacho cum ſudoribus. Nonnulli autem putauerunt, corde inflammato hunc fieri: ij cardiacum affectum, uel ſyncopen id, quod contingebat, uocarunt.

Alia definitio.

Auicēnus in lib. de uirib. cord. cap. 3. 4. 5. 6. 7. & 8. ubi de principalibus paſsionibus ſpiritus cordialis diſſerit, animi affectus potiſsimas eſſe cauſas ait, ob quas cor dolore afficitur. De eadem materia lege citatum authorem locis præallegatis.

CAVSAE, ET SIGNA SVNT.

Mala cōplexio ſine materia calida.

M*Ala complexio ſine materia, caliditas, inflammatio, æſtuatio, non ſentit cor natare in humiditate, pulſus*

pulſus in hora paroxyſmi, & ante, & quando adeſt febris, uelox, & frequens.

Complexio mala frigida — Mala complexio frigida: pulſus, & anhelitus in hora palpitationis rarus, & tardus, quia paſſus eſt ægritudines, quibus euacuatus eſt ſanguis, humores, ſpiritus, & calor naturalis, peregrinatio per loca frigida: communiter ſunt tardi, pigri, & ſomnolenti, aliàs ſine lætitia.

Complexio ſicca. — Sicca complexio in corpore: extenuatio, pulſus durus, paruus, frequens, & non ſentitur humiditas.

Mala complexio cum materia.

Cõplexio cũ materia. Sanguis. — Si ſanguis: caliditas, inflammatio, pulſus in hora interpollationis magnus, fortis, plenus, & alia particularia: extenuatio, caliditas intenſior, pulſus uelox, non plenus, ſed durus potius.

Cholera. — Si cholera (aliàs ægritudo cholerica) præceſſerit, uel adeſt.

Melãcholia. — Si melãcholia: timor, triſtitia, ſolicitudo, puſillanimitas, pulſus durus, æſtuatio, & caliditas non adeſt in tactu.

Phlegma. — Si phlegmatica: aquoſa, uel alia humiditas, ſentit ac ſi cor nataret in aqua, non eſt ſitis, caliditas, neq; extenuatio, pulſus mollis, & leuis.

Oppilatio. — Si oppilatio magna: pulſus diuerſitas in magnitudine, paruitate, debilitate, & fortitudine.

Apoſtema calidum. — Si apoſtema calidum: in capſula cordis, eſt febris magna, & intenſa, tremor cordis frequens, pulſus frequens.

Apoſtema frigidum. — Si autem frigidum, uel aquoſum apoſtema, omnia remiſſa, pulſus leuis, demacratio, & cõſumptio totius corporis.

Solutio continui. Morſus uenenoſi animalis. — Si ſolutio continui: morſus animalis uenenoſi, uel aliæ cauſæ primitiuæ ſciuntur ex relatu patientis, & aſtantium cognoſcuntur.

Si ſunt uermes, cibo non præſente pus affligunt.

Si uentoſitas: uelocitas reſolutionis eius, pulſus nõ multum diuerſus: ſin minus, ſenſus cordis arguitur ex facili læſione eius à quocunque adueniente. malis. Ventoſitas.

Alteratio aeris infecti, uel incluſi. Aer infectus incluſus.

Membra communicantia materiam.

Si hepar: arguitur ex debilitate, uel caliditate eius, uel grauitate, uel ægritudine, uel adſunt ei propriæ. Hepar.

Si cerebrum: dolor, grauitas in capite cum falſis imaginibus. Cerebrum.

Si humor eſt melancholicus: triſtitia, timor, & ſic de cæteris humoribus. Melãcholia

Aliquando ſentitur rheuma, cuius aliqua pars fluit ad cor, uel capſulam eius. Rheuma.

Si pulmo: orthopnœa, tuſsis, aſthma cum diuerſitate pulſus. Pulmo.

Si ſtomachus: dolor eius adeſt, & grauitas, uomitus, nauſea. Stupor in ore, quo humor peccans ſignificatur. Stomachus. Oris ſtupor.

Similiter, uomitus talis humoris. Vomitus.

Quando eſt uacuus, ſentitur alleuiatio, niſi (aliàs ſi) aliunde uenerit, affligitur cum incipit digeſtio. Inanitio.

Itẽ, ſi eſt à repletione, poſt repletionẽ æquè affligitur. Repletio.

Si ab inanitione, ante cibum affligitur magis. Inanitio.

Si totum cor (aliàs corpus) adeſt peſtilentialis febris. Cor.

PRAESAGIA.

1 *Apoſtema calidum in corde, citò interficit: frigidum, non tam citò.* Præſagia.

2 *Mala complexio cordi accidens, ſi eſt æqualis, uel confirmata (aliàs conſummata) non recipit curationem: & quando eſt diuerſa, inæqualis, eſt difficilis curationis: non tamen intendendo de complexione acquiſita in febre ephimera, & tertiana, & ſimilibus.*

3 *Si*

3 Si pulſus prius multum fuerit diuerſus,ſecundum ge nera ſua,& poſt efficitur debilis,uel totaliter cadat quòd non ſentiatur,mortale eſt.

4 Et ſi cum hoc in principio apparet citrinitas,uel ſudor frigidus,uix,aut nunquam curatur.

APHORISMI.

Aphoriſmi Hippocratici. 1 IN febribus circa uentriculum, & fortis æſtus,& cordis tremor,uel dolor,malum. Aphor. 65.lib.4.

2 Qui frequenter, ac fortiter abſque manifeſta cauſa exoluuntur,derepente moriuntur. Aphor. 41.lib. 2.

CVRA TREMORIS CORDIS.

Timoris cordis cura. CVm cor membrum ſit principaliſsimũ,in cura ipſius feſtinare oportet medicum, ſed ſine huius errore: quia paruus error in membro principali redundat in totum corpus.

Phlebotomia. Phlebotomia non fiat multum copioſa,ad quam ſequitur eorũdem debilitas,quæ ſi ſequatur,remouenda erit cũ confortantibus cor interius,& exterius:de quibus infra.

Solutiua. In exhibitione medicinarum ſolutiuarum adminiſtranda ſunt,quæ remouẽt nocumenta medicinarum, & miſce

Cordialia. eis medicinas cordiales,quæ ſtypticitate aliqua, uel aromaticitate participant, & quæ trahunt ad latus incolu-

Benedictæ. mitatis,ut ſunt,benedictæ.

Canon. Vnde quantum poſsibile eſt,cauendum à ſcãmoniatis,

Cauendum à ſcãmoniatis & fortibus,ut ſcammonea,colocynthide,quia omnes tales uentoſitatem in ſe habent quandam, quæ naturæ uiolentiam inferunt:& primus occurſus ueneni eſt ad cor.

Canon. In complexione mala frigida remouenda medicinæ alterantes,calidæ tutius applicantur,quàm in calida frigidæ:unde in remotione frigidæ cum calidis rebus aliqualiter exceſsiuis non tantum fit nocumentum quantum in

remotio-

remotione calidæ cum frigidis, quia calidæ remouent frigidam, & cum hoc conſeruant complexionem naturalem cordis, & ſpirituum: frigidæ autem poſſunt habere nocumentum non mediocre: nam quamuis ſubſtantiam cordis iuuant, remouendo ſuperfluam ab eo caliditatem, nocent tamen ſpiritui naturali, eius calorem extinguendo.

DIAETA.

SI tremor cordis prouenit à mala complexione calida, cum materia omnia alterentur ad frigidum. Diæta.

Si à frigida, ad calidum aer declinet naturaliter, uel artificialiter ſic. Aer.

Fiat ignis in camera, ex lignis iuniperi, uel alijs non humidis. Fumus.

Item ſuffumigetur ex hoc.

Recip. Styracis ſiccæ, caryophyllorum, ligni aloes, ana drac. ſem. Piſtentur craſſo modo, miſce cum modico aquæ roſatæ moſchatæ. Suffumigiũ in tremore cordis, expertum.

Cibus tendat ad calidum, ita quòd carnes ſint pipionũ, caſtratorum, & ſimilium. Cibus.

Condiantur aromaticis calidis herbis, ſicut boragine, bugloſſa, meliſſa, fœniculo, bethonica, maiorana, &c. Aromata.

Bibat uinum odorum. Potus.

Caueat triſtitiam, ſolicitudinem, & omnes res contriſtantes. Animi accidentia.

In omni tremore, à quacunque cauſa, ſit ſomnus yi. uel yij. horarum. Somnus.

Superfluæ uigiliæ nocent, reſoluendo ſpiritus. Vigiliæ.

Potius utatur quiete quàm motu. Motus.

Conetur habere bieneficium uentris ſingulo die naturaliter, uel artificialiter cum clyſteri leuitiuo. Ventris ſolutio.

DIGE=

DIGESTIO.

Sanguis. phlebotomia SI materia faciens ſit ſanguis, non æget digeſtiua, nec minoratiua medicina, ſed cita phlebotomia.

Si autem materia peccans ſit cholera, fiat tale digeſtiuum.

Choleræ digeſtiuum. Recip. Syrupi nenupharini, ſyrupi acetoſitatis citri, ſyrupi de pomis, oxymellis ſimplicis, ana unc. ſem. aquarum meliſſæ, abſynthij, bugloſſæ, ana unc. i.

Variatio textus. Aliàs, pro his aquis ſumuntur ſequentes aquæ acetoſæ, bugloſſæ, endiuiæ, ana unc. i.

Si materia peccans ſit frigida, fiat talis ſyrupus.

Recip. Syrupi de corticibus citri.

De epithymo.

Syrupus in frigida cã. Oxymellis ſimplicis, ana unc. ſem. aquarum meliſſæ, abſynthij, bugloſſæ, ana unc. i. Miſce, &c.

EVACVATIO.

phlebotomia SI materia peccans ſit ſanguis, aut alius humor cum ſanguine miſtus, fiat phlebotomia baſilicæ dextræ, ſtante repletione ſanguinis: uaporoſa uerò exiſtente, de ſiniſtra.

Venæ ſectio Si eſt propter retentionem menſtruorũ, uel hæmorrhoidarum, fiat primò de ſaphæna, poſtea, de baſilica dextra.

Cholera. Si à materia cholerica, fiat ſequens potus.

Potus. Recip. Florum boraginis, bugloſſæ, uiolarum, nenupharis, ana man. ſem. paſſularum enucleatarum, liquiriciæ raſæ, ana unc. ſem. ſeminis lactucæ, portulacæ, ana drac. i. iniubarum, num. x. Fiat decoctio in aqua uiolarum, uel nenupharis, æquis partibus. Colaturæ recipe q. ſ. ad diſſoluendum, caſſiæ optimæ pinguis, drac. y. electuarij de dactilis, drac. i. electuarij de ſucco roſarum, Meſuei, drach. i. ſem. rhaeobarbari electi, unc. i. ſpicæ, gran. iiij. rhæobarbarum

cum ſpica infundatur in.ſ.q.aquæ uiolarum, cum modico uini albi odoriferi per vij.horas, deinde fiat fortis expreſſio, quæ cum reliquis diſſoluatur, & fiat potus.

Si materia ſit phlegmatica, detur ſequens ſolutiuum.

Reci. *Florum boraginis, buglоſſæ, meliſſæ, an.m.ſ.paſſularum enucleatarũ unc.ſ. liquiritiæ raſæ, ana unc.ſ.ſebeſten nume.viij. aniſorum.m.ſ. fiat decoctio: cuius recip. q.ſ.ad diſſoluendum, diacatholiconis drac.v. diaphenîconis drach.i. & ſcrup.i. agarici optimi drach.ij.ſ. zinziberis ſcrup.i. agaricus cũ zinzibere infundantur, in oxymelle ſimplici, per octo horas, fiat fortis expreßio, quæ cum reliquis diſſoluatur, fiat potus.* Non *ponimus ſal gẽmæ, quia cordi nocet.* *Phlegma. Purgatio cũ agarico. Sal gemmæ cordi obeſt.*

DIVERSIO.

F*iant frictiones, incipiendo à parte propinqua cordi, trahendo uerſus inferiora.* *Frictiones.*

Apponantur uentoſæ ſine ſcarificatione. *Ventoſæ.*

Ligaturæ extremitatũ, ſi neceſſaria eſt phlebotomia, fiat ex baſilica, ut ſi materia peccans ſit ſanguis. *Ligatura. Phlebotomia.*

CONFORTATIO IN TREMORE CORDIS.

Epithemetur in mala complexione calida. *Epithema cordiale optimum.*

R*Eci. Florum boraginis, nenupharis, uiolarum roſarum rubearum, ana.m.ſ.ſandali albi, & rubei, corralliorum rubeorum, coriandri præparati, ſeminis acetoſæ, enduiæ, ana drac.i.ſ.cõtundantur parum, bulliant in aqua roſarum, nenupharis, uiolarum, ana unc.v.* Ad con*ſumptionem tertiæ partis, uel quartæ : deinde addantur uini albi, odori, pauciferi unc.iij aceti unc.i.ſ.croci, gra. vi.miſce, fiat epithema.*

Vnctio ad idem.

Vnctio confortatiua cordis. *Reci.Roſarum rubearũ, ſandali rubei, & albi ſpodij, ana ſcrup.ij.ſerici combuſti, oſsis de corde cerui, margaritarum, ana ſcru.i.ſeminis acetoſæ drac.ſ. croci gra.iij. pulueriʒentur omnia ſubtiliter, & cum oleo nenupharis, & roſarum.q.ſ.cum modico ceræ, fiat unctio.*

Sacculus ad idem.

Sacellus cordialis. Recip. *Florum nenupharis, roſarum rubearũ, uiolarũ, ana.m.ſ.ſandali albi, & rubei, corallij rubei, ſpodij, ſeminis acetoſæ, ana drach.i. Contundantur, pulueriʒentur craſſo modo, fiat ſacculus cum ſerico.*

Epithema in mala complexione frigida cordis.

Recip. *Florum boraginis, bugloſſæ, meliſſæ, roriſmarini, ana.m.ſ.ſeminis oʒimi, citri, ana drach.i. been albi, & rubei, doronici, charyophyllorum, ligni aloes; macis, aliàs maſticis, ana drach.i. contundantur, & bulliant in aqua boraginis, bugloſſæ, meliſſæ, ana unc.yi.ad cõſumptionem quartæ partis.* Cui adde *uini odori, & potentis, unc.iij.aceti albi, unc.i.ſ.croci, ſcru.ſ.miſce, & fiat ſacculus, uel epithema.*

Vnctio ad idem.

Vnctio. Recip.*Been albi, & rubei, doronici, ʒedoariæ, xyloaloes, xylobalſami, caryophyllorũ, nucis moſchatæ, ana drac.ſ.pulueriʒẽtur omnia ſubtiliter, et cũ oleo de ſpica, & ſanſuco.q.ſ.cũ modico ceræ fiat unguẽtum.*

Iulep ad idem.

Iulep. Recip. *Nucis moſchatæ, doronici, ligni aloes, charyophyllorum, ſeminis citri, ana drach.ſ. Contundantur, & bulliant in aqua meliſſæ, boraginis, & bugloſſæ, ana unc. y.ad conſumptionem medietatis. Et colaturæ adde ſyrupi de cor=*

de corticibus citri unc.ſ.mellis roſati colati unc.ij. Quæ omnia bulliant, donec ueniant ad formam iulepi. Dentur duo, uel tria cochlearia calide.

Electuarium ad idem.

Reci. *Diamoſchi dulcis unc.ſ. diabugloſſati, diaboraginati, diatragacanthi, electuarij de gemmis, ana drac.v. ſeminis oxymi, citri, ana drach.ſ. Pulverizentur, & cum ſyrupo de corticibus citri fiat electuarium: de quo recipiat mane, & ſero, ante cibum per duas horas, ad quātitatem caſtaneæ.* *Electuariū cōfortatiuū optimum.*

ADDITAMENTA PROPRIA.

A*Qua experta in cordis tremore, melancholia, uitijs capitis, & ſtomachis, & melancholicis morbis, cuius doſis ſit unc.i.* *Aqua pro melācholia, & cordis tremore.*

Reci. *Florum anthos, boraginis, radicis bugloſſæ, ana unc. iiij. croci drach.i. malorum (aliàs miuæ) cydoniorū, unc.iiij. uini albi, optimi, clari, bene digeſti, & electi lib.ij. miſce, & ſtent ſimul in infuſione, prius bene piſtatis, per diem naturalem, deinde mittatur in fimo, per xv. dies, in uaſe uitreo, bene clauſo, deinde deſtillentur per alembicum duabus, uel tribus uicibus: & reſerua hanc aquam, ut pupillam oculi.*

Puluis cordialis bonus, in cardiaca.

Recip. *Seminis acetoſæ, ſcrup.i. ſeminis citri, macis, ana drach.ſ. ſandali rubei, & albi, xyloaloes, ana drac.i. pulueris margariti cōchylij utriuſq;, oßis de corde cerui, ana drach.ſ. moſchi gra.iij. foliorum lauri (aliàs auri) ij. zucchari.q.ſ. fiat tragea.*

Cordiale ad idem, in forma electuarij.

Reci. *Sacchari roſati, diaboraginis, conſeruæ, uiolarum, ana unc.i. diatriaſandali, Diarhodonis Abbatis, ma-* *Electuariū.*

*nus Chriſti,penlatæ,ana unc.ſ.electuarij de gẽmis,dra.ij. miſce.*Et *poſſunt addi eà,quæ tibi placent pro lubitu.*

Epithema cordiale egregium,ad idem.

Epithema. Reci.*Aquæ roſarũ unc.iij. aquæ boraginis, bugloſſæ, ana unc.i.aquæ acetoſæ, meliſſæ, ana unc.ſ. coralliorum rubeorum,drach.iij. ſandalorum omnium,drach.ij.ſ.xylo aloes,drach.i.oßis de corde cerui,drach.ſ.ſpecierum electuarij de gemmis,drach.i.camphoreæ,ſpodij,ana ſcru.i. croci ſcrup.ſ.miſce pro epithemate.*

Cordiale ad idem,in forma ſacculi.

Sacculus. Reci. *Seminis baſiliconis,corticum citri,ana unc.ſ.ligni aloes,drach.ij.charyophyllorũ drac.i.ſ. roſarum rubearum drach.ij.ſerici drac.ſ. oßis de corde cerui drac.i. galliæ moſchatæ drach.ij.* Pulueri*zentur,&c.*

Potus ad idem.

Succus cardiacæ(quæ marrubij,ſeu meliſſæ ſpecies eſt) confectus cum ſaccharo,uel rob ex eo paratũ,egregie facit ad tremorem cordis,mane ſumptum.

Alius ad idem potus.

Potio. *Item aqua eiuſdem herbæ, pariter & gallitrici,nec nõ ozimi,cum ſcru.i.aut altero diamoſchi dulcis,uel diambræ propinata,ieiune,cardiacen tollit.*

Emplaſtrum ad idem.

Emplaſtrum factum ex herba cardiaca,baſilico,meliſſa, ſpica uulgari, gallitrico, thymbra, roſiſq; rubeis, in aqua menthæ feruefactis,& præcordijs applicatum,cordis ſaltum mox aufert.

DE VOMITV, CAP. XXVII.

Definitio.

VOMITVS *eſt expulſatio materiæ, cõtentæ in ſtomacho, per ſuperiora, ſiue fuerit cibus, ſanies, aquoſitas; ſiue humor, quicunq; fuerit ille, ſicut ſanguis, & ita de alijs.* Vomitus. Deſinitio.

Anoſtropha autem appellatur facilis cibi accepti expulſio per ſuperiora. Anoſtropha

Sed Cataſtropha dicitur facilis cibi expulſio per inferiora. Cataſtropha

Alia uomitus definitio.

Vomitus, eiectio eſt ſuperfluitatnm ſtomachi, cum cibus, ac potus erumpit, & proprie de cibo, dicitur, quãuis & ad alia transferatur. Vomitus. Definitio.

Quandoq; enim, qui uomitu infeſtantur, nonnunquam pytiſma, cruorẽ, bilem, & phlegma reiectant, & egerũt. Qui choleram euomunt, cholæmaſia: & qui ſanguinem, hæmoptæa la borare certum eſt. Vomitus multiplex.

Canon.

Et quẽadmodũ eructatio, uẽtriculi reſpiratio eſſe ſolet ita reiectus, eiuſdẽ uentriculi exoneratio eſt, & alleuiatio. Habet aũt maturus, & tẽpeſtiuus uomitus multas cõmoditates, quas ex Gale. & Hyppo. petere potes, ac ſciſcitari. Vomitus iuuamenta.

CAVSAE, ET SIGNA.

CAuſæ primitiuæ: In ſtomacho, caſus, percußio in membro, ſtomacho colligato, uel propinquo, ut in cerebro aſpectus rei horribilis, motus fortis poſt cibũ, nauigatio in mari, cibi pingues, uel faſtidioſi, ut ranarum, & id genus, cætera ex relatione aliorum, & patientis Cauſæ primitiuæ.

deprehenduntur.

Repletio. *Si adeſt repletionis habitudo,ſi humor in ſtomacho putridus, in re proiecta putrefactio, & quaſi ſanies, cum ſapore horribili.*

Cholera. *Si humor non putridus, cholericus, adeſt priuatio dictorum, amaritudo oris, ſitis, calor, color in proiectis appropriatis ei.*

Phlegma. *Si phlegmaticus, melăcholicus, ſunt ſigna appropriata.*

Melancholia. *Si ſubtilis, ſedatur aſſumpta medicina ſtyptica, ſeu pōtica, dolor eſt acutus, pūgitiuus, & mordicatiuus ſtōachi.*

Styptica. *Si craſſus, ſedatur medicina ſubtiliatiua.*

Pontica. *Si multus, cum forti materia (aliàs natura) eijcitur*

Subtiliatiua *multa quantitas.*

Multus uomitus. *Si hepar, ſplen, matrix, uel cerebrum, uel inteſtina, cognoſcitur per paſſiones, dolores, & grauitates, illorum membrorum, & quia eſt interpolatus.*

Hepar, ſplē, matrix, cerebrum, & inteſtina.

MINORATIO.

Minoratio. SI *ſit in ſtomacho materia phlegmatica, uerſus os ipſius, minoretur uomitiuo non forti, ſed leui, ſcilicet.*

Vomitiuum leue. Reci. *Seminis atriplicis, aneti, ana unc.i. aquæ cōmunis unc.x. bulliant ad conſumptionē tertiæ partis, uel medietatis. Colaturæ adde oxymellis ſimplicis unc.ij. & totum bibatur tepide, deinde imponatur digitus gutturi, uel petia intincta oleo, uel digitus, & uomat.*

Pilulæ de hyera. *Sin autē materia fuerit uerſus fundum, dentur pilulæ de hyera ſimplici drac.i. & ſint pilulæ .v. uel vi. uel vij.*

Pilulæ aloe phanginæ. *Item faciunt pilulæ aloe phanginæ vi. Si materia fuerit cholerica, detur hoc minoratiuum.*

Minoratiuū choleræ. Reci. *Caſiæ optimæ pinguis unc.i. diaprunis ſolutiui, ſcrup.iiij. cum zucchаro fiat bolus. Detur per .i. uel .ij. horas, ante diem.*

Vel in forma pilulari.

Recip. Aloes lotæ drach.ſ.maſtyches,corticum myro balanorum citrinorum,ana ſcrup.ſ. fiant pilulæ nume.v. cum ſyrupo de granatis. *Pilulæ.*

Vomitus ſanguineus curatur cũ phlebotomia ſola baſilicæ dextræ, quia ſæpius eſt per cõmunionẽ ab hepate. *Vomitus ſanguineus.*

Melancholicus curatur ſecundum eaſdem intentiones, ſecundum quas curatur cholericus. Sed in confortatione, confortetur ſplen,hepar,& ſtomachus. *Melancholicus uomitus* *Cõfortatio.*

DIGESTIO.

Si materia phlegmatica.

R*Eci. Syrupi de mẽtha,mellis roſati colati,oxymellis ſimplicis,ana unc.ſ.aquarum abſynthij, meliſſæ, ana unc.i.ſ.miſce fiat potus.* *Phlegmatis digeſtiuum.*

In materia cholerica digeſtiuum.

Reci. Miuæ cydoniorũ ſimplicis, ſyrupi de granatis, ſyrupi de endiuia,ana unc.ſ. aquarum acetoſæ, endiuiæ, abſynthij,ana unc.i.miſce. *Choleræ digeſtiuum.*

EVACVATIO.

In materia phlegmatica pilulæ.

R*Eci.Pilularum ſtomachicarũ Meſuei drach.i. fiant pilulæ vij.Dentur per horam ante diem.* *Euacuatio phlegmatis.*

Aliæ ad idem.

Recip. Pilularum aggregatiuarum, ex aloe lota, ana drac.ſ.fiant pilulæ vij cum ſyrupo de corticibus citri. *Pilulæ ad idem.*

In forma autẽ potabili,fiat ſequẽs potus.

Reci. Florũ boraginis,bugloſſæ,meliſſæ,ana.m.ſ.paſſularum enucleatarũ,liquiriciæ raſæ, ana unc.ſ. aniſorũ, cinnamomi, ana drach.i.ſ. fiat decoctio in aqua abſynthij ſecũdum artem.De colatura rec.q.ſ. ad diſſoluẽdum,diacatholiconis unc.ſ.diaphœniconis drac.i.ſ. hieræ ſimplicis, *Potus ad idem.*

cis,hieræ compoſitæ,ana drac.ij.miſce fiat potus,& dulcoretur cum modico mellis roſati colati,detur ut ſupra.

In materia cholerica,detur hæc medicina potabilis.

Potus ad choleram. *Recip .Florum boraginis,bugloſſæ,labruſce,an.unc.ſ. uel.m.ſ. paſſularum enucleatarum , liquiriciæ raſæ, ana unc.ſ.ſeminis endiuiæ,acetoſæ,ana drac.i.fiat decoctio in ſ.q.aquæ.De qua reci.q.ſ.ad diſſoluendum, electuarij de caſſia drac.v.diacithonites ſolutiui dra.i.uel ſcru.ij. rhæobarbari electi drac.i.ſquināti gra.iij.rhæobarbarum cum ſquinanto ſubtiliter pulverizetur,& cum reliquis fiat potus,dulcoretur cum unc.ſ.uel.i.miuæ cydoniorum.*

Vomitus reſtrictio. *Et ſi eſt timor ne euomatur medicina,cū eſt accipiēda, teneat manus in aqua frigida,& cum aſſumpſerit,immediate ponat uentoſam ſuper,uel circa fundū ſtomachi.* *Ventoſæ.*

In forma pilularum.

Pilulæ ſolutiuæ. *Reci.Pilularum de hiera ſimplici ſcrup.ij.rhæobarbari electi ſcrup.i.ſpicæ gra.i. cum miua cydoniorū, pulverizatis,fiant pilulæ v.*

Alteratio,& confortatio.

Cōfortatio, & alteratio pituitæ. *Confortetur in materia phlegmatica,facta eradicatiōe ſimul,& ſemel,remouēdo complexionē (aliàs materiam) frigidam,& humidam à ſtomacho.*

Cōfortatio ſtomachi. *Fiat autē iſta confortatio, confortando digeſtiuam,& retentiuam ſtomachi extra.Fiat ergo tale fomentum.*

Fomentum corroboratiuum digeſtiuæ, & retentiuæ. *Recip. Menthæ,ſpicæ ſiccæ,abſyntbij,camomillæ,roſarum rubearū,florum labruſcæ,an.m.ſ. cinnamomi electi,charyophyllorum,ligni aloes,maſtyches, coralliorum rubeorum,coriandri præparati ſcrup.ij.Contundatur,& bulliant in.ſ.q. aquæ, uini rubei odori ſtyptici, ad conſumptionem tertiæ partis,demū cum ſpongia infuſa, expreſſaq;*

preſſaq́; ſtomacho applicetur, fiat ter, uel quater.

Deinde ſtomachus exiccetur panno lineo calido, & inungatur ſequenti inunctione. exiccatio cũ pãno lineo.

Recip. Olei maſtycis, de ſpica, de abſynthio, ana unc. ſ. cinnamomi electi, caryophyllorum, ligni aloes, calami aromatici, ana drach. ſem. (aliàs unc. ſem.) coralliorum rub. coriandri præparati, roſarum rubearum, ana ſcrup. i. Pulucrizentur, & cum modico ceræ fiat unguentum pro ſtomacho. Inũctio pro ſtomacho.

Secundùm Rhazem ualet lana ſuccida carminata infuſa in oleo de ſpica, ſtomacho applicata. Rhazes lana ſuccida.

Cærotum ad idem.

Recip. Menthæ ſiccæ, abſynthij, & aliarum ſuperius ſumptarum, pro fomentatione, quæ ſubtiliter puluerizentur, & cum reſina pini, ac pice nauali, q. ſ. ad cærotum, in forma ſcuti applicetur ſtomacho. Cærotum ad prædicta cõueniẽs ualde

Quantum autem ad ea, quæ intus ſumuntur, fiat hoc electuarium.

Recip. Aromatici roſati, deſcriptione Gabrielis, unc. i. diagalangæ, unc. ſem. maſtyches, thuris, menthæ ſiccæ, ana drac. ſem. Puluerizentur, & cum ſyrupo de mentha fiat electuarium, de quo recipiat mane, & ſero ante cibum per unam horam, ad quantitatem caſtaneæ. Electuarium ſtomachicũ.

Potus Guainerij confortans ſtomachum, ne recipiat materias ab alijs membris, & uomitum prohibens.

Recip. Miuæ muſorum, unc. i. ſem. ſyrupi de mentha, unc. i. Miſce, bibantur iij. cochlearia.

Ad idem.

Recip. Mithridatici optimi, unc. i. de quo ſumat ad mithridaticũ

quantita-

quantitatem auellanæ pro uice, per quatuor horas ante prandium.

Iulep ad idem.

Iulep ad idē

Recip. *Miuæ aromaticæ, unc. ij. ſyrupi de mentha, de abſynthio, ana unc. ſem. miſce: recipiat de iſto cochlearia ij. ante cibum.*

Materia cholerica ſic confortatur.

Confortatio cholericæ materiæ.

Confortetur membrum, mittens ſcilicet hepar nē mādet, remouendo malam complexionem calidam ab eo, per quam generat choleram, multum epithemando hepar ante cibum, cum tali epithemate.

Epithema pro hepate, ualens in uomitu.

Recip. *Aquæ acetoſæ, endiuiæ, hepaticæ, ana unc. y. ſpodij, roſarum rubearum, ſandali albi, & rubei, ana drac. i. ſpicæ, ſcrup. ſem.* Pulverizentur *omnia, cum dictis aquis miſce, fiat epithema pro corde: cui adde aceti, unc. i. & hoc fiat ter, uel quater.*

Deinde hepar ſic inungatur.

Recip. *Vnguenti ſandalini, unc. ſem. infrigidantis Galeni, drac. ij. Miſce, & ungatur hepar.*

Inunctio pro hepate.

Deinde ſtomachus confortetur, ne recipiat choleram, fomentatione tali.

Fomētatio ſtomachū cōfortās, & cholerā cōpeſcēs.

Recip. *Menthæ ſiccæ (alias ſpicæ) abſynthij, roſarum rubearum, mirtyllorum, coralliorum rubeorum, florum labruſcæ, ſumachij, balauſtiarum, caudæ equinæ, ana man. i. Contundantur craſſo modo, bulliant in aqua ſimplici chalybeata, cum quarta parte uini ſtyptici rubri, ad conſumptionem tertiæ partis, deinde fomentetur ſtomachus, ut ſupra dictum eſt.*

Facta fomentatione inungatur.

Vnctio pro ſtomacho.

Recip. *Olei roſarum, cydoniorum, ana drac. yi. roſarum rubearum myrtillorum, coralliorum rubeorum, coriandri*

præparati,

præparati,ana drac.ſem. Pulverizentur,& cum modico ceræ fiat unguentum pro ſtomacho.

Emplaſtrum expertum contra uomitum, maximè etiam ſtomachum con fortans, quando uomitus prouenitá mate ria calida.

Reci. *Pulpæ cydoniorum ſub cineribus coctorum,unc. iiij.roſarum rubearum,coriandri præparati,ſeminis acetoſæ,ana drac.ſem.maſtyches,macis,ana ſcrup.ij.Pulverizentur,& omnia miſceantur in mortario cum uino cydoniorum ad formam emplaſtri reducatur.* *Emplaſtrum cõtra uomitum.*

Per os exhibeatur iſtud iulep choleræ repreſſiuum, & ſtomachi confortatiuum.

Recip. *Miuæ cydoniorum,ſyrupi roſarum, ſyrupi de acetoſitate citri,ana unc.i. Miſce, & de iſto ſumat ieiuno ſtomacho ij.uel iij.cochlearia.* *Iulep choleræ repreſſiuũ,et ſtõachi cõfortatiuũ.*

Electuarium ad idem.

Recip. *Sacchari roſacei,diacydoniten cum zucchiaro ſine ſpeciebus,ana unc.i. coralliorum rubeorum, coriandri præparati,ana drach.ſem. Reformetur electuarium cum miua cydoniorum : ante cibum ſumat quantitatem caſtaneæ.* *Electuarium ad idem.*

Repreſſiuum choleræ ad idem.

Recip. *Vini granatorum,muſorum,unc.i.ſem.Infundatur mica panis, deinde comedat micam, & bibat uinum granatorum.* *Choleræ repreſſiuum.*

APHORISMI.

1 *IN perturbationibus uentris, & uomitibus ſpontanis,&c. Aphor. 2.lib. 1.*

2 *Vomentes uerò difficulter,& mediocriter,bene carnoſos*

noſos

noſos per inferiora,timentes æſtatem. Aphor. 7 .lib. 4.

3 *Morbis quibuslibet incipientibus,ſi atra bilis uel ſupra,uel infra exierit,lætale.* Aphor. 2 2 .lib. 4.

4 *Ab ileo uomitus,ſingultus,deſipientia,uel conuulſio, malum.* Aphor. 1 0 .lib. 7.

ADDITIONES PROPRIAE.

Salſa mea,omphacomeli uocata,contra ſitim,calorem, anginam,ulcera gutturis,reiectionem prægnantium, & contra omnem uomitum.

Salſa ad uomitũ, ſitim, calorẽ,angi-nam, ulcera gutturis, & prægnãtium reiectionem.

Recip. *Omphaces,id eſt,botros immaturos, ex quibus fit agreſta,q.* v. *Inſolentur quouſque inareſcant, poſt trahatur ſuccus,& exponatur ſoli pro agreſta:& ,ſi placet, adde aliquid de melle (melius de rhodomelite) & decoquantur ſimul ad aliqualem conſumptionem: & erit bonum gargariſma ad apoſtemata colli, & gutturis, & ulcera colli, ſeu faucium, & contra uomitum prægnantium.*

Remedium Rhazianum expertum, ex Antidotario eiuſdem authoris, cap. 1.

Rhazianum ad idem conſilium.

Accipe mora celſi nondum perfectè matura, deſicca ad umbram,pulueriza,& da drac.ij. aufert uomitum eadem hora.

Aliud, ad uomitum purulentum.

Vomitionem purulentam compeſcit rob citri cum xyloaloe,& caryophyllis.

Emplaſtrum optimum in compeſcendo reiectu,ſiue ſit oxyremia,ſiue cholæmaſia.

Emplaſtrũ ad uomitũ,oxyremiam, &

Recip. *Menthæ uiridis,unc.i.fermẽti tritici,unc.i.aceti uini rubei,uel oxyrodini parum. Piſtentur omnia ſicut unguentum liquidum, & ponatur ſuper ſtomachũ nonnihil ſub-*

bil ſubcalfactum, & ſic maneat iij. uel iiij. horis, & citò re-iectionem aſtringit. *cholemaſſā.*

Vomitum, & alui fluorem compeſcit cynoſbati fructus ſiccatus, in uino decoctus, & potus, interna lanugine prius eruncata. *Potus ad uomitū, & alui fluxum.*

DE CHOLERA, SEV CHOLERICA PASSIONE, CAP. XXVIII.

Definitio.

CHOLERICA *paſſio appellatur anguſtioſa cibi corrupti detentio, deinde eius expulſio per ſuperiora, & inferiora.* *Cholera, cholerica paſſio Definitio.*

Alia definitio Galeni, libro definitionum.

Cholera eſt paſſio peracuta, moleſta, atq; grauis, quæ ſtatim hominem ad catarrhum adducit cum uomitu, & uentris deiectione multa, & in tormina inteſtinorum, doloresq́;, deinde in febres recidit. *Definitio alia Galeni.*

Alia eiuſdem definitio.

Cholera eſt paſſio acuta, cū uomitionibus uitioſis, atq; immodica uentris exinanitione, uel eneruatione, & etiam cōtrahuntur ſuræ crurum, infrigidātur q́; corporis partes extremæ: pulſus in ipſis minores fiunt, & imbecilliores. *Alia eiuſdē definitio.*

DIVERSIO.

PRo *diuerſione fiant fricationes circa crura, & brachia.* *Frictio.*

Apponatur uentoſa circa umbilicum. *Ventoſæ.*

Fiant clyſteria attrahentia materiam ad inferiora, de quibus ſupra dictum eſt in alijs. *Clyſteria.*

DIAETA.

IN *frigido, & humido totum regimen declinet ad calidum, & ſiccum: in calido, ad frigidum, & ſiccum.*

CAVSAE.

C*Auſa ſæpius eſt corruptio ciborum in ſtomacho, & inteſtinis: & ſæpius accidit à cibo malo, & multo.*

SIGNA.

1 S*igna manifeſta ſunt, adeſt anguſtia, & dolor in ſtomacho, & inteſtinis, ſentit mordicationem.*

2 *Et quando uenit à tali infuſione choleræ, uel alterius humoris, ab hepate, uel ſplene ad ſtomachum, uel inteſtina, deterior eſt.*

Signa antecedentia, quæ etiam poſſunt eſſe cauſæ.

Signa antecedentia. *Præceßio ſacietatis nauſeatiuæ: multa uentoſitas in corpore, & uentre ante quàm ipſum accidat.*

Canon. 1 *Hæc paßio in principio leuiter toleratur, ſed cum comeſta corrupta expelluntur, tunc efficitur maior, & fortior: iſta eſt ægritudo acuta, & ſine intermißione, uel cũ modica.*

Sitis. 2 *Vehemens ſitis in cholerica, eſt omnino mala.*

Somnus. 3 *Contra, Somnus eis ſuperueniens, eſt bonum.*

Corruptio. Digeſtionis. 4 *Deterior eſt, quæ fit poſt totalem digeſtionis corruptionem, ſeu priuationem.*

Aetas. 5 *Deterior eſt, quæ fit in prouectiore ætate (aliàs perfectiore.)*

Vomitus mortalis. *Quando uomit rem fœtidam, uel ſtercus, eſt mortale, infra quartam diem.*

Vomitus ſalubrior. *Si autem uomit humorem cholericum, uel alium non fœtentem, minus moleſtum eſt, neque de illo timendum.*

CVRA.

CVRA.

LIcet uomitus, & fluxus uentris ſit uehemens, & accidentia terrefacientia, non tamen eſt timendum, ſed cũ medicina ſuccurrendum, ut Rhazes, cap. 1. Cura uomitus cholerici Rhazes.

EVACVATIO.

PRima intentio eſt, euacuare ſuperfluitates corruptas, quæ ſunt in ſtomacho, & inteſtinis, & uenis, quæ ſunt in ſtomacho, & hepate.

Si ergo contingat, quòd à principio moueatur materia ad inteſtina, & ſtomachum, & fiat punctio in ſtomacho, & inteſtinis, & inclinatio ad uomitum, & fluxum uẽtris, adiuuetur natura cum uomitiuo leui, & clyſteri: unde fiat clyſtere. Vomitiuum.

Recip. Aquæ bordei, unc. xy. zucchari, unc. ij. olei cõmunis, unc. iij. uitellum i. oui, ſalis gemmæ (aliàs communis) drac. ij. Fiat clyſtere. Clyſtere.

Vomitiuum leue.

Recip. Aquæ tepidæ, unc. yij. aceti, unc. i. oxymellis ſimplicis, ſyrupi acetoſi ſimplicis, ana unc. i. Miſce: totum bibatur, imponendo poſtea digitum in gutture.

Vbi autem procedit uomitus, & ſimiliter fluxus, medicina nihil debet operari, ſed opus naturæ dimittere. Si aũt ſuperfluat, debet ſumere ſecundùm iſtam intẽtionem. Quãdo medicina operãda, quando non.

Recip. Aquam calidam in bona quantitate: & hoc faciat ſæpius, quoniam lauat ſtomachum, & inteſtina à ſuperfluitatibus corruptis. & Auicenna dicit: Cuicunq; fluxus lauando, inteſtina, & ſtomachus, &c. Reliqua uide apud eundem, cap. proprio. Lauatiuum. Auicenna.

DIVERSIO.

QVando uolueris diuertere materiam à ſtomacho, fiant primò ligaturæ fortes circa adiutoria brachiorum, Ligaturæ.

Ventoſæ. chiorum: apponantur uentoſæ ſine ſcarificatione ſuper carnoſitatem ſpatularum, & ſuper hepar ſimiliter. Si eſt intentio plus diuertere ab inteſtinis, iſtæ poſteriores di-

Ligaturæ. uerſiones conueniunt. Vnde ligaturæ fortes conueniunt

Ventoſæ. circa adiutoria brachiorum: apponantur uentoſæ ſine ſcarificatione ſuper carnoſitatem ſpatularum, & ſuper hepar ſimiliter.

CONFORTATIO, ET INCRASSATIO.

QVando euacuatio ſuperfluit, incraſſanda eſt materia currens ad ſtomachum, & inteſtina, conſtringere uias, per quas materia fluit, & cõfortare ſtomachum, ac inteſtina. Sed nota in hoc caſu, ſtãte fluxu per (aliàs in) ſuperiora, & ſint feces (aliàs ſe-

Vomitus reſtrictio. nes) debemus primò ſiſtere, uel compeſcere uomitum, & dimittere fluxum uẽtris, poſtea uenire ad fluxus uentris curationem: uomitus enim eſt pernicioſior.

Canon. Fiat ergo primò fomentatio talis.

Fomentatio reſtrictiua. Recip. Roſarum rubearum, camomillæ, myrtillorum, ſumachij, hypoquiſtidos, balauſtiarum, corticum granatorum, menthæ ſiccæ, ana man. i. Contundantur, & bulliant in lib. i. uini ſtyptici, ad conſumptionem tertiæ partis, fo-

Exiccatio cũ linteolis. mentetur mox ſtomachus, & exiccetur cum panno calidè, & inungatur ſequenti inunctione.

Vnctio ſtyptica, & ſtomachi confortatiua. Recip. Olei roſarum, cytoniorum, ana drac. vi. ſandali rubei, corallorum rubeorum, ſeminis roſarum, balauſtiarum, ana drac. ſem. maſtyches, gran. ij. (aliàs drac. ij.) Puluerizentur, & cum modico ceræ fiat inunctio: eſt enim ſtyptica, & ſtomachi confortatiua.

Applicamentum ad idem.

Ad idẽ applicamentũ. Recip. Roſarum rubearum, ſandali albi, & rubei, ſeminis roſarum, coralliorum rubeorum, coriandri præparati, ana, drach.

ana drach.i.pulueriꝫentur omnia ſubtiliter,& infundantur in aquæ roſarũ unc.y.aceti drac.i.ſ. (aliàs unc.i.ſ.) olei cytoniorum unc. i. miſce, infundantur peciæ, quæ expreſſæ ſuperponantur ſtomacho, & cũ una exiccatur, apponatur altera.

Cærotum ad idem.

Recip. *Turis, maſtyches, ana drach.i.ſ.ladani puri, drach. i.roſarum rubearũ,coralliorum rubeorũ, & alborum,coriandri præparati, ſeminis roſarũ,ana drach .i.ſ. menthæ ſiccæ,abſynthij,ana drach.ſ. gummi diſſoluantur in aceto, cætera pulueriꝫentur, & cum rheſina pini,ac terebentina.q.ſ.fiat cærotum,in forma ſcuti.* Scutũm ſtomachale.

Quidam faciunt ſic.

Recip. *Maſtiches unc.ſ. diſſolue in oleo cytoniorum, cum modico aceti, & albumine oui, ſimul miſce, extendatur ſuper petiam.* Aliud ſimile

Alij aliter,eſt uetularum,& bonum.

Reci. *Medullæ panis, torreatur, & piſtetur in mortario, in uino rubeo, odoro, ſtyptico, & ſuperaddantur iſti pulueres.* Emplaſtrũ ad idem.

Reci. *roſarum rubearum, coralliorum rubeorum, coriandri præparati,antheræ,charyophyllorum,macis,ana drach.ſ.Fiat ex hijs puluis ſubtilis,aſpergatur ſupra medullam panis dicti,fiat emplaſtrum.*

Aliud ad idem.

Reci. *Cytonia ij.uel iij.& ſub cineribus coquãtur,poſt reci. pulpã, & cum ſupradictis pulueribus,miſce cũ oleo cytoniorum.q.ſ.ad impinguandum,fiat emplaſtrum.* Aliud ad idem.

Ad compeſcendum fluxum uentris. Fluxus uentris reſtrictio.

Recip. *Olei roſati,omphacini unc.i.maſtyches,galliæ moſchatæ,gallarũ,roſarũ rubearum,antheræ,ana drac.i.*

Puluerizentur ſubtiliter, & primo inungatur uenter cũ dicto oleo calido, quantum poteſt ſuſtinere, deinde aſpergatur uenter cum puluere dicto.

Electuarium ad idem.

Reci. Diacitboniten cum zuccaro ſine ſpeciebus, zucchari roſati antiqui, ana unc. i. coralliorum rubeorũ, coriandri præparati, puluerizatorum, ana drac. i. miuæ cydoniorum. q. ſ. Fiat electuarium, de quo detur ante cibũ per horam ad quantitatem caſtaneæ.

Aliud fortius ad idem, quando alia non contulerint.

Epithema dyſenteriæ, & cholere reſtrictiuũ. Recip. Maſtiches unc. ij. aliàs drach. ij. diſſolue in oleo roſarum, cum aqua (aliàs albumine oui) fortiter commiſce, donec ueniat ad formam linimenti, deinde infundantur petiæ lineæ, & una applicetur circa dorſum, & alia circa uentrem anterius.

Pilulæ ad idem.

Pilulæ ad idem. Reci. Pilularum de cynogloſſa ſcrup. i. gra. iiij. Fiant pilulæ numero tres. Dentur eundo dormitum, diebus interpolatis.

Aliæ ad idem.

Aliæ æquiualentes. Recip. Pilularum ſtypticarum Nicolai, ſcrupu. iiij. Fiant pilulæ paruæ numero decẽ: de quibus ſumat quinq; ante diem per horam.

CORRECTIO ACCIDENTIUM, QUAE SOLENT EUENIRE.

Accidẽtium correctio. Syncopis. Doctrina. Syncopis prouenit ex fumo, fumus enim eleuatus à membris corruptis, uel ex reſolutione ſpirituũ, quæ prouenit ex ſuperflua euacuatione per ſuperiora, & inferiora. Succurratur ergo ijs quæ applicantur extra, & intus.

Extra fiat epithema hoc.

Reci. Aquarum boraginis, bugloſſæ, meliſſæ, acetoſæ, roſarum, ana unc. v. uini maluatici unc. iij. uel. iiij. aceti, uini albi boni unc. i. ſ. ſpecierum cæroti ſandalini abſq; cera, & oleo ſcru. ſ. aliàs unc. ſ. puluerum cordialiũ pro epithemate drach. v. Miſce, fiat epithema pro corde, & cũ petia de grana infuſa, in tali liquore, epithemetur cor, bis, uel quater ante cibum. Epithema cordiale.

Intus ſumatur hoc electuarium.

Recip. Bugloſſati, diaboraginati, ſacchari roſarum (aliàs zucchari diacydoniten ſine ſpeciebus) ana unc. i. gemmarum ingredientium electuarium de gemmis ſine ſpeciebus drach. i. & cum ſyrupo de acetoſitate citri, fiat electuarium. Pro nobilibus ſupponãtur folia auri nume. ij. De quo exhibe ante cibum, mane, & ſero, ad quãtitatem caſtaneæ magnæ. Electuariũ ſtomachale & cordiale.

Aliud accidens eſt.

Vigiliarum inſtantia: contra quod utatur prouocantibus ſomnum. De quibus ſupradictum eſt, capite de phrenitide. Et per exteriora de balneis, & unctionibus, & cũ ijs, quæ applicantur intus. Somnũ prouocantia. Balneum. Vnctio.

DIAETA.

AEr tendat ad temperamentũ in actiuis, & in paſſiuis ad ſiccum, naturaliter, uel artificialiter, cum rebus applicatis, circa aerem cameræ.

Cibus, ſi uirtus eſſet debilis propter nimiam ſolutionẽ, & euacuationem, ſit facilis digeſtionis, boni nutrimenti, & paucarum ſuperfluitatum, debet multiplicari numerus ciborum, & diminui quantitas.

Vnde carnes ſint pullorum, ut & in alijs dictum eſt. Pulli.

Sumat ſemper ante cibum duo uel tres cochlearia hu=

 ius

ius iulepi.

Iulep ſtomachale. Reci. *Syrupi de mentha, cum ſucco granatorum, miuæ cytonirum, ana unc.ij. miſce.* De hoc *exhibeatur, ut dictum eſt.*

Fructus. Cydonia. Vitet *omnes fructus, exceptis cydonijs, quibus poteſt uti, ſumendo duos bolos de ipſis, coctis ſub prunis, uel cineribus.*

Cibus. Milium. *Cibus aptus ſit milium coctum in brodio ſupradicto, addendo illi pulueris coriandri præparati, coralliorũ rubeorum, ana ſcrup.i. pro uice.*

Potus ſit uinum. Potus *conueniens ſit, uinum aliqualiter odorum, rubrum, & habens aliquid ſtypticitatis.* Lymphetur *ſi opus eſt, cum aqua chalybeata.*

Somnus. Quies. Dormiat *ſeptem uel octo horis, & ſi poßibile eſt naturaliter, uel artificialiter.*

Clyſtere ad uentrẽ ſtrictũ poſt fluxum. Quies *magis conuenit, quàm motus.* Si *autem contingat, quòd uenter ita reſtrictus eſſet, poſt fluxum, leniatur cum clyſteri facto ex iure pullorum, uel caſtratorũ, ut ſequitur hoc modo.* Reci. *brodij caporum, uel caſtratorum, lib.i. zucchari rubri unc.ij. olei cõmunis unc.iij. uitellum i. oui, ſalis drac.ij. miſce pro clyſteri.*

Animi accidentia. Lætitia. Coitus. Vitet *accidentia animi, facientia humores ebullire, ut iram, furorem: fugiat ſolicitudinem, triſtitiã, & huiuſmodi, quia hæc debilitant uirtutem.*

Lætetur, & *gaudeat: coitus tamen omnino inconuenıens eſt.*

ADDITIONES PROPRIAE.

Ventoſa. S*Vperfluum cholericum uomitum curat, uentoſa magna, applicata prope fundum ſtomachi, quia per illã materia trahitur ad partes inferiores.*

Gerardus de Solo. *Gerardus de Solo ſic inquit. Accipiebat de pane contuſo drac.*

ſo drac.ij.& drach.ij.maſtyches,cum uino aromatico,& in ſacculo ponebat ſuper ſtomachum. *Sacculus ſtomachalis.*

Sed melius.Capiatur panis inciſus in fruſtra,& exicetur,poſt infundatur in uino rubeo ſtyptico, deinde ipſo humectato,contundatur,donec reddatur in forma emplaſtri,poſt addantur ſequentia. *Emplaſtrũ ad idem melius.*

Cinnamomũ,abſynthium,charyophylli,mentha,& facimus emplaſtrum,& ponimus ſuper ſtomachum.

Vel ſi non uellemus ita calefacere,accipiamus ex corticibus granatorum, uel floribus eius, & alijs ſtypticis, cum modico uini, uel aceti, infuſis in eo, & ponimus ſupra ſtomachum. *Aliud ad idem.*

Bolus choleræ ſolutiuus.

Reci. Electuarij de ſucco roſarum unc.ſ.zucchari.q.ſ. fiat bolus deauratus. *Bolus ſolutiuus.*

Pilulæ ad idem.

Reci.Rhæobabari electi drach.i.ſpicæ gra.iij.fiant pilulæ cum ſyrupo roſarum,& ſit doſis.i. *Pilulæ ad idem.*

Clyſtere ad idem.

Reci. Camomillæ,mercurialis,maluæ,blitis,centaureæ minoris,ana.m.i.aniſi,marathi,ana unc.ij.chartami,agarici,polypodij.ana unc.i.fiat decoctio, de qua accipe lib. i.ſ.in aqua diſſolue,caſiæ,farinæ zucchari,an. unc.i.diaphœniconis,uel electuarij Indi maioris drac.vi.uel unc.i. olei chamomalini unc.iij.ſalis triti drac.ij.fiat clyſtere.

Clyſtere ad idem.

Reci. Decoctionis blitis unc.vij.ſ. bauracis drach.i.ſ. zucchari rubri drach.x.olei roſacei,ſeſamini,ana drach. vij.uel unc.i.miſce,fiat enema. *Aliud ad idem.*

DE STOMACHI DEBILITATE, CAP. XXIX.

Definitio.

Stomachi debilitas. Definitio.

DEBILITAS *ſtomachi, eſt diſpoſitio ſtomachi, quando non bene digerit, & conturbat eum cibus uehementer.*

Galenus. *Ventriculi debilitas, morbũ eſt occaſio, teſte Galeno.*

CVRA.

Cura. *CVra nocumenti digeſtionis, à mala complexione frigida, cum materia phlegmatica, completur iſtis intentionibus.*

Pilulæ ante cibum. 1 Nota quòd euacuando à ſtomacho, damus pilulas ante cibum.

Fortia medicamina uitãda. 2 *Porrò nõ eſt utendũ fortibus medicinis, ne trahãt materiã ad ſtomachũ, ab alijs mẽbris, quæ magis nocent, niſi ponãtur in pauca quãtitate, & fit aliquãdo in ſequẽtibus.*

MINORATIO.

Pilulæ. *REci. Pilularum ex aloe lota ſcrup. ij. fiãt pilulæ v. uel vij. dentur ante cibum per horam i. uel ij.*

Aliæ ad idem.

Aliæ ſimiles. *Idem faciunt pilulæ aloephanginæ drach. ſ. fiant pilulæ ſeptem, dentur ut ſupra.*

DIGESTIO.

Digeſtiuũ. *REcip. Syrupi de corticibus citri, mellis roſati, oxymellis ſimplicis, ana unc. ſ. aquarum abſynthij, meliſſæ, bugloſſæ, ana unc. i. miſce.*

EVACVATIO.

Pilulæ. In forma pilulari.

REci. Pilularum ſtomachicarum Meſuei, drac. i. fiant pilulæ

pilulæ vij.dentur in diei crepuſculo.

Poſt ad quinque horas lauatiuum, ex brodio pulli non ſaliti ad v. unc. cum unc.ſ. ſacchari duarum coctionum, mox poſt horam ſumat prandium. Lauatiuum.

Aliud in forma potabili.

Reci. *Florum boraginis,bugloſſæ,meliſſæ,an.m.ſ.paſſularum enucleatarum,liquiritiæ raſæ,ana unc.ſ.ſebeſten viij.iuiubarũ x.cinnamomi electi, galangæ, ana ſcrup.ij. bulliant in.ſ.q.aquæ abſynthij, ad conſumptionẽ medietatis.De colatura reci.q.ſ.ad diſſoluendum diacatholiconis unc.ſ.electuarij de dactylis drach.i.ſ. electuarij eleſcoph, ſcrup.ij.miſce,fiat potus,dulcoretur cum ſyrupo de corticibus citri,detur in diei crepuſculo.* Potus cõfortatiuus ſtomachi.

Pilulæ Conciliatoris ad idem,cap.19.&.21.de nocumentis digeſtionis.Primo ex quibus eſt debilitas,&c. Pilulæ Cõciliatoris.

Confortatio, & alteratio.

Stomachus confortetur, & remoueatur mala eius cõplexio frigida.Primo cum extra applicatis. Cõfortatio, et alteratio.

Primo cum fomentatione.

Recip. *Menthæ ſiccæ,abſynthij,camomillæ, ana.m.i. galangæ,nucis moſchatæ,macis, cinnamomi electi, calami aromatici,ana ſcrup.ij.Cõtundantur craſſo modo, bulliant in.ſ.q.uini odori, ad conſumptionem tertiæ partis, deinde cum ſpongia infuſa, in iſta decoctiõe,& expreſſa, ſtomacho applicetur,cum incipiat tepeſieri remoueatur, & de nouo reiteretur ter,uel quater.* Fomẽtatio.

Deinde exiccetur ſtomachus, panno calido, & ungatur iſta inunctione. Exiccatio cũ lintheolis.

Reci*Olei de maſtyche,de ſpica,de abſynthio,ana unc. ſ.cinnamomi electi,charyophyllorum,ligni aloes, calami aromatici,galangæ,ana ſcrup.ſ.uel.i.ladani puri drac.ſ.* Inunctio cõfortatiua ſtomachi.

Pulueriʒentur, & cum modico ceræ, & dictis oleis ſiat unctio pro ſtomacho. Remouet malam complexionẽ ſtomachi frigidam, & confortat ſtomachum.

Cærotum ad idem.

Reci. *Menthæ ſiccæ, abſynthij, roſarum rubearum, camomillæ, ana.m.ſ.ſpicæ ſcru.ij.calami aromatici, macis. charyophyllorum, ligni aloes, ana ſcrup.ij. Pulueriʒentur ſubtiliſſime, cum reſina pini, & pice nauali fiat cærotum, in forma ſcuti.*

Ad idem remedium.

Applicamẽtum. Reci. *Lanam carminatam, infundatur in oleo de ſpica ualde calida, & illa expreſſa, ſuper ſtomachũ ligetur.*

Emplaſtrum ad idem.

Recip. *Pulparum cytoniorum coctorum ſub cineribus libram.i. ʒinʒiberis, calami aromatici, cyperi, galangæ, caſiæ ligneæ, piperis, ana ſcrup.i.ſ. omnia pulueriʒentur, & cum pulpa cytoniorũ, & ſucco eorũdem, reficiatur emplaſtrum, quod ſtomacho calide apponatur.*

Intus applicetur hoc.

Cõfortatiuũ Recip. *Diagalangæ, aromatici roſati, ana unc.i. De hoc ſumat ante cibum per duas horas, ad quantitatem caſtaneæ magnæ.*

Formulæ ad idem.

Rotulæ confortatiuæ. Reci. *Cinnamomi electi drach.i. ligni aloes drach.ſ. ʒinʒiberis ſcrup.i.macis, calami aromatici, ana ſcrup.ſ. Pulueriʒentur omnia ſubtiliter, & cum ʒuccaro taberʒeth, diſſoluto in aqua abſynthij, fiat cõfectio ſolida in rotulis, quarum quælibet ſit drach.iij.ſumat.i.pro uice.*

Iulep ad idem.

Reci. *Charyophyllorũ, cinnamomi electi, calami aromatici,*

matici, ana drac. i. Bulliant in aqua abſynthij, meliſſæ, ana q. ſ. ad conſumptionem medietatis: deinde, colaturæ adde ſyrupi de corticibus citri, mellis roſati colati, ana unc. iij. quæ iterũ bulliant donec ueniãt ad formã iulepi, & detur.

ACCIDENTIVM CORRECTIO.

Correctio accidentium completur hijs, quæ remouẽt accidentia, qualia ſunt, ſyncopis, tremor cordis ut plurimum, quibus ſuccurritur cum confortantibus cor ſupra, &c. Syncopis, tremor cordis. Cõfortatiua

EVACVATIO.

Fiat euacuatiuum leue, & non forte, ne ad ſtomachum trahantur materiæ: detur ergo iſta medicina in forma boli, euacuans à ſtomacho, & non ab alijs remotis. Euacuatiuũ leue.

Recip. Caſſiæ optimæ, unc. i. rhæobarbari electi, drac. i. ſpicæ, gran. iij. Quibus ſubtiliter puluerizatis cum ſpica, & caſſa, miſce, fiat bolus cum zucchAro. Bolus ſolutiuus.

Ad idem in forma pilulari.

Recip. Aloes lotæ, rhæobarbari electi, ana ſcrup. i. maſtyches, corticum myrobalanorum, citrinorum, ana ſcrup. ſem. Puluerizentur ſubtiliter, reformentur pilulæ y. cum ſyrupo uiolarum, dentur mane in crepuſculo diei. Pilulæ ad idẽ

Mala complexio remouetur ab intra ſic.

Recip. Zucchari roſati, uiolati, diatriaſandalorum, ana drac. yi. Miſce cum ſyrupo de endiuia, fiat electuarium. Electuarium cõfortatiuũ.

Iulep ad idem.

Recip. Syrupi acetoſi, de cytonijs, ordinati à Rhaze in textu, ſyrupi de ribes, ana unc. i. Miſce, dentur ij. uel iij. cochlearia ante cibum. Iulep ad idẽ.

Aqua hordei eſt etiam conueniens.

Circa exteriora, fiat unctio iſta pro ſtomacho. Vnctio ſtomachica.

Recip. Olei cytoniorum, roſarum, ana drach. yi. corallorum

liorum rubeorum,coriandri præparati,ſandali citrini,ana drac.ſem.uel i.roſarum rubearum,drac.i. Puluerizentur *ſubtiliter,& cum modico ceræ fiat unctio.*

Fomentatio ad idem.

Fomentũ ad idem. Recip.*Roſarum rubearum,florum labruſcæ,ana man.i.ſem.abſynthij,man.i. coralliorum rubeorum, coriandri præparati,ſandali citrini,ana drach.i.* Contundãtur, *& bulliant in ſ.q.aquæ,ad cõſumptionem tertiæ partis,deinde cũ ſpongia infuſa, ita quòd multũ calida applicetur, & poſt exiccetur locus, & inungatur cũ unctione dicta.*

Exiccatio. Vnctio.

DIVERSIO.

Clyſteria. D*Iuertatur materia cum clyſterijs,fricationibus, & ligaturis.*

Accidentia. *Accidentia remoueantur cum medicinis appropriatis: de quibus Authores tractant.*

Galenus. De *hac materia uide Galenum in yij.de ingenio ſanitatis,& de locis affectis,& in yiij.Myamir.*

ADIECTITIAE MEDELAE.

P*Ro mundificatione ſtomachi recipiat has pilulas.*

Pilulæ. Recip. *Pilularum aloephanginarum,ſtomachicarum de hiera,ana ſcrup.i.diagridij,gra.iij.* Fiant *pilulæ cũ aqua menthæ: dentur ſummo mane ſingulatim deuorandæ.*

Tragæa debilem ſtomachũ poſt mundificationem factam cũ pilulis meis ſtomachicis,miro modo confortans,mihi cõmunicata à generoſo domino Comite Naſſauienſi.

Trageа. Recip. *Maſtyches,partes yiij.caryophyllorum,galangij,ana*

gij, ana partes iiij. cubebarum, gingiberis, macropiperis, cinnamomi, pulegij, menthæ ſiccæ, ſpicæ indæ, calami aromatici, pulueris pelliculaꝛum ſtomachi gallinarum, macis, nucis moſchatæ, marathri, aneſi, xylobalſami, xyloaloes, ana partes ij. pulueris ſacchari, q. ſ. pro dulcoratione, ita tamen ut odor, & ſapor ſpecierum præualeat, & fiat tragæa ſecundum artem.

Alia tragæa ad idem.

Recip. Diagalangij, drac. iij. diacucumeris, drac. ij. pulueris ſtomachici confortatiui, drac. i. gingiberis, unc. ſem. ſacchari albißimi, quart. i. Miſce, fiat tragæa. **Alia ad idē.**

Salſa bona ad prouocandum appetitum, & ad omnia ſtomachi uitia à cauſa frigida, & humida.

Recip. Menthæ, cinnamomi, galangæ, ana, q. v. piperis parum. Miſce cum aceto, & fiat ſalſa. **Salſamētum**

Medicamen expertum contra ſtomachi paſſiones, de cauſa frgida.

Recip. Galãgij, nucis moſchatæ, trium generũ piperis, cinnamomi, ſpicæ, zinziberis, caryophyllorum, ana drac. ij. dyptami albi, zedoariæ, calami aromatici, aneſi, marathri, ameos, ſiſeleos, carui, cimini macedonici, ana drac. i. conſeruæ citrangulorum, unc. i. cum ſyrupo, uel miua cydoniorum. Fiat electuarium arte. Doſis, drach. i. ieiuno ſtomacho, maximè digerit, & infrigidatum ſtomachum calefaciendo roborat. **Electuarium**

His peractis, applicetur emplaſtrum de pane aſſo, in hunc modum.

Recip. Mẽthæ, abſynthij, maſtyches, pulegij, ana man. i. Decoquantur in uino, cui adde panis aßi, & roſarum, ana man. **Emplaſtrum de pane aſſo**

ana man.i.fiat emplaſtrum.

Aliud ad idem.

Recip.Roſarum,ſandalorum, omnium generum mentharum,pulegij,ana man.ſem.farinæ hordei,unc.i.uel ij. Fiat emplaſtrum ut ſupra.

DE STOMACHI DOLORE, CAP. XXX.

Definitio.

Definitio. Cauſæ.

DOLOR *ſtomachi eſt ipſius ſtomachi triſtis quædam ſenſatio,à mala complexione ſine materia,uel cū materia, aut à ſoluta cōtinuitate,uel ſimul ab utraq; proueniens,& talis quādoq; ab apoſtemate,quandoq; ſine:cauſatur & interdum quoque à uermibus,ab humoribus,ut ſanguine,phlegmate,& utraque bile,à uentoſitate,à re mordicante,&c.*

APHORISMI.

Aphoriſmi Hippocratici.

1 I*N febribus circa uētriculum,& fortis æſtus,& cordis morſus,uel dolor,malum. Aphor. 65.lib.4.*

2 *Famem thorexis, id eſt, uini potio ſoluit. Aphoriſ. 21.lib.2.*

Omiſſis cauſis,ſignis, & præſagijs, ſequitur cura doloris ſtomachi.

CVRA.

Sacculus confortatiuus.

R*Ecip.Mēthæ ſiccæ,abſynthij,camomillæ,roſarū rubearū,ana man.ſ.pulegij,calamēti,ruthæ,ana man.ſem. cinnamomi electi, calami aromatici, galangæ, ligni aloes,ana drac.i.Cōtundantur craſſo modo,fiat ſacculus, in quo*

in quo ponantur dicta calida in tegula.

Prodeſt etiam indui pellibus uulpinis, confortando calorem naturalem temperatè, quia nimius calor reſolueret illum paucum calorem naturalem, & debilitaret eum, & ſic noceret. Proin *cauendum eſt à nimium calidis.* *Pelles uulpinæ.* *Nimis calida uitanda.*

Emplaſtrum uentoſitatum reſolutiuum.

Reci. *Lanæ inciſæ ſubtiliſſimè, lib. ſem. mellis, lib. ſem. Miſce, pone ad ignem.* Deinde *recipe gingiberis, galãgæ, cinnamomi electi, calami aromatici, ana drac. i. aniſorum, fœniculi, carui, ameos, ana drac. ij.* Pulueriʒentur *omnia, & addantur dictæ miſturæ, miſce, fiat emplaſtrum uentoſitatum reſolutiuum, ponatur ſupra ſtomachum.* *Emplaſtrum pro uentoſitatibus.*

Item ualet uentoſa magna circa umbilicum, ſi uis per inferiora ducere, uel paulò ſupra. Si per ſuperiora, fiat ſolutio (aliàs reſolutio) & confortatio cum communi doſi therebentinæ, quæ eſt unc. ſem. *Ventoſæ.* *Therebentina.*

Recip. *Therebentinæ optimæ non lotæ, unc. ſem. inuoluatur in hoſtia, & tranſglutiatur, poſt detur optimum uinum. Aliqui exhibent aquam ardentem ad unc. i. ſtomacho ieiuno: quidam dant drac. i. theriacæ diſſolutæ in uino maluatico.* *Cura.* *Vinum.* *Vinũ ſublimatum.* *Potus.*

A proprietate etiam confortant pelliculæ interiores ſtomachi gallinarum. *Stomachus gallinarum.*

Item drac. i. pulueris radicis pæoniæ cum uino. *Potus.*

Electuarium Leonellianum, dandum mane, quando ſurgit.

Recip. *Cinnamomi electi, galangæ, ligni aloes, calami aromatici, ana drac. i. ſem. (aliàs unc. i. ſem.) radicis pæoniæ, drac. i. tunicarum intrinſecarum ſtomachi gallinarũ præparatarum, drach. i. menthæ ſiccæ, pulegij, ana ſcrup. ij.* Pulueriʒentur *omnia ſubtiliter, & cum melle cocto, &* *Electuarium ad prædicta expertum.*

deſpu-

deſpumato, uel zuccharo diſſoluto in aqua meliſſæ, q. ſ. Fiat electuarium, de quo recipiat drac. i. ſem. pro uice ſto macho ieiuno; nam ſtomachum confortat, dolorem remouet, & reſoluit uentoſitates.

Effectus electuarij.

Quidam extra communiter accipiunt ſcutellam plenam cineribus calidis, deinde aſpergunt cum uino, & iniijciunt aliquos pulueres ſpecierum, & deſuper ligant pannum lineum, & ſic calefaciunt ſtomachum ſuper ipſum ponendo.

Meſueus.

Puluis à me (aliàs à Meſueo) expertus, etiam in mulieribus prægnantibus, de quibus dubium erat ne propter uentoſitates abortum facerent.

Puluis ad uẽtoſitates.

Recip. Cimini in aceto infuſi per noctem, & poſtea torrefacti, drac. ij. ameos, zinziberis, caſtorei, ana ſcru. ij. Piſtentur ſubtiliſſimè, & cribrẽtur. Eſt doſis, ſcrup. iiij. cum paruo potu uini, & uſus per plures dies. Hic puluis me nunquam ſolet decipere.

Electuarium ad idem.

Rhazes.

Item electuariũ de baccis lauri, cui non eſt par in diſſol uendo uentoſitates, ſecundùm Rhazem 9. Almanſoris.

Diaſpermaton.

Ad idem ualet, & à me expertũ eſt diaſpermaton, id eſt electuarium de ſeminibus, quod ponitur in Antidotario Meſuei.

Meſueus.

Cõfectiones.

Ad idem ualet diagalanga, & diaciminũ, & dianiſum: de aliquo iſtorum exhibeatur ſecundùm exigentiam. Vide Bauerium fol. 66. idem 121.

Bauerius.

ADDITAMENTA PROPRIA.

Cholera eſt doloris cã.

VT plurimum talis dolor in febre prouenit ex cholera, cum

ra, cum effunditur ex hepate ſecundùm plurimum, quæ ſui acuitate mordicat, & dolorem infert.

CVRA.

Cum euacuatione illius materiæ, & diuerſione maximè ante paroxyſmi principium, & principium effuſionis eſt per uomitum etiam, & tunc confortetur ſtomachus ne recipiat, cũ buccella panis infuſa in aliquo ſucco frigido ſtyptico, ut uino granatorum, uel cydoniorum, cum rob de cydonijs, & rob de ribes, & rob de myrthillo. Item cum conſeruis roſarum, ſeu cydoniorum, data ante acceßionem. Vomitus. Panis. Conſerua.

Auic. Detur ſyrupus de malis ſtypticis, uel cydoniorũ. Auicenna. Syrupus.

Fiat unctio.

Ex oleo cydoniorum, myrthi, roſarum, cum puluere corralliorum, roſarum, & coriandrorum præparatorũ, cum ligno aloes. Vnctio.

Petrus Apponenſis inquit: ad confortandum ſtomachũ febricitantis, & ad remouendum dolorem, ab eo, ex uentoſitatibus, prodeſt illa unctio. Petrus Apponenſis.

Recip. Olei myrthini, roſati, ana. Bulliant in eis maſtyx, olibanum, & ex eo ungatur ſtomachus, & ſi ſuperaſpergatur puluis roſarum, & coralliorum cum coriandris præparatis, remouet ſæpe nauſeam. Vnctio. Puluis.

Emplaſtrum reſtringens ardorem ſtomachi febricitantis, & uomitum, ac ſubuerſionem, & remouet dolorem.

Recip. Succi ſolatri, ſucci abſynthij, ana unc. ij. farinæ hordei, unc. i. ſem. maſtyches, unc. ſem. roſarum rubearum pulerizatarum, unc. i. Fiat conglutinatio cum ſupradictis, & ſtomacho applicetur. Emplaſtrum

Si dolor

Phlegma. Si dolor eſſet ab humore phlegmatico.

Euacuatio per uomitũ, & ſeceſſum. Euacuabis uomitu, & ſeceſſu: & detur poſt euacuationem ſyrupus de mentha in maiori quantitate: ſyrupus roſarum in minori quantitate.

Syrupus. Poſt inungatur ſic.

Inunctio. Cum oleo de ſpica, nardino, maſticino, &c.

Si à uentoſitate fuerit.

Ventoſitas. Ventoſatio. Fiant diuerſiones: uentoſa ſuper umbilicum apponatur magna, & reiteretur pluries.

Inunctio. Pulvis. Et ſtomachus, oleo ruthaceo, nardino, & camomellino inungatur, & aſpergatur puluis caryophyllorum, cinnamomi, & coralliorum.

Sacculus. Fomentatio. Fiat ſacculus ex flore camomillæ, ameos, ſtycados, aniſi, cimini, carui, ſemine fœniculi. Aut fomentetur ſtomachus cum ſpongia, aut filtro cum decoctione iſtorum, & poſtea aſpergatur puluis ameos, cimini, carui, & aniſi.

Epithẽa ſtomachichũ. Panis tritici coctus, ex furno abſtractus, per medium ſcindatur, & aſpergatur ſubitò oleo, & melle, & ſtomacho ſuperponatur.

Si materia fuerit frigida, & adfuerit dolor.

Puluis. Cholera. Aſpergatur panis dictus, infuſus in uino bono, puluere carui, ſpicæ, menthæ, cinnamomi, & abſynthij.

Si fuerit dolor à cholera retenta in ſtomacho.

Applicamẽtũ ſtõachale Facta purgatione, aſpergatur panis ille in aqua roſata cum modico aceti, & ſupra proijciatur puluis roſarum, & applicetur ſtomacho.

Si fuerit propter potum aquæ frigidæ.

Potus aquæ frigidæ. Dentur calida, & cum tegula, ſeu panno calido ſtomachus fomentetur.

DE APO-

DE APOSTEMATE STOMACHI, CAP. XXXI.

Definitio.

APOSTEMA *ſtomachi eſt quædam collectio noxiorum humorum in uentriculo coaugmentata.* *Stomachi apoſtema. Definitio.*

De differentijs, & generibus apoſtematis ſtõachi, uide Michaelem *Sauonarolam, in cap: proprio de apoſt. ſtomachi, &c.* *Michael Sauonarola.*

CVRA.

C*Irca curam apoſtematis ſtomachi.* Nota, *quòd in apoſtemate calido ſtomachi, primo fiat phlebotomia baſilicæ dextræ, ad v. uel vi. unc. ſanguinis ſecũdum tenorẽ uirtutis, & hoc pro diuerſione, & minoratione.* *Phlebotomia baſilicæ*

Sed ſi ſit conſtrictio uentris, fiat prius lenitio uentris cum clyſteri ſequenti. *Ventris ſolutio.*

In cauſa calida.

Reci. *maluæ, uiolariæ, brancæ urſinæ, mercurialis, abſynthij, ana. m. i.* Fiat *decoctio ad medietatẽ.* Colati *recipe ſelibram uel pluſculum, in quo diſſolue unc. ij. olei uiolacei unc. ij ſalis gemmei drach. ſ. uel, ſi magna ſit duritia uentris, drachmam integram, electuarij de ſucco roſarum drach. i. oxymelitis* Nicolai *laxatiui drach. ij. miſce, & inijciatur per clyſtere.* *Clyſtere in cauſa calida ſolutiuum.*

Aliud in cauſa frigida.

Reci. *Abrotani, calamenti, origani, camomillæ, menthæ, ana. m. i. furfurum bordeaceorũ pug. iij. florum fœniculi. m. ſ. decoquantur in. ſ. q. aquæ, ad conſumptionem medietatis.* In *colatura reſoluantur, olei ueteris, ruthacei, & irini, ana unc. i. hieræ picræ unc. ſ. benedictæ drach. ij.* *Iu frigida cauſa clyſtere ſolutiuũ.*

ſalis parum, detur ut ſupra.

Ventoſæ. Fricatio. Facta phlebotomia, ſi materia adhuc eſt in fluxu, tunc diuertatur cum uentoſis, & fricationibus.

Saphena. Si autem ſit propter retentionem ſanguinis menſtrui, uel hæmorrhoidum, fiat phlebotomia ſaphenæ.

Repercuſsio. Deinde fiat fortis repercuſsio in principio.

Applicamẽtum. Reci. olei cydoniorum, roſarũ, myrthini, ana unc. i. miſce, infundantur petiæ lineæ, & applicentur ſtomacho.

Linimentum ad idem.

Ad idem linimentum. Reci. Sandali albi, & rubei, roſarum rubearum, myrtillorum, coriandri præparati, coralliorum rubeorum, ana unc. i. uel. ſ. pulueriezentur ſubtiliter omnia in unc. v. uel yi. aquæ roſarũ, ſucci cydoniorũ unc. ij. miſce, deinde infunde petias lineas in liquore, quæ expreſſæ applicẽtur.

Emplaſtrum ad idem.

Reci. Farinæ hordei, fabarum, lentium excorticatarũ, ana drach. ij. aliàs unc. ij. roſarum rubearum, myrtillorũ, ſumachij, balauſtiarum, corticum granatorum, ana. m. ſ. omnia iſta piſtentur ſubtiliſsime, deinde aſpergatur oleo cydoniorum, & roſarum. q. ſ. & fiat emplaſtrum, quod ponatur ſuper locum dolentem.

Vnctio ad idem.

Ad idem unguentum. Recip. Olei roſarum, cydoniorum, ana drach. iij. boli armenij, roſarum rubearum, coralliorum rubeorum, coriandri præparati, ana ſcrup. ij. pulueriezentur, & cũ modico ceræ, fiat ugnuentum.

In augmento apoſtematis illius.

Augmẽtum apoſtematis. Reci. Eadem remedia, addendo tantũ reſolutiua: unde fiat iſta unctio.

Vnctio. Reci. Olei roſati unc. ij. olei camomalini unc. i. ſ. Infundantur petiæ, & applicentur.

Lini-

Linimentum.

Reci. Roſarum rubearũ, camomillæ, ana.m.ſ. menthæ ſiccæ, myrtillorum, ana dra.i.ſubtiliter puluerizentur, & diſſoluantur in aqua roſarũ, abſynthij, ana unc.y. deinde infundantur petiæ, quæ expreſſæ, loco imponantur. Linimentũ.

Emplaſtrum ad idem.

Procedente augmento adminiſtretur.

Recip. Menthæ ſiccæ, camomillæ, abſynthij, roſarũ rubearum, myrtillorum, ſumachij, ana.m.ſ. omnia bulliant in.ſ.q.aquæ, ad perfectam decoctionẽ : unde piſtentur in mortario, & cum dicta decoctione, & oleo roſarũ, & camomillæ.q.ſ.ad impinguãdũ, & fiat emplaſtrũ. Eſt enim reſolutiuum, & repercuſsiuum.

A medio augmenti, uſq; ad medium ſtatus, applicẽtur plus reſolutiua, & minus repercuſsiua. Vnde prædictis addãtur aliqua plus reſolutiua, ſicut in oleis addimus oleũ anethinum, cum modico olei de ſpica. In emplaſtro dicto, addimus origanum, calamentũ, & meliſſam, & fiat emplaſtrum, cũ alijs in epithemate, & linimẽto. Similiter ſimiles herbas apponimus, quia plus reſoluunt. Reſolutiua. Olea. Emplaſtra. Herbæ.

A medio ſtatus, per totam declinationem, apponãtur reſoluẽtia pura. Vnde primo utatur iſta unctione. Status. Reſolutiua.

Reci. Olei camomalini, ſpicati, anethini, an.unc.i.infundantur petiæ. Vnctio.

Emplaſtrum ad idem.

Reci. Menthæ ſiccæ, abſynthij, camomillæ, ana.m.ſ.ſpicæ, ſquinanti, calami aromatici, cinnamomi electi, maſtyches, thuris, ana dra.i.piſtentur in mortario omnia ſubtiliter, & puluerizentur, deinde cũ oleo camomillæ, & maſtyches.q.ſ.fiat emplaſtrum, & ſtomacho applicetur.

Ex iiſdem poteſt fieri fomentatio. Decoquantur omnia Fomentum.

in uino odoro, cum ſubdupla parte aquæ, ad conſumptionem tertiæ partis, deinde cũ ſpongia expreſſa, quæ prius infuſa erit, fomentetur locus.

Cauſa antecedens. *Quantum ad cauſam antecedentẽ, quæ eſt factiua apoſtematis, facta phlebotomia; quæ eſt neceſſaria in omni apoſtemate, ſtomachi etiã frigidi, diuerſionis gratia, quia ex repletione remouetur cholera: ideo poſt phlebotomiam per duos, uel tres dies debet fieri euacuatio choleræ, ſanguine enim euacuato, ebullit cholera. Poſt phlebotomiam, per duas uel tres horas, debet fieri euacuatio choleræ, cũ medicina lenitiua tantum, & non forti, ne fiat adtractio materiæ ad ſtomachum.*

Choleræ ſolutio. *Choleræ ebullitio.*

Vnde recip. Caſiæ optimæ pinguis, nouiter extractæ, drach. x. diſſolue cum decoctione communi.

Choleræ ſolutiua. *Eodem modo ualet manna uſurpata. Poſſumus etiam addere rhæobarbari in ſubſtantia, utpote drach. i. cum uncia. i. caſiæ.*

CVRA APOSTEMATIS, FRIGIDI STOMACHI.

Cura apoſtematis frigidi ſtomachi. *PRimò, quo ad cauſam antecedentem, ſi eſt phlegmaticum apoſtema, purgetur materia, quæ eſt ſub forma cauſæ antecedentis: digerendo ipſam tali digeſtiuo.*

Phlegmatis Digeſtiuũ. *Reci. Syrupi de duabus radicibus, ſine aceto, mellis roſati colati, ana drach. vi. aquæ fœniculi, abſynthij, bugloſſæ, ana unc. i. miſce.*

Facta digeſtione, dentur iſtæ pilulæ.

Pilulæ. *Recip. Pilularum ſtomachicarum Nicolai, aliàs Meſuei ſcrup. ij. aloes lotæ ſcrup. i. Fiant pilulæ quinq; cum melle roſato.*

Aliæ ad idem.

Recip. Pilularum de hiera ſimplici Galeni drach. i. & ſcrup.

ſcrup.i.(aliàs ſolum ſcrup.i.uel.ſ.)fiant pilulæ vij.

Aliqui exhibent electuarium eleſcoph,& diaphœnico nem,ſed male agunt. Electuaria.

Quantum ad cauſam coniunctam, in principio compe tit repercuſsiuum hoc.

Reci. Olei cydonioru͂ (aliàs roſarum) olei abſynthij, camomillæ,ana unc.ſ.(aliàs.i.)infundantur petiæ.

Vnctio ad idem.

Reci. Olei roſarum,camomillæ, cydonioru͂,ana unc.ſ. roſarum rubearum, myrtillorum, corialliorum rubeorum,ana ſcrup.i.pulverizentur ſubtiliter, & cum dictis oleis & modico ceræ fiat unctio. Applicamẽtum repercuſsiuum.

In augmento autem fiat talis inunctio.

Reci. Olei de ſpica, de camomilla, roſarum, cydoniorum,ana unc.ſ.fiat unctio. In augmẽto unctio.

Fomentatio ad idem.

Recip. Menthæ ſiccæ, abſynthij, camomillæ,meliloti, florum roſarum rubearum,labruſcæ,ana.m.i.ſpicæ dra.i. contundantur, & bulliant in ſ.q.aquæ, cum modico uini albi odori,ad conſumptionem tertiæ partis, cum ſpongia ter quaterue fomẽtetur: deinde cu͂ predicto oleo inu͂gãtur.

In ſtatu reſolutiua repercuſsiuis miſceantur,& applicentur,aut à medio augmenti,inungẽdo locum. Vnctio.

Reci. Olei de abſynthio,de ſpica,de camomilla,de roſis,ana unc.ſ.(aliàs.i.)infundantur petiæ in tali calido. Vnctio.

Emplaſtrum ad idem reſolutiuum,& pro parte repercuſſiuum.

Recip. Abſynthij,menthæ ſiccæ,meliloti, pulegij,anethi,ana.m.ſ. farinæ ſeminis lini,fœnigræci, ana unc.ij. bulliant in.ſ.q.aquæ, ad perfectam decoctionem, deinde piſtentur in mortario, & addantur farinæ, & cum dicta Emplaſtru͂.

decoctione, & oleo de ſpica, ac liliorum. q. ſ. ad inungendum, fiat emplaſtrum.

Suppuratio — *Apoſtema, ſi reſoluitur, bonum eſt; ſi enim ueniret ad ſuppurationem, quod ſemper cauere debemus, & ſi tamẽ nobis inuitis eueniret, fiat emplaſtrum maturatiuum.*

Emplaſtrum ad ſuppurationem. — Reci. *Radicum altheæ. m. i. ſ. maluarum cũ radicibus, meliloti, anethi, ana. m. i. abſynthij, menthæ ſiccæ, an. m. ſ. radices incidantur, & cum dictis herbis bulliant in. ſ. q. aquæ, ad perfectam decoctionem, deinde piſtetur in mortario addantur farinæ ſeminis lini, fœnigræci, ana unc. ij. olei anethini, camomalini, amygdalini dulçis, ana. q. ſ. ad impinguandum, fiat emplaſtrum.*

Ruptio apoſtematis. — *Si autem rumpatur apoſtema, & ueniat ad ſanationẽ, & rumpatur ab intra, ut ſæpius fit, & minus eſt malum, mundificetur prius hoc modo.*

Mundificatio. — Reci. *Aquæ mellis, ſecũdum artem factæ, ut infra unc. iij. mellis roſati colati unc. i. ſ. detur hic potus, donec ſit facta pura mundificatio ulceris.*

Fit autem aqua mellis ſic.

Modus cõficiendi aquã mellis. — Reci. *Mellis partem. i. aquæ partes viij. & bulliãt ad conſumptionem medietatis. De iſta aqua dentur unc. iij. calide: abſtergit enim ulcus.*

Alius modus. — Vel reci. *Aquæ hordei, factæ ſecundum artem unc. iij. Mellis roſati colati un. i. ſ. detur.*

Qua ſumpta, detur iſtud iulep conſolidatiuum ulceris in ſtomacho.

Iulep cõſolidatiuum. — Recip. M*iuæ cydoniorum ſimplicis unc. iij. boli armenij, thuris, maſtiches, ana drach. i. puluerizentur ſubtiliter, miſce cum dicta miua. De quo mane exhibeãtur unc. i. ſ. cum aqua abſynthij etiam unc. i. ſ. ſumatur omni mane potus iſte calidus.*

Vbi

Vbi autem apoſtema uenerit ad duritiẽ, ut ſæpius fit; intentio eſt mollificare, & reſoluere, & ad quam intentionem eſt conueniens iſtud ſequens emplaſtrum. — *Duri apoſtematis mollificatio.*

Reci. Emplaſtri de meliloto unc.iij.uel.iiij.oeſypi humidæ unc.i.ſ.miſce adinuicem cum oleo de lilio, & reducatur ad formam emplaſtri, quod applicetur ſtomacho extrinſecus cum petia. — *Emplaſtrum reſolutiuũ.*

Ad idem poteſt fieri unctio iſta.

Reci. Olei de lilio, de camomilla, pinguedinis gallinæ, medullæ crurium uituli, ana unc.i.liqueſiant adipes cum dictis oleis, & miſce cum modico ceræ, fiat unguentum ſtomacho applicandum. — *Vnctio ad idem.*

ADDITIONES PROPRIAE.

PRimitus molliatur apoſtema, cum oleo roſaceo, lentiſcino, & uiolaceo. — *Olea mollitiua.*

Si uehementioribus uti oporteat, cum oeſypo humida, uel diachylo communi, emplaſtro alliato, uel cerato andromachi. — *Emplaſtra ualde mollificantia.*

Poſt ſuperponatur hoc cataplaſma, in cauſa calida.

Reci. Aquæ roſaceæ, ſucci lactucæ, portulacæ, ſolatri, arnogloſſæ, ana dra.v.tẽperentur cũ ſ.q. olei uiolacei ad modum emplaſtri, ſuperponatur cũ lana xylina calide. — *Cataplaſma in calida cauſa.*

Si apoſtema ſit de cauſa frigida.

Reci. Althεæ, ſeminis lini, fœnigræci, & incorporentur cum axungia porcina recenti, & butyro recenti, ponatur ſuper uentrẽ, & ſtomachũ. Vnctio prius uentriculo cum dialthea, & oleo camomalino, ſimul cõmiſtis. — *Aliud in cauſa frigida. Vnctio.*

In hoc caſu prodeſt uomitus, materia prius bene præparata, & lenificata. — *Vomitus.*

Permultum etiam iuuat, aluum hoc ſtomachico clyſte — *Clyſtere ſolutiuum.*

 ri eluere.

ri eluere. Confert enim euacuando materias calidas à pe ſtore, ſtomacho, hypocōdrijs, & toto uentre inferiore: apoſtematibus etiam inteſtinorum.

Clyſtere laxatiuum bonum. Recip. Quatuor ſeminum cōmunium frigidorum, ana m.ij. ſeminis portulacæ, lactucæ, an. m. i. ſeminis endiuiæ, Acetoſæ, ſcariolæ, cuſcutæ, ana m. ſ. foliorum maluarum, blitis, uiolarum, mercurialis, ana m. i. ſ. coquantur omnia in libris viij. aquæ, uſq; ad cōſumptionē medietatis, deinde colentur, & uehemēter exprimātur, & huius expreßionis accipe lib. i. & adde olei uiolarū unc. iij. electuarij de pſilio un. ij. caſiæ, ſacchari rubei, ana unc. ſ. ſalis cōmunis drac. iiij. aliàs ſcrup. iiij. miſce, & totū imponatur, &c.

Pilulæ ſolutiuæ meæ. Si purgatione interna fuerit opus, utatur pilulis meis in capite de debilitate ſtomachi, in additamentis ſcriptis, ſupra.

Cōfortatiua Poſt ſuppurationem, & expulſionem apoſtematis, confortetur ſtomachus ab intra, & extra ſic.

Ab intra cum iſta tragæa.

Tragæa confortans ab intra. Reci. Coriandri, cinnamomi electi, ana drach. i. trium generum piperis galangij, charyophyllorum, zinziberis, ana drac. ſ. ſeminis fœniculi, aneſi, ana drac. iij. croci optimi drac. i. miſce cum zucharo ad pondus omniū, fiat puluis tragæalis. Confortat ſtomachum, hepar, & omnia mēbra principalia, necnon & inteſtinis conferens.

Ab extra utař ſacculo, ſeu ſcuto ſtōachali.

Scutum ſeu ſacculus cordialis, & ſtomachalis, cōfortans ab extra. Reci. Galliæ moſchatæ, aliptæ moſcathæ, ana drac. i. ladani purißimi dra. ij. maſtyches, macis, charyophyllorū, nucis moſchatæ, cinnamomi, ana drac. ij. ſ. calami aromatici, ſpicæ, granorum paradyſi, galangij, zinziberis, ana drac. i. menthæ ſiccæ drac. ij. pulueriſentur, fiat ſcutū ſecundum artem, cum ſyndone præparato applicetur.

DE SIN-

DE SINGVLTV, CAP. XXXII.

Definitio.

SINGVLTVS *eſt malus motus uirtutis, deſiderantis expellere rem nociuam.* Singultus. Definitio.

Vel.

Singultus eſt uiolentus motus ſtomachi, tendens ad ſuperiora, ut rem fugiat nociuam. Alia definitio.

Singultus eſt motus ſimilis motui ſpaſmi. Alia definitio.

CAVSAE.

C*Auſæ ſingultus ſunt, calida, frigida, inanitio, repletio, aromata, &c. Lib. 3. de cauſis ſympt. Gal.* Cauſæ ſingultus.

Galenus piper edebat, ut de ipſomet ſcribit, & ſentiebat ſingultum. Idem lib. 4. cap. 7. de locis affectis. Piper. Gale. de ſe ipſo.

Et idem alibi.

Singultus accidit propter neruorum cõmunicationem, non quidem ſemper, ſed quando ad maximam attollitur inflammationem. Alia cauſa.

APHORISMI.

1 E*X ſuperflua purgatione conuulſio, aut ſingultus ſuperueniens, malum. Aphor. 4. lib. 5.*

2 *A ſingultu habito, ſternutatio ſuperueniens, ægritudinem ſoluit. Aphor. 13. lib. 6.*

3 *A longo alui profluuio habito, ſpontaneus uomitus ſuperueniens, morbum ſoluit. Aphor. 15. lib. 6.*

4 *In hepatis inflammatione ſingultus, malum. Aphor. 17. lib. 7.*

5 *Hepati inflammationem patienti ſingultus aduenit. Aphor. 58. lib. 5.*

6 *Conuulſio fit uel ex repletione, uel inanitione, ita uerò &*

rò & ſingultus. Aphor. 39. lib. 6.

7 *A uomitu ſingultus, & oculorum rubor, malum.* Aphor. 3. lib. 7.

PRAESAGIA.

Præſagia. IN *ſingultu omnes uentriculi partes id, quod cruciat, exprimere tentant.* Gal. lib. de *ſympt. cauſis.*

CVRA.

Singultus à mala cōplexione. SIngultus à mala complexione ſine materia calida, ſola alteratione cum contrarijs intus, & ab extra applicatis, curatur.

Intus applicanda. Intus applicanda ſunt, ſicut aqua hordei cum iulepo uiolarum, & aqua endiuiæ cum ſucco granatorum, & ſyrupo roſarum.

Saccharum roſatum. Ad idem ualet ſaccharum roſatum, & uiolatum.

Exterius, ut inunctiones, & epithemata.

Vnctio.

Extra adhibenda. Recip. Olei uiolarum, olei roſarum, cydoniorum, ana unc. i. Infundantur peciæ lineæ, & tepidæ ſtomacho applicentur.

Epithema ad idem.

Ad idem Epithema. Recip. Olei (alias aquæ) uiolarum, roſarum, portulacæ, ana unc. iiij. coralliorum rubeorum, coriandri præparati, myrtillorum, ana drac. i. Pulueriƶetur, & miſce cum dictis aquis, & epithemetur ſtomachus.

Singultus à ſicca cōplexione. Si autem fuerit ſicca, propter febres, uel euacuationes præcedentes curæ ſint duæ.

1 Prima, remotio cauſæ: & altera, malæ complexionis ſiccæ remotio.

2 Et iſtæ duæ poſſunt ſimul impleri cū ijſdem remedijs.

Remotio cauſæ. Remouetur autem mala cōplexio ſicca, & febris præcedēs cum aqua hordei, & ſyrupo uiolarum, commiſcendo hoc

do hoc modo.

Recip. Aquæ hordei, unc. iij. uel iiij ſyrupi uiolati, unc. i. ſem. Miſce. Potio. Potus.

Item, Aquam cum ſucco granatorum muſorum, uel ſucco cydoniorum bibat. Potio ad idē

Bibat iura pinguia reſtauratiua, bona, bonarum carnium, & laudabilium, quæ & ſubſtantificè, & mundificatiuè (aliàs qualitatiuè) humectent, ſicut pullorum, caſtratorum, & agnorum. Iuſcula bona Pulli. Carnes.

Alterentur cum ſeminibus communibus frigidis. Semina frigida.

Vinum ſit album, antiquum, & dulce, multa aqua dulci dilutum. Vinum.

Ingrediatur balneum aquæ tepidæ, dulcis. Balneum.

Dormiat quantum poteſt, ut corpus humectetur. Somnus.

Comedat ſæpe, ſed parum pro uice. Cibus.

Bibat hunc potum humectatiuum.

Recip. Mucilaginis pſylij, unc. ſem. (aliàs unc. i. ſem.) ſyrupi uiolarum, ſucci granatorum dulcium, ana unc. ſem. Hunc potum bibat tepidè. Potus humectatiuus.

Inungantur ſpondiles colli, & dorſi cū hoc unguento.

Recip. Olei uiolarum, de ſalicibus, ana unc. i. Fiat tepidè: inungatur maximè circa tredecimum ſpondilum, cui os ſtomachi alligatur. Vnctio bona pro ſingultu.

Si autem ſingultus ſit cum materia; ſi ſit phlegmatica, utatur eiuſmodi digeſtiuo inciſiuo.

Recip. Mellis roſ. colati, oxymellis ſimplicis, ana drac. vi. aquarum abſynthij, fœniculi, ana unc. ſem. uel i. Miſce. Digeſtiuum pro ſingultu phlegmatico

Si autem materia ſit ſubtilis, cholerica, fiat tale digeſtiuum inciſiuum.

Recip. Syrupi de endiuia, ana unc. i. acetoſæ ſimplicis, unc. ſem. aquæ endiuiæ, unc. ij. abſynthij, unc. i. Miſce. Digeſ. ſingultus à cholera

Solutiua

Solutiua materiæ phlegmaticæ in forma pilulari.

Pilulæ ad ſingultũ phlegmaticum. Reci. Pilularum ſtomachicarum Meſuei, drac.i.ſcrup. ſem. Fiant pilulæ vij.

Ad idem ualet electuarium de dactylis.

Ad idẽ choleræ euacuatiuum. *Si autem eſt materia, euacuatur cum iſto euacuatiuo.* Recip. Diacydonites ſolutiui, unc.i. Fiat bolus, detur.

Pilulæ Cõciliatoris. Meſueus. Item, Pilulæ ordinatæ à Conciliatore in Additionibus Meſuei, cap. de ſingultu: quæ ſunt pilulæ glorioſiſſimæ, exhibendo de his ſtomacho ieiuno, drach.i.

DIVERSIO.

Fricatio. Ligatura. Balneum. Rubificãtia. Ventoſæ. Diuerſio fiat cum fricationibus circa exteriora; & ligaturis, circa adiutoria brachiorum, & coxarũ; balneationibus extremorum, & alijs, cap. de dolore ſtomachi, dictis. Item cũ rubificãtibus, uentoſis, & huiuſmodi.

Motus. Affectus animi. Item, cum uentoſis excutiantur materiæ ab ore ſtomachi cum motibus fortibus animalibus, & corporalibus, ſicut eſt ira, uociferatio, & ſternutatio.

Confortatio.

Confortatio. Confortetur ſtomachus cum dictis in cap. de debilitate ſtomachi, ſic etiam membrum mandans.

Accidentia.

Regimen. Remoueantur accidentia cũ medicinis appropriatis: & ordinetur regimen ultimo, quod ſit cõtrarium cauſæ.

ADIECTITIAE MEDELAE.

Cauſæ ſingultus.

1 *Singultus fit aut à medicinæ effrenitate: & iſte rarò poteſt curari, ut dicit* Hippocrates.

2 *Aut à repletione humorum exuberantium.*

3 *Aut mordicatione humorum, uel alterius rei mordicantis, ſicut eſt cibus, & medicina.*

4 *Aut à mala complexione, & uentoſitate.*

Singultus

Singultus à repletione.

Curatur uomitu, ſi non ſint imbibiti humores: & ſi humor eſt imbibitus, & ſepultus, curatur cum hiera picra, & pilulis de aloe, uel pilulis ex hiera ſimplici.

Si eſt ab humore acuto mordicante.

Curatur uomitu, cum aqua calida, uel aqua hordei, in qua bulliant ſemen atriplicis, & cum oxymelite ſimplici.

Poſtea detur aqua hordei cum ſucco granatorum dulcium, & cum aqua cucurbitæ, & cum ſucco granatorum: ſtypticant enim, & confortant. **Aqua hordei**

ALIA SINGVLTVS CVRA.

Dicit Serapio. Quando ſquilla decoquitur, aut accipitur cũ uino, curat ſingultum ex humoribus craſſis, & bibitis in rugis, uel fibris uentriculi, & mundificat ſtomachum à putredine. *Serapio. Alia ſingultus cura.*

CVRA ALIA SINGVLTVS, EX CRASSO HVMORE.

Mundificans ſtomachum, delens eius dolorem, & abſtergens eius parietes.

Emplaſtrum pro ſtomacho ſinglutiente.

Recip. Ariſtolochiæ longæ, galangæ, aneſi, baccarum lauri, gentianæ, ruthæ, ana drac. iij. caſtorei, myrrhæ, ana drac. ij. caryophyllorum, drac. ij. roſarum, & maſtyches, drac. iij. Confice cum melle, & aqua ſampſuci, & fiat emplaſtrum, non ſtante febre, & eſt mirabile. **Emplaſtrum ad idem.**

CVRA SINGVLTVS EX SICCITATE.

Curatur cum aqua calida, cum oleo amygdalarum dulcium recentium: ſimiliter cum oleo uiolato, cum mucilagine pſylij, & mucilagine ſeminis cydoniorum: & ſunt medicamina delectabilia ualde, & experta. *Olea. Mucilagines*

Item non ſtante febre.

Lac amygdalarum dulcium. Item lac ſeminum cõmunium cum brodio, ſeu iuſculo carnium pullorum proderit.

CVRA SINGVLTVS À VENTOSITATE CRASSA.

Huius cura generalis eſt per ſternutamentum, ſomnum longum, per retentionem loquelæ, anhelitus, per fricationes extremitatum, per noua terribilia, accidentia animi ſubita, & improuiſa, ut triſtitia, gaudium, & per uentoſas, cum ſcarificatione ſupra ſpatulas, & ſtomachum.

Potus. *Curatur quinetiam cum ſemine urticæ, & aqua mellis.*

Potio. *Decoctio ſquinanti, & corticum fiſticorum eum liberat à ſingultu.*

Potus. *Puluis altiliæ cum aqua detur, doſi aurei unius: liberat à ſingultu.*

Ad eiuſmodi ſingultum commoda ſunt.

Simplicis cõpetentia. *Aniſum, olibanum, calamentum, caſtoreum, marathrũ, adianthos, galanga, & uinum purum, non ſtante febre.*

Semen anethi pulueriꝫatum, & datum ad comedendum curat omnem ſingultum de repletione: eſt expertum.

Odoramentum. *Semen anethi ligetur in panno lineo, & bulliat in uino bono, & odoretur, facit ceſſare ſingultum.*

Singultus de repletione in febre, ſicut contingit frequenter ex comeſtione fructuum, ex potatione aquæ frigidæ, & aliorum.

Potus ad idem.

Potus. *Recip. Anethi, drach. ij. zedoariæ, ligni aloes, maſtyches, coralliorum rubeorum, nucis moſchatæ, ana drac. iij. Pulueriꝫentur, & dentur in potu, uel cibo, ſtatim ceſſabit ſingultus, niſi ſit apoſtema in ſtomacho.*

Singultus à mala complexione frigida.

Primò, alteretur cum calefacientibus, & ſubtiliantibus, & cum emplaſtris, & inunctionibus, & eis, quæ dantur ad calefaciendum.

Caryophylli retenti in ore reſtringunt ſingultum, non ſtante febre intenſa, & maximè ex repletione, & uentoſitate.

Aromaticum caryophyllatum in cauſa frigida, & uentoſa, eſt optimum.

Præſentanea pro ſinglutientibus remedia, zinziber cõditum, ſyrupus de mentha, & ultimò, philonium romanũ, quando alia non ſufficiunt. Experimẽta in ſingultu.

Pilulæ aggregatiuæ, ex inuentione Conciliatoris, *conferunt ſingultui calido, & humoribus calidis, & acutis, imbibitis, tranſmiſſis ab hepate ad ſtomachum: & ad malitiam calidam, & ſiccam, & febrem cholericam, amaritudinem, & ſiccitatem deijciunt à meri.* Pilulæ aggregatiuæ Cõciliatoris

Recip. *Spodij, ſeminis endiuiæ, ſeminis portulacæ, ligni aloes, ana drach. i. pulpæ tamarindorum, drach. y. uel yi. uel unc. ſem. rhæobarbari electi, drach. i.* Confice *cum aceto.* Alia ad idẽ confectio.

Et *ſimiliter in cauſa calida euacuetur humor, & digeratur cum oxyzacchara.* Oxyzacchara.

Tamarindi diſtemperati cum aqua endiuiæ, & cũ oxyzacchara multum ualent. Tamarindi.

Succus granatorum eſt conueniens. Potiones ad idem.

Item aqua portulacæ, neque non aqua hordei cum iulepo uiolato, uel ſucco granatorum, uel ſyrupis de acetoſitate citri.

Cura ſingultus ex inanitione. Lac caprinũ

Curatur cum lacte caprino, & cum balneo aquæ dulcis, & Balneum.

Sorbitiones bonæ. cis,& iuribus bonis bonarum carnium reſumentibus. Fiat inunctio circa collum cum iſtis oleis, oleo uiolato, oleo amygdalino dulci, & inungantur ſpondylia, & dorſum.

Iunctio Oleo.

Appetitus corruptus.

DE CORRVPTIONE APPETITVS, CAP. XXXIII.

Definitio.

Definitio. Dyſpepſia.

APPETITVS *proſtratus, ſeu dyſpepſia, eſt cum non deſiderat cibum omnino, uel cum diminutione, ſed potius res inedules, ut cretam, carbones, &c.*

Nauſea. *Nauſea dicitur, quando cum hoc ad præſentiam cibi mouet nauſeam, & abborret ipſum, etiam ſi prius fuerat appetitus.*

Anorexia. *Anorexia, ſeu faſtidium, dicitur, quando cum hoc nullatenus, uel difficilè poteſt cibum inglutire, etiam compulſus.*

Cura.

CVRA CIRCA CORRVPTIONEM APPETITVS.

Doctrina. *NOta, quòd appetitu exiſtente naturali, ſtomachus appetit ſimilia; corrupto autem, contraria.*

Prægnãtes habent proſtratum appetitum. *Prægnantes utplurimum ſecundo, uel tertio menſe habent corruptum appetitum, quia tunc menſtrua multiplicantur, & mittũt uapores ad ſtomachum appetitum corrumpentes.* Non enim à *fœtu tantum attrahitur ut nutriat ipſum, neq; tantum ipſe attrahit fœtus, quia propter ſui paruitatem pauciori indiget nutrimento, in alijs menſibus non habent adeò corruptum appetitum.*

Canon. In primo *non, quia menſtrua ſunt parua; quare nõ mit-*

tunt tantos uapores ad ſtomachum, facientes appetitum corruptum. Nam in alijs, quia etſi menſtrua ſunt multa, tamen quia fœtus eſt magnus, ideo accipit illa menſtrua pro ſui nutrimento.

CAVSA.

CAuſa appetitus corrupti ut plurimum eſt, humor craſſus, frigidus, fluxus, uel fluidus melancholicus, qui primo minoretur cum calidis, & inciſiuis, deinde digeratur.

Minoratiuum, & digeſtiuum.

Reci. *Oxymellis ſimplicis, mellis roſati colati, an. dra. ij. (aliàs yi.) aquarū fœniculi, meliſſæ, bethonicæ, an. unc. i. ſ. miſce, & hoc ſi humor eſt craſſus, nō fluidus.*

Deinde euacuetur ſic.

Recip. *Polypodij drach. i. pulueriʒetur: & in uino bono, potenti, uel aliquo brodio bibatur.* Euacuatio.

Item ſumat unc. ſ. hieræ picræ: communiter per os exhibetur. Hiera picra

Idem faciunt pilulæ aloephanginæ, pilulæ ſtomachicæ, electuarium eleſcoph Meſuei. Pilulæ. Euacuātia.

Item aqua meliſſæ, & aqua thermarum: ut eſt aluminoſa, ſulphurea, habens aliquid ſalſedinis. Thermæ.

CONFORTATIO.

STomachus etiam confortetur, cum aromatico roſato, deſcriptione Gabrielis, poſita à Meſueo.

Item diaciminum, aliàs diacinnamomum, diacydoniten, & ameos. Confortātia

Inter omnia autem ponit Auicenna rutham, quæ ualet in remouendo humorem corruptum. Auicenna.

Nota quòd aliqui appetunt lutum, & aliàs res nō edules, & præſertim mulieres prægnantes (quem morbum Appetitio rerum uariarum nō edulium.

Q Picam

Pica. Picam appellant) tunc medici exhibent lutum pulverizatum eis, & diſſolutum, & præbent ipſis in uino, ſed admiſcent aliquid, quod eſt prouocans, uel incitatans uomitū, ut eſt raphaniſmus, uel helleboriſmus.

Vomitiua.

Prægnātes nō uomant. Sed eiuſmodi uomitiua prægnātibus nō ſunt exhibenda, quia timendum de ipſis, ſed exhibentur eis ipſæ reſpetitæ, licet nō ſint edules, ſed cū aromaticis admiſſis.

Aromata.

ACCIDENTIVM CORRECTIO.

Corrigantur etiam accidētia, quorum primū eſt debilitas, & corruptio digeſtionis.

Diæta ſit facilis digeſtionis, quod ad cibum & potum pertinet.

Gilbertus Anglicus cáp. proprio. Omnes iſtæ paſsiones curantur per confortationem digeſtionis, & malorum humorum, rectificationem, & uirtutis reductionem.

ADDITAMENTA PROPRIA.

EVACVATIO.

Vomitus. Seceſſus. Intromiſsio uerpi in guttur. Evacuetur ergo per uomitum, per ſolutionem uentris: & multoties iuuat, cum intromiſsione uerpi, id eſt digiti medij, in gutture, uuulā oeſophagi, uel epiglotiſ ſubagitando, proprie quādo uomitus expellit rem cholericam, ſeu acetoſam, aut felleam, amarā bilem. Nam licet

Canon. acetoſa iuuant à principio, tamē in proceſſu deſtruūt, & poteſt etiam humor infectus, aliqua mala qualitate, ut inquit Gentilis, & mouet ad expellendum.

Gentilis.

Canon. Et ſimiliter quando cum multa materia, exuberās in ſtomacho, mouet ſtomachum, ad expellendum materias, & non ad trahendum.

Haly. Abbas. Inquit Haly. Abbas. Non negligatur huiuſmodi accidētis cura, & diligentia: quia relinquere cibum extenuat, debilitat, & diſſoluit.

Curan=

Curandus ergo cũ odoramento ciborum iucundorũ:ut pullis aſſatis in camino,id eſt in furno:quorum ſciſsio,uel diſpartitio fiat in cõſpectu,in facie,uel ad obtuitũ ægri. Contra ſtomachi nauſeam,& bilem.

Et odoratu calidi panis, optime compoſiti:& odoratu uini odoriferi, fragrantis,aromatici,& fructuum ponticorum,bene redolentium. Pulli aſſati.

Et pinguedo ſuccorum eorum,materia eorũ craſſa proiecta,corpus quoq; fricetur,ac ex odorifero, & iucundo oleo liniatur,& emplaſtretur os ſtomachi, cũ amido, & ſandalis,& aqua pomorum, & cydoniorum,& detur cibus ab eo,quem diligit,& ueneratur. Et in ſe habeat rationem,id eſt uirtutem,& alimentũ bonum, & qui guſtu ſit delectabilis:& habeat omnia munda, & referta bonis odoribus,quæ delectant infirmum,& iuuant. Succi. Corporis frictio. Linitio ſtomachica. Cibus ad lubitum,& bene placitum ægri. Omnia quibus utitur, munditiẽ repræſentent.

Si cauſa dependeat ab orificio ſtomachi.

Auicenna inquit. Si fuerit cauſa debilitas ſtomachi oris: curetur complexio mala, quæ facit debilitatem,cũ eo,quod ſibi conuenit. Cauſa à meri.

Si fuerit calida (quæ ut plurimum eſt febre) dentur medicinæ acetoſæ. Cauſa cali. Acetoſa.

Detur confectio de perſicis, de malis acetoſis, & de cydonijs, & intingatur caro, uel panis in ſucco agreſte, ſucco cydoniorum, uel aranciorum,& ſucco de acetoſitate citri. Cõfectiones Intinctio. Succi ad idẽ

Et inungatur os ſtomachi, cum unguẽto facto ex oleo cydoniorum;& roſato, & cum puluere florum roſarum, labruſcæ, coriandrorum,& coralliorum, cũ modico aceti, & cæra pauca confecto. Inunctio.

In mala complexione. Mala complexio.

Factis purgationibus,fiat tale electuarium. Electuariũ ſtomachicũ infrigidati.

Reci. Coriandrorum maturatorum,carnium, & ſucci

Q 2 pomo=

pomorum redolentium, maturorum.

Anguria (Martino Staimbeyſeſio teſte) eſt melon magnus, uiridis

Succi cydoniorum ana unc. ij. lactis ſeminum melonũ, citrulli, anguriæ, cucurbitæ, bene mundatorum, & diſtemperatorum cum aqua roſata, & cicoreæ, ana drac. ij. & fiat lac: & cum ſaccharo optimo, & cum ſyrupo roſato, fiat electuarium.

Aliud ſtomachicum.

Electuariũ ſtomachicũ.

Recip. *Carnium perſicorũ, bene mundatorũ, & ſucci eorũ, ana unc. iij. ſucci cydoniorũ, & ſucci pomorum redolentiũ, & carnium eorũ, ana unc. ij. aquæ roſarũ unc. i. ſ. miſce, & incorporentur, & cum ſyrupo roſato, bulliant uſq; ad ſpiſsitudinem, & fiat electuarium.*

Fiat fomentatio circa ſtomachum.

Fomentum ſtomachicũ.

Recip. *Succi cydoniorum lib. ſ. in quo bulliant grana myrthi, ſumachium, labruſca, & roſa, ana m. ſ. abſynthij, corallij, ſandali, macis, drach. i. aquæ roſatæ lib. i. Deinde accipiatur panis, uel ſpongia, infuſi in iſto ſucco, calide applicetur ſtomacho. Et poteſt etiam addi uinum ſtipticum.*

Inunctio ad idem.

Vnguentum ad idem.

Recip. *Olei cydoniorum, myrthini, roſacei, ana unc ſ. olei maſtychini, de ſpica, ana drach. ij. Item pulueris, corallyorum rubeorum, pulueris roſarum, pulueris ſandalorum, ana ſcrup. ij. charyophyllorum, ligni aloes, ana ſcrup. ij. fiat inunctio.*

Si non fuerit mala complexio frigida. Factis purgationibus, detur hoc electuarium.

Electuariũ ſtomachicũ.

Reci. *Corticum citri interioris, cinnamomi electi, zinziberis, macis, charyophyllorum, ana &c.*

Zucchari optimi. q. ſ. De quo accipiatur ante cibũ per horam, drac. i. uel. ij. uſq; ad. iij.

Item

Item fiat talis ſyrupus.

Reci. Aquæ abſynthij, menthæ, meliſſæ, ana &c. Et cũ zucchαro optimo fiat ſyrupus, & acetoſizetur cum aqua acetoſæ, uel agreſtæ, & aromatizetur cũ cinnamomo, & ligno aloes, & aſſumatur omni mane. *Syrupus ſtomachalis.*

Item fiat fomentatio ad ſtomachum.

Recip. Cinnamomi electi, calami aromatici, galangæ, maſtyches, ana drach. ij. charyophyllorum, ligni aloes, ana drach. i. macis drach. i. ſ. nucis moſchatæ, coralliorũ, ana drac. i. abſynthij, menthæ, roſarum, labruſcæ, an. m. ſ. bulliant omnia in poſca, uino tamẽ excedẽte, & fiat decoctio pro fomẽtatione ſtomachi cũ ſpõgia, et reiteretur. *Fomentum ſtomachale.*

Poſt fomentationem fiat inunctio.

Reci. Olei maſtychini, ſpicati, menthacei, ana drac. yi. olei abſynthitis, roſati, cinnamomi, ana unc. ſ. pulueris ſpicæ, ligni aloes, charyophylorũ, maſtyches (aliàs maſticis) ana ſcrup. ij. coralliorum rubeorũ, tenuiter tritorũ dra. i. fiat unguentũ cum pauca cæra, & pauco aceto roſaceo, quod calide ſtomacho ſuperponatur. *Vnguentum ſtomachicũ.*

Auicẽna in xxiij. tertij, de febribus. Quãdoq; redit appetitus, cum mica panis, abluta cũ aqua frigida, & aſperſa cum aceto, & uino granatorum.

Inquit idẽ, oportet ut adhibeas odores bonos, exuſcitantes, & expergefacientes appetitum: ſicut eſt odor ſaluiæ, infuſæ in aqua, & aceto, & habeat aliquid de aceto gelatinæ gallinarum, uel piſcium. *Odoramẽta* *Gelatina.*

Et acetũ in quo ſit cocta caro hædina, & ſimilia, & ponatur ſuper ſtomachũ iſtud emplaſtrũ, factũ ex fructibus acetoſis, ut ſunt cydonia, poma acetoſa, & ſit in eis abſynthium, & aloes, & fiat inunctio ex oleis bonis. *Caro hædina.* *Emplaſtrũ ſtomachale.*

Si cauſæ fuerint uermes.

Appetitus proſtratus propter uermes.

Recip. *Coralliorum rubeorum, farinæ lupinorum, nigellæ, cornu cerui combuſti, ana ſcrup.i ponãtur in unc. ij. olei uiolati.* Et *hoc totum ponatur in malo punico conçauato, & ponantur in cineribus calidis, & bulliant, deinde exprimatur bene, et inungatur ſtomachus, & cortex ipſorum ſuperponatur.*

Emplaſtrũ pro uermibus uentris.

Emplaſtrum contra uermes uentris.

Miſtura. Vermes. Seceſſus.

Reci. *Aloes ſuccotrini, dictamni, gentianæ, ſemẽtinæ. ſeminis portulacæ, fellis thauri, ana drach.i. ſcamoneæ ſcru.i. omnia cũ butyro incorporentur: & ex hac miſtura impleatur teſta nucis, & applicetur umbilico, & alligetur: interficit uermes, & facit ſeceſſum, & eſt mirabile.*

DE APPETITV CANINO, CAP. XXXIIII.

Definitio.

Appetitus caninus. Definitio.

APPETITVS *caninus, qui ualde intenſus, & res inconſueta humanæ ſpeciei, & pluris quàm poßit digeri, quæ tamen non ſatiatur nutrimento.*

Alia definitio.

Pruthení.

Φάμαιχ, eſt immanis comedendi appetitus, quò laborarunt pruthení, Anno Domini. 1535. *qui febri correpti, octies cibum poſtularunt ſingulis diebus, & ne ſic quidem poterant exaturari.*

Canon.

Hic morbus eſt potius pœnalis, quàm naturalis.

Alia Gordonij definitio.

Caninus appetitus, eſt intenſus, & irrationabilis, & inſatiabilis, & quanto plus appetit, tanto magis comedit.

Et

Et dicitur caninus, quia ſicut canis ſatiatur nunquã, imo reuertitur ad uomitum: ita qui hanc patitur paßionem, nunquam poteſt ſatiari. Etymologia

CVRA.

PRimo remoueãtur cauſæ, & uigiliæ ſuperfluæ: quare inducatur ſomnus, non tamen profundus, & longus, ſed breuis, & pluribus uicibus. Cura. Vigiliæ. Somnus.

Habens hunc appetitum, ſit rationi ſubiectus, nõ appetitui: unde abſtineat tempore famis. Abſtinẽt

APPOSITITIAE MEDELAE.

Si ſit à phlegmate acetoſo.

PVrgetur cum Hyera *Galenica. Poſt purgationes bibat uinum parum, calefactum, & dulce, iuxta* Hippocratem. *Potus indigentiam ſoluit, & per potum intelligit uinum dulce.* Phlegma. Purgatio. Hippocrates.

Dentur pinguia, calida, maxime unctuoſa, & cũ oleo, & uitello oui aſſati poſt cibum. Vinum. Pinguia.

Et infundatur lana in oleo laurino, uel maſticino, in quo decoquantur cydonia, & applicentur ſtomacho. Olea.

Da butyrum in quãtitate, & cum brodio pingui, cum cinnamomo, charyophyllis, & croco, à proprietate deijcit appetitum: & ita, quando à materia acetoſa. Butyrum. Aromata.

Si autẽ fiat talis appetitus à calore reſoluẽte humidũ, & ut plurimũ in febre; da amygdalas cum zucchoro, & pane. Da panem azymũ, ſeu opyrum, & brodia unctuoſa. Infrigidatiua, cũ ponticis, ut puta cũ cydonijs, ſumachio. Obmißis acribus, & agreſta, & cũ oleo myrthino, & aceto, & ſumat aquam frigidam paulatim. Canon. Cura. Panis. Brodia. Frigida. Oleum.

Odoret panem acetoſum, & galliam aſſatã, aſperſam aqua roſata, & agreſta. Aqua. Odoramẽta

Item ponantur roſæ, & panis aſſatus, & abſynthium, Applicamẽta.

coquatur in aceto,& intingatur pannus lineus,uel ſpongia,& ponatur ſuper ſtomachum.

Brodia. Semina. Brodia *ſint caponum iuuenum, & gallinarum; in quibus bulliant ſumachium,ſemen lactucæ,melonis,& papaueris,cum ſandalis armatizetur,& croco.*

Haly. Abbas. Applicamentum. Haly. *Abbas de dolore ſtomachi*. Fiat *panis ex paſta malaſſata cum aceto, & cum aqua,in qua cocta ſint ſumachium, grana myrthi, ſemina frigida, ut ſemen portulacæ, & hoc poteſt fieri panis, poſtea amplexari circa ſtomachum.*

Aliud applicamentum. Item *ſpongia,uel lana infuſa in oleo myrthino, uel roſato, eſt conueniens.*

DE BOLISMO, CAP. XXXV.

Definitio.

Boliſmus quid? BOLISMVS *eſt appetitus intēſus, & cum incipit deſinit: & accidit frequenter itinerantibus per loca niuoſa, frigida.*

CAVSAE.

Cauſæ ſunt, inanitio corporis,repletio ſtomachi nauſeatiua,& debilitas ſtomachi,& frigus.

CVRA.

S*uſcitetur,& extrema pungantur, & quodammodo cum paruis uirgis ſuauiter flagelletur.*

Odoramēta Deinde *odoret aromatica,et ſunt iſta,* Ambra,Styrax, Calamita,Ladanū,Lignum Aloes,Moſchus,Charyophylli,Nux muſchata. *Et aſſetur pullus, & lardetur cū charyophyllis,aſpergatur aqua roſata moſchata, odoret, & comedat:& hæc in calida cauſa.*

Vtatur

Vtatur uino muſcatellino, aut alio odorifero. — Vinum muſcatellinum.

Sed in frigida cauſa utatur his. Roſa, uiola, nymphæa, *coriandrum præparatum, ſandala, camphora, &c.* — Roſa. Viola.

ADDITIONES PROPRIAE.

Definitio.

Boliſmus, eſt appetitus intenſus membrorum, cum debilitate, & deiectione appetitus (aliàs ſtomachi) & maximè oris. — Boliſmus quid.

CAVSAE.

Licet boliſmus plures habeat cauſas, ut patet in xiij. tertia tertij, tamen ſecũdum plurimum, febribus accidit: & caliditate exiccante, & reſoluente membrum, in febre longa, aut acuta, unde ipſa membra appetũt refici, & ideò quærunt nutrimentum: & hæc caliditas præter naturalis deſtruit uirtutem ſtomachi appetitiuã, & animalem.

Et quia utplurimum hæc mala complexio deſtruẽs appetitum animalem ſtomachi, eſt propter communitatem à cerebro, cum embrocis infrigidantibus, & humectantibus ſuccurrendum. — Embrocæ frigidæ.

Nam inquit princeps Auicenna. *Plurimum boliſmi eorum eſt, propter cauſam coniunctam (aliàs communicatam) neruis, qui à cerebro ueniunt, dantes ſenſum ori ſtomachi, cum ſit os ſtomachi, corpus induratum plus quàm oportet ab illa caliditate, & ſiccitate, qui & amplius induratur præter naturam, cum ultimatur ſenſus in eo, id eſt, non poteſt bene percipere cum bonitate ſenſus.* — Auicenna.

CVRA.

Inquit idem. Curetur cum odoramentis bonis: & in hac cauſa conuenit lutum ſigillatum, lutum armenum infuſum in aceto, & odoratum. — Odoramẽta

Odorentur cibaria odorifera frigida, & panem cali- — Cibaria.

dum in

Panis. *dum in aqua roſata infuſum.*

Carnes. *Et carnes aſſatas,aſperas,agreſtã,& ſandalos in aqua roſata cum pauco uino odorifero conuenit.*

Odoramenta frigida cordialia.

Epithẽa frigidum cõſeruatiuum. *Recip.Aquæ roſatæ,lib.ſem.aquæ nenupharis,bugloſſæ,ana unc.iij.ſandalorum omnium,drac.i.uiolarũ,drac.i. cinnamomi, caryophyllorum, ana ſcrup.ſem. moſchi, gran.ij. Ex eo facies aſpergatur,nares, & frons : uel fiat epithema.*

Iulep ad idẽ. *Item, ex uino granatorum, & cydoniorum, in pauca quantitate,& cum aqua roſata,& iulepo roſato fiat iulep,& aromatizetur cũ zuccharo cum modico ligni aloes,ſandalis,& corallijs.*

Vinum granatorum. *Si placuerit ei,ſit uinum granatorum,uel cydoniorum cum iulepo roſato,uel uiolato.*

Cibaria ſint ſubtilis ſubſtantiæ,& boni nutrimenti, cõditi cum agreſta,& uino cydoniorum.

Embrocatio capitalis.

Embrocatio capitis. *Recip.Florum uiolarũ,nenupharis,roſarum,ſeminum lactucæ,papaueris albi,foliorum ſalicis,florũ anethi, ana q.v.&c.Bulliant in aqua,& fiat embrocatio ad caput.*

Inunctio ſtomachi. *Vngatur ſtomachus cum oleo roſato, & de cydonijs, & myrtho,in quibus bulliant maſtyx,& roſæ.*

Fomentũ ad idem.

Fomentatio ad idem.

Recip.Myrthi,roſarum,labruſcæ,ſumachij,uiolarum, cinnamomi,maſtyches,ana parum.Bulliant in aqua roſarum cum pauco uino,& fiat fomentatio ad ſtomachum.

Stupor in ore ſtomachi. Frictio. Ligatura. Odoramẽta. *Si autem eſſet propter ſtuporem in ore ſtomachi,fiant fricationes ſupra ſtomachum, & ligaturæ extremorum, & applicentur odoramenta calida.*

Fomentum. *Et fomentetur cum decoctione maſtyches,caryophyllorum,*

lorum, cinnamomi, calami aromatici, nucis moſchatæ, maæ cis, ſumachij, roſarum, ad exigentiam. Bulliant in uino, & *aqua, & fomentetur ſtomachus, & inungatur cum oleis ſequentibus.*

Cum oleo maſtycino, ſpicato, abſynthite, & roſaceo. Inunctio.

Si à uirtutis debilitate.

Refocilletur uirtus cum uino bono maluatico, & cum pullo deſtillato, cum aqua carnis: aromatizetur cum ligno aloes, & cinnamomo, &c. Cōfortatiuū. Aromata.

DE HEPATIS DEBILITATE. CAP. XXXVI.

Hepatis debilitas.

Definitio.

DEBILITAS *fit in hepate propter aliquid malitiæ, complexionis, quæ uincit aut in ſubſtantia eius, aut in inſtrumentis ſuis, aut in materijs retentis in inſtrumentis ſuis.*

CVRA.

Cura debilitatis hepatis in cauſa frigida. *Cura cauſæ frigidæ.*

Miſtura.

Recip. *Diagalangæ, diacalamenti, ana unc. i.* Detur *drac. i. ante cibum.*

Syrupus conueniens.

Recip. *Syrupi de abſynthio ij. uel iij. cochlearia, ſine aqua ſumat ij. uel iij. cochlearia.*

Trochiſchi.

Recip. *Trochiſcorum de ligno aloes, trochiſcorum de rhæobarbaro, ana unc. ſem. (alias drac. ſem.) Fiant pilulæ ex his pulueriżatis cum ſyrupo de abſynthio, & dentur* Pilulæ.

vij. uel

vij. uel v. ante cibum per iij. horas cum modico ſyrupo de eupatorio.

Fomentatio ad idem.

Fomentum. *Recip. Abſynthij, marrubij, ana man. i. (aliàs i. ſem.) ſpicæ, drac. i. caſiæ ligneæ, cinnamomi, ana drac. ſem. Bulliãt in ſ. q. uini albi (aliàs aquæ) odoriferi, ad cõſumptionem tertiæ partis. Infundantur peciæ lineæ ſubtiles, aut ſpongia, & expreſſa ponatur ſuper hepar.*

Exiccato loco, inungatur ſequenti unguento.

Vnctio. *Recip. Olei ſpicati, abſynthitis, maſtychini, ana unc. ſem. cinnamomi electi, ligni aloes, ana drach. ſem. ſpicæ, ſcrup. i. ceræ, q. ſ. Fiat unguentum.*

IN CAVSA CALIDA.

Cura cauſæ frigidæ. *Recip. Triumſandalorum, Diarbodonis Abbatis, ana unc. i.*

Iulep ad idem.

Iulep. *Reci. Syrupi acetoſi, Diarbodonis Abbatis, anà unc. ij. uel iij. Dentur cochlearia ij.*

Trochiſchi ad idem.

Recip. Trochiſcorum de berberis, trochiſcorum de ſandalis, ana drac. ſem. Pulverizentur, & cum ſyrupo de endiuia fiant trochiſchi.

Obſeruatio.

Canon. *Nota de trochiſchis, quòd poſſunt dari in forma pilularum, uel pulueris: ſi in pilulis, dentur, & conficiantur cũ aliquo ſyrupo appropriato reſpiciente hepar: ſi in forma* Puluis. *pulueris, cum aliquo liquore, uel iulepo itidem hepar reſpiciente.*

Cura. *Reci. Syrupi de endiuia, de portulaca, ana unc. v. (aliàs ſem.) roſarum rubearum, man. ij. abſynthij, man. i. ſandalorum alborum, & rubeorum, drac. i. Contundantur, & bulliant*

bulliant in ſ. q. aquæ fontanæ, ad conſumptionem tertiæ partis: exiccato loco, fiat inunctio talis.

Inunctio ad idem.

Recip. *Olei roſarum, unc. i. olei uiolarum, unc. ſ. ſandali rubei, & albi, ſpodij, ana drach. i. ſpicæ, ſcru. i.* Fiat *linimentum.* Vnctio.

Epithema ad idem.

Recip. *Aquarũ endiuiæ, roſarum, hepaticæ, ana unc. i. ſandali albi, & rubei, ſpodij, ana drac. ſem. (aliàs i.) ſpicæ ſcrup. i.* Pulueri*zentur, & fiat epithema: cui adde aceti unc. ſem.*

Inquit Bauerius *(aliàs Guainerius) in cõſilio quodam, duarum trium'ue quartanarum, ſol. 31. remoueatur mala craſis calida, & ſicca hepatis, & confortetur hepar.* Bauerius, aliàs Guainerius.

Potus pro hepaticis.

Recip. *Limacias in dumetis repertas, & elixẽtur cum endiuia, & de eo accipiantur unc. iiij. ſem. & aromatizentur cum puluere hepatis lupini, & calidum ſtomacho ieiuno adminiſtretur. Iſte potus multum confert in hoc caſu, ut apparet ex ſimplicibus ipſum ingredictibus, & ab ijs, quæ dicuntur ab* Auicenna *14. tertij, cap. de hepati conferentibus.* Auicenna.

Quòd ſi poteſt limacias comedere, & eas digerere, laudarem: & ſimiliter laudo endiuiæ uſum. Iſtum potum calidum ſimiliter ſumat ante cibum per iiij. horas: præcedẽte tamen cibi aſſumpti digeſtione, & eo totaliter uti incipiat per duos dies poſt ſolutiuum: & ipſum continuet per viij. uel x. dies. Vel *ſumat confectionem, quæ ſic fit.* Limaciæ. Endiuia. Digeſtio.

Confectio.

Reci. Trochiſcorũ *de abſynthio, deſcriptione* Meſuei, *drac. i. ſpodij, drac ſ. gẽmarum, margaritarum, electuarij de gemmis*

de gemmis ſine ſpeciebus,ana drac.iij.ſpecierum triaſandalorum ſine camphora, deſcriptione Meſuei, ſpecierum Diarhodonis Abbatis,*ana drac.i.ſe.ſacchari finiſſimi,lib. i.ſem. aquæ endiuiæ,part.ij.aquæ hepaticæ,part.i.de ambabus q.ſ.& fiat confectio ſolida in morſellis,quorũ quilibet ſit drac.iij.* De *hac cõfectione remiſſæ caliditatis hepatis,& ſtomachi cõfortatiua,ſi non fuerit ex febre,quæ prohibeat, ſumat unum morſellum, per tres horas ante prandium diebus alternis:& quando ſumat iſtam,non ſumat potum dictum.*

Doſis.

Idem alibi.

Idem in alio conſilio,fol.45.

Cõfortatio. *Hepar lupinum.* *Auellanæ.* *Auicenna.*

Confortetur hepar cum rebus à proprietate ualentibus,ſicut ſunt limaciæ,ſpecies endiuiæ,& propriè amara, quæ ad rubedinem declinant,hepar adip,id eſt lupi,auellanæ torrefactæ,uſus ranarũ:et hoc authoritate Auicennæ.

ANNEXA PHARMACA.

Cõfortatiua. *Cõfortatiua hepatis.*

Hepatis debilitati medentur ſequentia,ſcilicet roſata nouella,& peculiariter diacoſtum. Item *diatriaſandalon,aurea alexandrina,diacorus,dialacca,diacurcuma:& ieiunè maximè ſumantur.*

Syrupus pro hepaticis optimus in cauſa calida.

Syrupus in cauſa calida

Recip.Sandalorum omnium,ana unc.i.florum uiolarũ, nenupharis,raſuræ eboris,ana unc.ij.ſpicæ,unc.ſem.ſquinanti tantundem,ſacchari,lib.iiij. Fiat *ſyrupus arte.*

Epithema pro confortatione hepatis.

Epithema ſuper hepar.

Recip. Pulueris *ſandali rubei, drac.ij. ſpodij ſubtiliter pulueriżati,drac.ſem.uel ſcrup.ij.aquæ endiuiæ,q.ſ.*Fiat *epithema,quod cum panno lineo in eo humectato,applicetur regioni hepatis pluribus uicibus.*

Potus ad hepar.

Potus.

Infuſio rhæobarbarici electi in aqua centaurij,æquè ualet hepa=

let hepaticis.

Puluis ad idem.

Hepatis debilitati confert maximè puluis hepatis adip, id eſt lupi. **Puluis.**

Vel fiat talis tragæa.

Recip. Pulueris hepatis lupini, drac. iij. pulueris hepaticæ herbæ, ſcrup. iiij. ſpecierum diatriaſandali, unc. ſem. Miſce, fiat tragæa. **Tragæa.**

Commendatur à multis crebrior uſus piſtatiorum. **Piſtatia.**

Item potus uini de paſtinaca. Item aqua fumiterræ, in qua ſit macerata rhapontica. **Vinũ de paſtinaca.**

Purgentur hepatici cũ apozemate foliorum ſenæ, agarici, & zinziberis, additis paſſulis. **Potus laxatiuus.**

Vel cum iſto bolo, ſeu ſyrupo.

Recip. Diaprunis ſolutiui, drac. iij. hieræ picræ Galeni, drac. iiij. electuarij indi, de ſucco roſarum, ana drac. i. Miſce, fiat bolus cum ſaccharo. Vel diſſoluatur in aquis naſturtij, camomillæ, endiuiæ, ſcariolæ, cicorij, ſaluiæ utriuſlibet, ana q. ſ. Miſce, fiat potus. **Bolus, uel ſyrupus laxatiuus.**

DE OPPILATIONE HEPATIS, CAP. XXXVII.

Definitio.

OPPILATIO *hepatis eſt constrictio, ſeu coarctatio, ſeu clauſio uenarum, quæ ſunt in hepate, ſeu pororum, & foraminum, quæ ſunt in ſubſtantia eius.* **Hepatis oppilatio quid?**

CAVSAE, ET CVRA.

O*ppilatio hepatis, ſi eſt à repletione ſanguinis cum communi=*

communitate totius, fiat phlebotomia uenæ communis, ſiue iecorariæ.

DIGESTIO.

SI eſt materia phlegmatica craſſa, detur tale digeſtiuum.

Digeſtiuum. Recip. *Oxymellis ſimplicis, ſyrupi biſantini, ana drac. vi. aquarum abſynthij, capillorum ueneris, cuſcutæ, ana unc. i. Miſce.*

Canon. Syrupus. *Vbi autem cum mala oppilatione eſſet mala cõplexio calida, tunc pro digeſtione conuenit ſyrupus aceto ſus, & diarhodon. Similiter ſyrupus de biſantijs, cũ aquis dictis.*

EVACVATIO.

FActa digeſtione detur hæc medicina euacuatiua phlegmatis craßi, & deoppilans uenas. Valet etiam, ſi adeſt mala complexio, calida in forma potabili.

Potus ſolutiuus. Recip. *Florum boraginis, buglosſæ, capillorum ueneris ana man. i. paſſularum enucleatarum, liquiritiæ raſæ, ana unc. ſem. ſebeſten, num. viij. iuiubarum, num. x. radicum petroſelini, fœniculi, apij, ana drac. i. Bulliãt in ſ. q. aquæ, ad cõſumptionem medietatis, deinde coletur, & de colatura recip. q. ſ. ad diſſoluendum, diacatholiconis, drach. v. diaphœniconis, drac. ij. agarici optimi, & electi, ſcrup. iiij. ſalis gemmei, zinziberis, ana gra. iiij. (aliàs iij.) electuarij. ſucci roſarum, drac. ſem. (aliàs unc. ſem.) agaricus cũ ſale gemmeo, & zinzibere, infundantur in oxymelle ſimplici, q. ſ. pro ſui imbibitione, deinde fiat expreßio fortis, & cum reliquis diſſoluatur, & fiat potus.*

Lauatiuum. *Et detur poſtea lauatiuum ex aqua cicerum, & ſaccharo paratum.*

In forma pilularum.

Pilulæ. Recip. *Pilularum aggregatiuarum, de rheobarbaro Meſuei,*

Meſuei,agarici trochiſcati,ana ſcrup.i.diagridij,gra.ij. uel iij.Reficiantur vij.cum ſyrupo bizantino.

CONFORTATIO, ET DEOPPILATIO.

Electuarium hepatis confortatiuum, & deoppilatiuum.

Reci.Diarhodonis Abbatis,aromatici roſati,ana unc. i.dialaccæ unc.ſ.miſce cum ſyrupo bizantino,& reficiatur. De quo ſumat mane ante cibum, per tres horas,ad quantitatem caſtaneæ. Electuariũ confortatiuum,& deoppilatiuũ.

Pilulæ ad idem.

Reci. Trochiſcorum de eupatorio,trochiſcorũ de abſynthio,trochiſcorum de roſis,ana ſcrup.i.puluerizentur ſubtiliter,& cum ſyrupo bizantino,reformentur pilulæ vij.Quæ mane exhibeantur ante cibum per horã,& immediate bis aſſumptis,detur ſequens potio.

Potio.

Reci.Syrupi Bizantini un.i.aquæ fœniculi,abſynthij, ana unc.i.ſ.miſce,& exhibeatur. Potus:

Epithema.

Reci. Abſynthij,eupatorij,capillorum ueneris,cyperi, ana.m.ſ.cinnamomi electi,caſiæ ligneæ,ana dra.i. (aliàs i.ſ.)ſpicæ ſcrup.ſ.(aliàs drac.i.)rotundantur,& bulliant in lib.i.uini odoriferi,aliqualiter pontici,& nigri,uſque ad conſumptionem tertiæ partis:deinde accipiantur petiæ lineæ,& infundantur,quæ expreſſæ,ponantur ſuper hepar:deinde fiat unctio talis.

Vnctio.

Reci. Olei ſpicati,abſynthitis, ana drach.v.cinnamomi electi,caſiæ ligneæ,ana drac.i.ſpicæ ſcrup.i. puluerizentur,& cum modico ceræ fiat unctio.

Mala complexio.

In mala complexione, fiat talis fomentatio, uel epithema.

Fomentum uel epithema.

Reci. Foliorum abſynthij, enduiæ, lupulorũ, ana. m. i. Sandalorum alborũ, & rubeorum, ana drac. i. bulliant in ſ. q. aquæ roſaceæ, ad conſumptionẽ tertiæ partis.

Vnctio ad idem.

Linimẽtum ad idem.

Reci. Olei roſacei, camomalini, ana drac. vi. ceræ parum, & fiat unctio.

Vngatur pectus mane, & ſero, cum iſta inunctione.

Reci. Olei amygdalini amari, lilini albi, oeſypi humidæ, ana drac. ij. miſce pro linimento.

ADDITAMENTA PROPRIA.

Syrupus cichorites digeſtiuus.

PRimo digeratur materia cum ſyrupo cichorite. Recip. Enduiæ domeſticæ, & ſylueſtris, cichorij, an. m. ij. roſtri porcini, hepaticæ, fumiterræ, lupulorũ, ana. m. i. hordei unc. ij. liquiritiæ raſæ, alkakengi, capillorum ueneris, cuſcutæ, Pollinis, uel pollitrici, adyanthos, ana dra. vi. decoquãtur in aqua ſufficienti, coletur, & fiat ſyrupus cum zucchoro acetoſo. In quo ad omnem libram eius ponatur rhæobarbari electi drach. iij. ſpicæ ſcru. iiij. cõtritorum, & ligata in pecia rara, donec fuerit perfecte decoctus ſyrupus. Doſis eſt unc. ij. cum unc. iij. uel. iiij. aquæ emulſionis, ſeminum communium frigidorum maiorũ. Eſt expertus ſyrupus in apoſtemate, & oppilatione hepatis. ego utor ſyrupo de hepatica peculiariter, aduerſus obſtructiones uiſcerum.

Syrupus de hepatica ad idem.

Reci. Hepaticæ. m. i. lenticulæ aquaticæ tantũdem, florum cucurbitæ, roſarũ, uiolarum, ana unc. i. cimarũ ſchænuanthos drac. i. ſacchari taberzeth lib. i. Irroretur cum ſucci punicei triente, & aromatizetur cum ſandali, & ſpodij ana drach. i. & fiat ſyrupus arte.

Secundo

Secundo euacuetur cum ſubſequenti miſtura theriacali uarignaniana experta.

Recip. Succi abſynthij, marrubij, ſtiçados, maſtiches, rhaeobarbari, camaedreos, camepitheos, ana dra. xij. hyſſopi aureos vi. agarici, ad pondus omniũ: puluerizentur, & reficiantur cũ melle, & detur ſecũdum uirtutẽ, à drac. ij. uſq; ad v. cum aqua calida decoctionis ſtaechadis.

Miſtura theriacalis ſolutiua, uarignaniana.

Tertio liniatur regio hepatis, cum unctione iſta.

Reci. Olei behenini, metopij, de nucleis perſicorũ, ana unc. ſ. unguenti mollitiui cõmunis unc. i. cerae. q. ſ. fiat linimentum molle, &c. aquae deſtillatae, oppilationũ hepatis aperitiuae, ſunt uidelicet. Aqua cuſcutae, taraxaconis, eupatorij, calamenti, cum antidoto diacbidno datae.

Vnctio pro hepate oppilato.

Aquae deſtillatae hepatis deoppilatiuae.

Item bibat aquam decoctionis.

Aneſi, marathri, cubebarum, caricarũ, paſſularũ, ſatureiae, hiſſopi, calamenti, ſaluiae ſiccae, pãpinellae, enulae.

Decoctio ad idem.

Accipiendo de ſingulis exiguum, bulliat ad excoctionem tertiae partis: colatum edulcetur cum ſyrupo bizantino, uel ſecaniabin de radicibus.

DE APOSTEMATE HEPATIS, CAP. XXXVIII.

Definitio.

APOSTEMA *dicitur fieri in hepate, quãdo materia per ſe, & primo colligitur in ipſo.*

Apoſtema hepatis quid.

Excitatur quãdo materia de membro alio ad hepar delegatur, ſiue ſit per medium criſis, ſiue ſine criſi.

Hulcus uerò dicitur, cum apoſtema conuerſum eſt in ſa

Apoſtema.

niem,& poſt hoc rumpitur.

Exitura — *Fit igitur apoſtema per cõgeſtionem: exitura per delegationem: Vlcus uerò per rupturam.*

Vlcus.

CAVSAE.

Cauſæ duplices. — C*Auſæ ſunt duplices, extrinſecæ, & intrinſecæ.* Extrinſecæ, *ut caſus, conquaſſatio, & ſimilia.*

Extrinſeca cauſa. — Interiores, *ut crapula, indigeſtio ſtomachi, debilitas uirtutis digeſtiuæ hepatis, aggregatio humorũ in hepate,*

Intrinſeca. — *malitia mundificationis à chyſtis fellis, ſplenis, rhenum, & inteſtinorum, &c.*

APHORISMI.

1 H*Epati inflammationem patienti, ſingultus aduenit.* Aphor. 58. *lib.* 5.

2 V*eſica diſciſſa, aut cerebro, aut corde, aut ſepto trãſuerſo, aut aliquo ex tenuioribus inteſtinis, aut uentriculo, aut iocinore, lethale eſt.* Apho. 18. *lib.* 6.

3 Q*uorũ hepar ſuppuratũ aduritur, ſi pus purũ fluxerit, & album, euadunt: in tunica enim ijs pus continetur. Si uerò qualis amurca fluat, pereunt.* Aphor. 46. *lib.* 7.

CVRA.

Cura. — E*T ſi apoſtema hepatis ab alijs humoribus fieri põt, tamẽ ſæpius eſt ſanguineũ.* Vnde *in euacuatione ta*

Apoſtema ſanguineum. — *lis competit phlebotomia in principio, niſi aliquid obſtet,*

Cauſæ phlebotomiam prohibẽtes. — *ut ætas pueritiæ, & ſenij, paucitas ſanguinis, debilitas, uirtutis, uel alij humores.*

Iecoraria. — Fiat *igitur de uena communi, magna ſtante repletiõe.* Deinde *de baſilica, oppoſita ſiniſtra: ſed quia corpus raro*

Baſilica. — *repletum eſt maxima repletione, ideo communiter fit de baſilica dextra, in magna quãtitate, niſi adſit uirtutis debilitas, tunc enim debet partiri, quod ſi non poteſt fieri de*

Cephalica. — *baſilica, fiat de cephalica.*

Quod ſi apoſtema fuerit propter retentionem ſanguinis hæmorrhoidalis, uel menſtrualis, fiat de ſaphæna, deinde ſequenti die de baſilica, deinde de ſaluatella. *Apoſtema ex retentione ſãguinis menſtrui & hæmorrhoidalis.*

Si autẽ ſit apoſtema cholericum, fiat primo lenitio uentris cum clyſteri, uel lenitiuo per os materiã minorante, deinde minoratio, poſtea digeſtio, deinde euacuatio. *Apoſtema cholericum.*

Deinde pro ſecunda intentione fiat diuerſio, quæ fit ut ſuperius dictum eſt: & hoc pro cauſa antecedente. *Diuerſio.*

Notio.

Nota quòd ſuperius loco phlebotomiæ uti poſſumus ſanguiſugis, uel uentoſis, cũ ſcarificatione in natibus. Hæ nãq; uicem gerunt uenæ ſectionis, ſiue phlebotomiæ uenæ communis, & nigræ (aliàs magnæ.) *Sanguiſugæ*

Regimen circa cauſam coniunctam.

Primo fiat repercuſsio in principio, &c. ut in alijs apoſtematibus. *Cauſa coniuncta.*

In calido itaq; apoſtemate in principio fiat tale repercuſsiuum epithema. *Repercuſsio*

Reci. Aquæ roſarum, endiuiæ, ana unc. vi. roſarum rubearum, ſpodij, ſandalorum albi, & rubei, ana dra. i. puluerizentur, & cũ aquis miſce, et fiat epithema ad hepar cũ panno lineo, quæ petia exprimatur fortiter, & in manu teneatur, quouſq; tepefiat, & hoc fiat ter, uel quater. *Epithema repercuſsiuũ.*

Deinde ad idem fiat hæc inunctio.

Recip. Olei roſarum unc. ij. nenupharis unc. i. (aliàs drach. ſ.) roſarum rubearum, ſandali albi, & rubei, ſpodij, ana drach. ſ. ſpicæ ſcrup. ſ. quæ apponitur pro confortatione, puluerizentur, & cum exiguo ceræ, fiat unctio ſecundum artem. *Vnguentum ad idem.*

Emplaſtrum, ſiue linimentũ ad idem. *Emplaſtrũ, ſeu linimẽtum ad idẽ.*

Reci. Mala cydonia nume. iiij. uel. v. quæ decoquantur

 in aqua

in aqua roſacea, & aceto, ſimul ad perfectam decoctionem, ita quod aqua roſarum ſit tripla ad acetũ, & quãdo eſt perfecte decocta, accipiatur pulpæ libra una. Cui adde ſandali albi, & rubei, roſarum rubearum, ſpodij, ana drac.ij. olei roſacei. q.ſ. ad impinguandum, quod ſuper peciam extendatur, & applicetur.

Apoſtema phlegmaticum.

In apoſtemate phlegmatico.

Repercuſſiuum in principio.

Applicamentum.

Applicamẽtum repercuſſiuum.

Reci. *Corticum thuris, maſtyches, ana drach.i. foliorũ cupreſſi, & nucum eius, abſynthij, roſarũ, ana m.ſ. bulliãt in aqua abſynthij, & roſarum, ita, quòd aqua roſarum ſit ſubdupla, ad aquam abſynthij, in.ſ.q. ad conſumptionẽ tertiæ partis, deinde imponantur peciæ, &c.*

Aliud ad idem.

Applicamẽtum.

Recip. *Olei roſacei, abſynthitis, maſtichini, anethini, ana unc.i.ſ. miſce, & infundantur peciæ lineæ.*

Linimentum ad idem.

Reci. *Olei roſarum rubearum, maſtychini, abſynthitis, ana unc.ſ. gallarum, cupreſſi, maſtyches, roſarum rubearum, ana drac.ſ. puluerizentur, & ſine cæra miſce cum dictis oleis, & fiat linimentum arte.*

Apoſtema melancholi.

In melancholici apoſtematis principio conferunt eadẽ repercuſſiua, quæ in phlegmatici principio, &c.

Apoſtema calidum. Epithema.

In augmento apoſtematis calidi fiat hoc epithema ſupra, in principio poſitum: cui adde, camomillæ, meliloti, anethi, ana drach.ſ. addendo aquis reliquis, aquam camomillæ.

Ad idem inunctio.

Vnctio ad idem.

Reci. *Olei roſacei unc.ij. olei camomalini unc.i. ſandali albi, & rubei, ſpodij, ana drac.ſ. pinguedinis anatis, gallinæ,*

gallinæ, ana drac. ſ. (aliàs unc. ſ.) puluerizanda pulueri- zentur, & cum exiguo ceræ fiat unctio.

Ita procedendo quo ad mediũ ſtatus ſemper, plus ad- damus de reſolutiuis. Vnde poſſumus addere mucilaginis, fœnigræci, ſeminis lini, altheæ, procedendo ad ſtatum. Reſolutiua.

In apoſtemate autem pro calido, & eriſypelate, cum talibus ita reſolutiuis non poſſumus procedere. Apoſtema purum, & eriſypelas.

Ad idẽ poſſumus facere emplaſtrũ dictũ.

Et ubi ponimus aquam roſaceam cum aceto, addamus aquam camomillæ. Et ubi impinguamus cum oleo roſato ſolo, impinguemus cum oleo roſato, & amygdalino dul- ci, uel anethino. Canon.

Si autem apoſtema fuerit phlegmaticũ, fiat hoc epithema. Apoſtema phlegmaticum.

Reci. Camomillæ, abſynthij, meliloti, foliorũ cupreßi, ana m. ſ. maſtyches, corticum thuris, ana drac. ſ. (aliàs. i.) bulliant in. ſ. q. aquæ abſynthij, & camomillæ, ad conſum- ptionem tertiæ partis, deinde colentur, & in colatura po nantur peciæ, &c. Epithema.

Linimentum ad idem.

Recip. Olei camomalini, abſynthitis, ana unc. i. (aliàs ana obmittitur) olei roſarum unc. ſ. mucilaginis, ſeminis li ni, fœnigræci, altheæ, ana unc. ij. (aliàs unc. i. ſ.) maſty- ches, ſpicæ, ana drac. i. ceræ parum, & fiat, &c. Iſtis põt addi ſuccus eupatorij, & eſt conueniens in reſoluendo, & confortando hepar, cum alijs. Alius textus ſic habet: Ob- mittitur cæra, et ſuccus eupatorij. Et ſcribitur ſtatim poſt ſpicæ, ana dra. i. ſic. Bulliãt omnia præter farinas, in. ſ. q. aquæ, ad cõſumptionẽ medietatis, deinde piſtentur in mor tario, & in (aliàs ex) dicta decoctione, & oleo ſeſamino, camomalino, & roſaceo. q. ſ. ad impinguãdum fiat linimẽ Alius textus.

tum,quod extenſum ſuper petia applicetur.

Emplaſtrum ad idem.

Reci. *Camomillæ,meliloti,anethi, abſynthij,ana.m.ſ. farinæ ſeminis lini fœnigræci, hordei,ana unc.ij.maſtyches,ſpicæ,ana drach.i.Bulliant omnia præter farinas,in ſ.q.aquæ,ad conſumptionem medietatis, deinde piſtentur in mortario,& cũ prædicta decoctione,& oleo ſiſamino, camomalino,& roſaceo.q.ſ.ad impinguãdum,fiat emplaſtrum quod extendatur ſupra petiam.*

Apoſtema melancholi. aliàs phlegmaticum. *Apoſtemate autẽ exiſtente melancholico (aliàs phlegmatico) & in augmẽto,uerſus ſtatum,miſceantur reſolutiua cum repercußiuis,mollificatiuis.*

Fiat igitur tale linimentum.

Linimentũ. Recip. *Olei roſacei, amygdalini dulcis, ſiſamini, ana unc.i.infundantur petiæ,&c.*

Aliud ad idem.

Reci. *Mucilaginis,ſeminis lini,fœnigræci,althææ, ana unc.i.olei roſacei,abſynthitis,camomalini,ana drach.iij. miſceantur omnia inuicem,& infundantur petiæ,&c.*

Emplaſtrum Auicennæ in apoſtemate calido,in ſtatu uerſus declinationẽ.

Reci. *Styracis liquidæ,ceræ,ana danich(aliàs dra.x.) maſtyches,croci,amomi(aliàs cimini) ana dra.iiij. (aliàs un.iiij.)olei roſati unc.ij.uini odoriferi, cotilas.ij.ſ. ideſt xx.unc.omnia bulliant in prædicto uino, & oleo uſq; ad cõſumptionẽ uini,deinde extẽdatur quod remanet,&c.*

Cotila eſt mẽſura yiij. unciarum.

In phlegmatico,exiſtente in ſtatu uerſus decrementum,aliàs declinationem.

Apoſtema phlegmaticum. *Ab omnibus emplaſtris, inunctionibus, & remedijs abſcedatur.*

Styptica. Remoueantur *omnia ſtyptica,ſicut dictum eſt,& procedatur*

edatur cum illis.

In melancholico emplaſtrum reſolutiuum.

Recip. *Camomillæ, meliloti, meliſſæ, ana man. ſem. foliculorum ſenæ, epithymi, ana unc. ſem. Contundantur omnia, quæ bulliant in ſ. q. aquæ meliſſæ ad perfectam decoctionem, deinde piſtentur, & prædictis addantur.*

Farinæ fœnigræci, ſeminis lini, ana unc. i. ſem. paſſularum, unc. ſem. Quæ ſimul piſtentur cum dictis, & cum dicta decoctione, & oleo anethino, & amygdalino dulci, & camomillino, & ſeſamino, q. ſ. fiat emplaſtrum.

Canon.

Vbi autem apoſtema non reſoluitur, nec induratur, nec permutatur ad aliud membrum: cura eſt uenire ad maturationem, quæ niſi (aliàs pro niſi) coacta, ut uita prolongetur, fienda non eſt, quia, ut dictum eſt, maturationem cauere debemus. *Maturatiua.*

Emplaſtrum pro forma maturatiuum.

Recip. *Radicis altheæ, medullæ (aliàs abietis) arietis, ana lib. i. (aliàs ſem.) maluarum cum radicibus, camomillæ, meliloti, anethi, ana man. i. farinæ hordei tantundem, uel minus (Alius textus ſic habet.) Farinæ hordei, ſeminis lini, ana unc. ſem. Bulliant in ſ. q. aquæ ad cōſumptionem medietatis, deinde piſtentur, & prædictæ farinæ poſt decoctionem addantur, & cum dicta decoctione, & adipe gallinæ, & porci, q. ſ. fiat emplaſtrum: cui, ſi intendimus eruptionem, poſt maturationem addamus, fermenti, unc. i. fimi columbini ſubtiliter puluerizati, drac. i.* *Emplaſtrum maturatiuū:* *Ruptoriū apoſtematis.*

Rupto apoſtemate ſanies purgetur, aut ad uias inteſtinorum, aut urinæ, aut ad uentrem inferiorem circa inguina. Vnde ſi eſt in gibbo, mundificetur per uias urinæ; nam in hoc caſu debemus uti prouocantibus urinam, ut aqua *Mūdificatio ſaniei.* *Diuretica.*

mellis

mellis cum aqua ſeminum frigidorum, in calido apoſtemate: in frigido, cum aqua apij, fœniculi, & petroſelini.

Flux uentris. *Si autem ſit in concauo, euacuetur per fluxum uentris, & tunc ſola aqua mellis eſt ſufficiens.*

Stomachi mũdificatio. *Et quia per meſaraicas etiam iſta ſanies poteſt uenire ad ſtomachum, ſtomachus mundificetur, cum hydromelitis unc. iij. & mellis roſacei, unc. i. ſem.*

Cõſolidatio. *Vltimò, fiat conſolidatio apoſtematis.*

ADIECTITIAE MEDELAE.

Syrupus cicorithes. *AD idem ualet ſyrupus cicorithes, ſupra memoratus.*

De hac quoque materia uide latius Gilbertum Anglicum, in cap. proprio, qui copioſe, & bene ſcribit de illo affectu, fol. 240. &c.

DE DOLORE HEPATIS, CAP. XXXIX.

Definitio.

Dolor hepatis quid? *DOLOR hepatis eſt ipſius hepatis triſtis quædam ſenſatio, à mala complexionè, ſeu qualitate, ſiue humore, cum, & ſine materia, &c.*

SIGNA.

Cauſæ ex Galeno. *ET talis dolor poteſt prouenire aut ex forti inflammatione, aut ex ſpiritu flatuoſo, aut ex obſtructione, & ſimilibus alijs, &c.*

APHORISMI.

QVicunque hepar circũdolent, ijs febris ſuperueniens, ſoluit dolorem, ſiue ægritudinem. Aphor. 53. lib. 7.

CVRA.

CVRA.

CVra doloris hepatis à uentoſitate, uel uapore craſſo, incluſo inter pãniculum tegentem hepar, & ſubſtantiam hepatis, ſex exigit intẽtiones: quarum prima eſt, euacuatio materiæ, ex qua fit uapor, & uentoſitas, quæ euacuatio perficitur, aut integratur ex minoratiuis, digeſtiuis, & euacuatiuis. ſecunda eſt, diuerſio. tertia, apertio uiarum (aliàs uenarum.) quarta, reſolutio uaporum, & uentoſitatis. quinta, correctio accidentium. ſexta, diæta. Sex curandi intentiones.

Minoratio.

Recip. Pilularum de rhæobarbaro, de eupatorio, ana ſcrup. i. Reficiantur pilulæ, nume. v. & exhibeantur ante diem per horam. Minoratiuæ pilulæ.

Digeſtio.

Recip. Syrupi de duabus radicibus, de eupatorio, oxymellis ſimplicis, ana unc. ſem. aquarum abſynthij, aquæ eupatorij, cicoreæ, ana unc. i. Miſce. Digeſtiuus potus.

Eradicatio.

Recip. Pilularum aggregatiuarum, pilularum de rhæobarbaro Meſuei, agarici trochiſcati, ana ſcrup. i. Reficiantur pilulæ vij. & cum melle roſato detur lauatiuum (aliàs laxatiuum) ex brodio ciccrum rubeorum, & ſaccharo ad v. horas. Pilulæ eradicatiuæ. Lauatiuum.

Diuerſio.

Diuertatur uentoſitas, & uapor, primò, cum clyſteribus trahentibus materiam uentoſabilem ab hepate, & ſint carminãtia. Item, cum uentoſis ſine ſcarificatione, infra (aliàs ſupra) hepar ſub hypochondrio dextro. Clyſteria uẽtoſitatum diuerſiua. Ventoſæ.

Apertio uiarum.

Recip. Dialaccæ magnæ, Diarhodonis Abbatis, ana q. v. (aliàs drac. i.) doſis caſtaneæ magnæ quãtitas, ante cibum per Miſtura uiarũ apertiua

bum per ij. uel iij. horas, ſtomacho ieiuno.

Reſolutio.

Ad reſoluendum fiat eiuſmodi fomentatio.

Fomentũ reſolutiuum.

Recip. *Abſynthij, eupatorij, camedrijs, puleglj, camomillæ, ana man. ſem. ſpicæ, ſcrup. i. Contundantur, & bulliant in ſ. q. aquæ cum tertia parte uini albi odori, ad conſumptionem tertiæ partis: deinde infundatur ſpõgia ſubtiliſsima, & parua, quæ expreſſa, hepati ſuperponatur, & cum inceperit infrigidari, reiteretur (aliàs remoueatur) ter, aut quater; deinde fiat talis inunctio.*

Inunctio.

Recip. *Olei ſpicati, ruthacei, camomalini, ana unc. i. Fiat unctio.*

DIAETA.

Diæta ex Auicenna. Frigida. Calida, & ſicca.

Diæta detur ſecundùm quòd dicit Auicẽ. cap. proprio. unde debet dari modicum uini potentis ſtomacho ieiuno: curat enim uẽtoſitatem. Vitet omnem aquam frigidam: (aliàs omnia actu frigida) ſit temperati cibi, et potus: & omnia declinent ad calidum, & ſiccum.

APPOSITITIAE MEDELAE.

Fomentum. Vnctio. Emplaſtrum aliud ad idẽ.

Primò, fomentetur locus cum decocto origani camomillæ, & hybiſci: & deinde inungatur cum oleo crino calido, uel cum laureo. Poſtea applicetur calidè emplaſtrum factum ex rutha, & oxycrato, uel quod fit ex abſynthio, rutha ſylueſtri, & oleo de alcãna, uel cyprino.

Si hæc non contulerint purgetur cũ ſubſequenti ſyrupo laxatiuo, qui ualet hepaticis, ictericis, hepatis incenſioni, oppilationi, dolori, & apoſtemati.

Recip. *Succorum hepaticæ, endiuiæ, lactucæ, ana lib. i. florum uiolarum, uuarum paſſularum, ana unc. ſem. prunorum damaſcenorum, num. vij. coletur, & colatum dulcoretur*

coretur cum ſufficienti zucchаro albo,& fiat ſyrupus ma ne,& ſero ſumendus,pro qualibet uice in quantitate unc. iij.uel iiij.quo ſyrupo conſumpto, ſumatur ſequens hauſtus laxatiuus,qui ad idem ualet.

Recip.*Electuarij de ſucco roſarum,unc.ſem.rhæobarbari,ſcrup.i.ſpicæ,gra.iij.caſiæ fiſtularis extractæ,drac. iij.Terantur rhæobarbarum,& ſpica,& miſceantur cum ſuperiore ſyrupo,unc.iij.& fiat hauſtus tepidè ſumēdus: reſiduum uerò ſyrupi bibat mane, & ſero:loco lauatiui recip.ſuccorum hepaticæ,&c.* *Hauſtus laxatiuus ad idē.* Canon.

Confortatiua.

Vtatur diatriaſandalis,& conſerua uiolarum.

Vltimò,durāte adhuc dolore,ſecetur uena ſcylen,uel, ſi adſit magna repletio, baſilicæ, aut iecorariæ dextri lateris. *Venæ ſectio*

DE ICTERITIA, CAP. XL.

Definitio.

ICTERVS, *ſiue arquatus morbus eſt,effuſio bilis in cutim:tingitur autem corporis ſuperficies ſelleo colore,& fit quaſi uiridis;cuteq́; male affecta uitiligines irrepunt, atque deiectiones albæ defluunt.* *Icteritia.*

Alia Bertrucij definitio.

Icteritia eſt defœdatio coloris corporis totius,ad citrinum,uel nigrum uergēs,cum permiſtione colorum urinæ, uel egeſtionis,& exeuntium aliorum. *Definitio Galeni.*

Simphoriani Champerij definitio.

Icteritia eſt morbus,cum per totum corpus bilis ſuffunditur. *Chāperij definitio.*

ditur.

Species icte ritiæ.

Icteritia quotuplex.

Citrina,& nigra.

Etymologia.

Icteritiá unde.

Dicitur ab aue Ictero, de qua Plin.lib. 30.natur.hiſt. cap. 3. Auis (inquit) Icterus uocatur,colore,quæ ſi ſpectetur,ſanari id malum tradunt,& auem mori.

Galbula.

Hæc auis aliàs Galbula dicitur.

Synonima icteritiæ.

Icteritiæ ſynonima.

Icteritia dicitur à Plinio,Horatio,Varrone, & Sereno,morbus regius;à Celſo,aurigo.dicitur item,morbus arquatus;icterus quoq;,& alia nomina ſortitur.

CAVSAE.

Cauſæ icteritiæ extrinſecæ, & intrinſecæ.

Cauſæ poſſunt eſſe, morſus,uel punctura uenenoſorum,aſſumptio ueneni,comeſtio ciborum calidorum corruptorum,& oppilatorum,labor in ſole calido,omnia choleram generãtia,chyſtis,ſplen,cholera ipſa,hepar, mala complexio, apoſtema, oppilatio,uenæ totius corporis, & nimius calor ſanguinem adurens,&c.

APHORISMI.

Aphoriſmi Hippocratici.

1 *Quibus in febribus morbus regius ſeptimo,uel nono,uel undecimo,uel quartodecimo ſuperuenerit, bonum,niſi dextrum ilium obdurue rit:ſi uerò non,non bonum. Aphor. 64.lib. 4.*

2 *Quibus in febribus morbus regius ante diem ſeptimum accidit,malum. Aphor. 62.lib. 4.*

3 *Qui regio morbo laborant,non multum uẽtoſi ſunt: Aphor. 72.lib. 5.*

4 *Morbo regio laborantibus,ſi fiat hepar durum,malum. Aphor. 42 lib. 6.*

CVRA.

CVRA.

Remotio cauſæ.

SI *cauſa multiplicans choleram ſit primitiua, ſicut morſus ſerpentum, uel aſſumptio ueneni, &c. tunc cura ſit talis.*

Primò, ſi morſus, uel punctura ſit, tunc conandum uenenum à morſu, uel punctura extrahere, deinde prohibere ambulationem ueneni ad corpus, poſtea cõfortare principalia membra, & tandem inuenire bezoar pro ueneno. Bezoartica.

Primò ergo extrahatur cũ galbano (aliàs gallina) &c. Et ſi hoc non ſufficit, ponatur uentoſa ſuper locum. Ventoſæ.

Deinde circumcirca uulnus fiat inunctio talis, quæ prohibet ſparſionem ueneni ad corpus.

Recip. *Olei roſacei, myrthini, ana unc. i. myrtillorum, ſumachij, boli armenij, ſanguinis draconis, ana drac. ſem.* Vnctio. *Pulueriꝫẽtur, & cum modico ceræ, q. ſ. & aliquãtulo aceti fiat unctio, cum qua inungantur, &c.* Quidam addunt, *roſarum rubearum, drac. ſem.* Deinde *confortentur principalia membra, principaliter cor, deſcendendo (aliàs defendendo) à ueneno (aliàs à pulſibus) cum epithematibus ad frigidum tendentibus, uel calidum, ſecundùm quod uenenum eſt calidum, uel frigidum, ſemper applicando cordi epithemata contraria qualitati ueneni, & hoc modo cor confortetur: deinde, ſi poterit inueſtigare ſpecies ueneni, conetur medicus inuenire medicinam bezoarticã pro illo ueneno: ſi uerò uenenum fuerit aſſumptum per os, educatur per uomitum, uel ſeceſſum, exhibendo ſolutiua appropriata, & tunc confortentur membra principalia: & ſi poßibile eſt inuenire bezoar, detur.* Cõfortatiua Epithemata Canon. Bezoartica.

Cibi omnes multiplicantes choleram amoueantur, ut amara, acuta, dulcia, & ſalſa, &c.

Si cauſa

Si cauſa multiplicans choleram ſit corporea, uel eſt per communitatem à toto, ſicut in febre, & criſibus: nam ſi ſit multiplicatio propter febres acutas, remoueantur.

Digeſtiua. Euacuatiua. 1 Primò, remouendo cauſas febrium acutarum cum digeſtiuis, & euacuantibus, cũ pharmacia, uel phlebotomia.

Infrigidãtia 2 Deinde applicentur quæ infrigidant, & remittãt inflammationem febrilem, quæ eſt cauſa multoties uertendi ſanguinem in choleram, & ita multiplicandi bilem.

Cholera. *Si uerò communitas totius fuerit propter criſim, tunc iuuetur natura, trahendo choleram ad cutem plus, & non* Hippocrates. *impediẽdo opus naturæ, iuxta* Aphoriſmum. *Quibuſcũq; in febribus icteritia fit 4. aut 7. aut 11. aut 14. &c. ut ſu-* Cura. *pra: adiuuamus balneis dulcibus, fricatiõibus, & alijs, &c.*

Si uerò fuerit per communitatem hepatis, uel alterius membri calidi, remoueatur diſcraſia hepatis calida cum Syrupi. *interius aſſumptis, & exterius.* Vnde *ſyrupi de enduuia, de ſucco acetoſæ, acetoſus ſimplex, oxyzacchara, de acetoſitate citri, &c.*

Aquæ cõuenientes. *Aquæ ſunt: aqua endiuiæ, acetoſæ, lupulorum, cicoreæ, ſeminum communium frigidorum, accipiendo unc. i. ſem. de ſyrupis, & unc. iiij. de aquis.*

Electuarium ad idem.

Electuarium Recip. *Sacchari roſati, diatriaſandali,* Diarbodonis *Abbatis, ana drach. ſem. (aliàs unc. ſem.) & accipiat ad quantitatem caſtaneæ.*

Frigida. *Epithemata, & emplaſtra poſſunt fieri cum infrigidantibus, quæ ſupra dicta ſunt.*

Choleræ multiplicatæ euacuatio.

Hæc intentio aliquando debet eſſe prima, quia cholera multiplicata multiplicat ſeipſam aliquando, uel non dat inducias: euacuetur ergo ſic, quando materia eſt craſſa.

Recip.

Recip. Aloes drach.i.agarici trochiſcati drach.ſ.diagridij gra.v. Puluerizentur omnia ſubtiliter, & cũ ſucco endiuiæ reficiantur pilulæ vij.pro drach. Et de iſtis exhibeantur.iij.uel v. Pilulæ ſolutiuæ.

Laudatur in hoc caſu aloe ſolum, in forma pilularum, quia aperit oppilationem, & euacuat cholerã craſſam. Aloe.

Ad idem medicina, in forma potabili.

Recip. Decoctionis communis, cui adde, radicũ petroſilij, endiuiæ, ana drac.i.ſeminum cõmunium frigidorum, ſcrup.iij.fiat decoctio in.ſ.q.aquæ endiuiæ, ſecũdum artem. De qua accipiatur.q.ſ.ad diſſoluendum, electuarij de caſſia drac.v.electuarij de pſilio drac.i.ſ.uel electuarij de ſucco roſarum, tantundem, rhæobarbari electi drach.i.ſ. ſpicæ gra.v. Infundantur rhæobarbarum cũ ſpica in aqua endiuiæ, cum modico uini albi, odoriferi, deinde fiat expreſſio fortis, & propinetur. Infuſio de rabarbaro pro cholericis, & ictericis.

Remotio diſcraſiæ membrorum generantium cholerã, & nocumentum in membris. Hæc intentio fit cum ijs, quæ dicta ſunt in cura debilitatis hepatis.

Remotio citrinitatis ab omnibus, & toto. Hæc fit primo recipiendo uaporem aceti fortiſſimi circa faciem, & totum corpus, & ponere corpus in balneo dulci. Remotio citrinitatis.

Et ſi adeſt febris, uide capitulo Razis proprio. Rhazes.

Nota duo remedia in ictericia citrina, experta in meipſo.

Potio.

Recip. Praſſij, cuſcutæ, ana.m.i. bulliant in uino albo, ſubtili, claro, & nõ potenti. Sed ego accepi uinum potẽs, menſura lib.i.aquæ endiuiæ tantundem, bulliant ad conſumptionem tertiæ partis. Et de iſta decoctione exhibeãtur unc.iij.cum ſaccharo. Phuſca contra icteritiã experta.

Ad nigrā icteritiam, ex oppilatione ſplenis iulep.

Iulep ad icteritiā nigrā ex oppilatione ſplenis.

Reci. *Scolopendriæ, capillorum ueneris, cyperi, corticum radicum capparorū, corticū tamariſci, ſeminis agni caſti omnium, ana drac.i. uel. m.ſ. radicum fœniculi, petroſelini. ana ſcrup. ij.* Radices *incidantur, & bene mundentur à meditullio, & cum alijs bulliant in aqua ſcolopendriæ, capillorum ueneris, &c. ana. q.ſ. ad cōſumptionē medietatis: & de colatura accipiatur lib.i. cui adde ſyrupi de quinq; radicibus, mellis roſati colati, oxymellis ſimplicis, ana unc. iij.ſ. quæ omnia iterum bulliant, quouſq; ueniant ad formam iulepi.* De *quo exhibeātur ij. uel iij. unc. mane.* Aperit *enim oppilationes, maxime ſpenis, ex quibus fit icteritia nigra.*

ADDITIONES PROPRIAE.

Galenus.

Vide Galenum in lib. de locis affectis, & in libro de icteritia conſcripto, atq; in Myamir.

Huc refer ea, quæ in Cōmētarijs ſuper Aphor. ſcribit.

Phriſomeliga, D. M. excellens.

In longa icteritia Phriſomeliga dedit ſyrupos aperitiuos ab intra.

Diachylon.

Et ab extra dedit, & iuſſit ſemper portari cærotum, quod ipſi emplaſtrum diachylon cum armeniaco uocant, in regione hepatis.

Galenus præbet diadictamnum, in Catageni.

In primis fiat expulſio materiæ, icteritiam generans.

Pilulæ Rhazianæ.

Rhazes lib. Diuiſionum, *cap. 38, Recip. Aloes, ſcammonij, ana drac. iiij. agarici drac. ij. ſcrup. i. ſucci eupatorij, ſcrup. i. Fiant pilulæ cum ſucco endiuiæ.*

Ego autem ſic compono.

Compoſitio propria.

Recip. *Aloes drac. i. ſcammonij quartā partē drac. i. agarici partes. ij. drac. i. ſucci eupatorij ſcrup. i. cū ſucco endiuiæ*

endiuiæ fiant ut ſupra. Materia expulſa, ſumat patiens ter in hebdomada drac. i. theriacæ diapente per ſe, uel cum aqua appropriata. Decoctum radicis acori, & ciceerum rubeorum, potui datum, Auriginoſis multo maxime prodeſt. Theriaca diapenthe. Decoctio ad idem.

Contra ictericiam apozema expertū.

Recip. Granorū iuniperi, chelidoniæ uiridis, an. m. i. Radicum petroſelini, radicum fœniculi, ana nume. viij. bulliant ad tertias, in olla noua, & unum cyathum mane, & ueſperi exhauriat, expertum. Apozema ad idem.

Fiat balneum in aqua decoctionis acori. Balneum.

Lauet corpus, & oculos cum aqua deſtillationis chelidonij minoris. Lotio.

DE DVRITIE, ET TVMORE SPLENIS. CAP. XLI.

Definitio.

SPLENETICI, *quibus ſplen præter naturam inflammatus, non recipit liberationem inflāmationis, ſed in ipſis remanet durities, & uelut in ijs morbis fluxione infeſtatur. Mutatur autem, & ſecundum naturam corporis color.* Definitio Gale. in lib. definitionū.

Scyrrhus ſplenis, id eſt durities uix ſentiēs, quādo ſplenis fit excreſcentia, aut is plane durus fit, & tumidus.

Alia Champerij definitio.

Splenis paſſio durities eſt ſui, quæ in propatulo eſt ſenſui. Champerij definitio.

Bertrucij definitio.

Durities ſplenis, eſt oppilatio antiqua, ſclyrotizata, cuius ſub-

ius ſubtile reſolutũ eſt, cum remanentia craßi terreſtris.

Sed tenſio, ſiue inflatio, eſt oppilatio, facta ex materia uentoſa.

CAVSAE.

CAuſæ oppilationis, & duriciei ſplenis ſunt, multiplicatio ciborum melancholicorum, ut ſunt caſeus, caules, & legumina; timor, aut multus humor melancholicus in hepate, aut ſplene, cum incurrit oppilationem, duritiem, apoſtema, aut ſolutionem continuitatis.

APHORISMI.

1 *AVtumno uerò, & plurimi æſtiui morbi fiunt, & febres quartanæ, & erraticæ, & lienes, & hydropes ex ſplene uenientes, &c.* Aphor. 22. lib. 3.

2 *Quicunq; lienoſi à difficultate inteſtinorum capiuntur, ijs ſuperueniente longa inteſtinorũ difficultate, aqua intercus, aut leuitas inteſtinorum aduenit; & moriuntur.* Aphor. 43. lib. 6.

3 *Lienoſis dyſenteria, aut difficultas inteſtinorũ ſuperueniens bonum.* Aphor. 48. lib. 6.

CVRA DVRICIEI, ET TVMORIS SPLENIS SINE APOSTEMATE.

Digeſtio.

Potus digeſtiuus.

REcip. Syrupi de eupatorio, ſyrupi de pomis, oxymellis ſimplicis, ana unc. ſ. aquarum ſcolopendriæ, capillorum ueneris, bugloſſæ, ana unc. i. miſce, & exhibeatur, uel fiat ſyrupus talis.

Syrupus magiſtralis pro ſplenicis.

Reci. Paſſularum enucleatarum, liquiriciæ raſæ, ana unc. ſ. corticum radicum capparorũ, corticum tamariſci, ana drac. i. ſeminis agni caſti, endiuiæ, ana ſcrup. ij. bulliant omnia in. ſ. q. aquæ, ad conſumptionem medietatis:

deinde

deinde coletur, & cum melle uel ſaccharo q.ſ. fiat ſyrupus, de quo accipiat pro una uice, drac.i.ſ. (Arbitror doſim eſſe debere ſexquiuntiam.)

Item alius ſyrupus ad idem.

Reci. *Aquæ decoctionis florum tamariſci, ſcolopēdriæ, capillorum ueneris, ana unc.iiij, miſce fiat ſyrupus.* **Alius ad idē**

Euacuatio.

Facta digeſtione, detur hæc medicina, quæ recipit inſraſcripta.

Potus.

Recip. *Florum boraginis, bugloſſæ, capillorum ueneris ana m.ſ. ſcolopendriæ, adianthi, cyperi, florū tamariſc ſcru.ij. epithymi, foliculorū ſenæ, ana drac.ſ. fiat decocto ſecūdum artem.* De *qua accipiatur q.ſ. ad diſſoluendum, diaſenæ, lenitiui, diacatholiconis, ana drac.ij.ſ. diaphœnici drac.i.ſ.* Electuarij Indi *maioris ſcrup.iiij. confectionis Hamech drac.1. miſce, fiat potus, qui dulcoretur cū modico ſyrupi de pomis, & exhibeatur mane calidus.* **Potus ſolutiuus.**

In forma autem pilularum.

Reci. *Pilularum aggregatiuarū,* Ind*arum, agarici trochiſcati, ana ſcru.i. pilularum de lapide lazuli gra.vi. miſce, & cum ſyrupo de eupatorio fiant pilulæ.* **Pilulæ ad idem.**

Facta purgatione, fiat fomentatio ad ſplenem talis.

Reci. *Camomillæ, aneti, capillorū ueneris, adianthos, eupatorij, an.m.ſ. corticum radicum capparorū, tamariſci, ana drac.i. ſeminis agni caſti, plantaginis, ana ſcru.ij. fiat decoctio in.ſ.q. aquæ, contuſis omnibus prædictis, ad conſumptionem medietatis.* Deinde *accipiatur ſpongia, et in decoctione prædicta ſit tertia pars aceti, et duæ partes aquæ.* Et *iſta fomentatio fiat ter, aut quater, poſtea exiccetur* **Fomentatio pro ſplene.** **Exiccatio.**

cetur locus ſomentatus,& inungatur ſic.

Reci. *Olei capparacei,amygdalini dulcis,liliacei,ane thini,ana dra.vi.ſcolopendriæ,polytrici,corticũ radicum capparorũ,tamariſci,ana dra.ſ.uel.i. ſeminis agni caſti, plantaginis,ana ſcru.ij.ſ.ammoniaci dra.i.& ſcru.i.bdel lij dra.i.pulueriz entur,& gũmi diſſoluantur in aceto,& cum prædictis oleis,& modico ceræ fiat inunctio.*

Ceratum ad idem.

Ad idem ceratum. Recip. Ammoniaci *drach.ij. bdellij, opponacis, ana ſcru.ij.ſcolopendriæ,capilli ueneris, polytrici, corticum radicũ tamariſci, capparorũ,ana drac.ſ.ſeminis plantaginis,agni caſti,ana dra.i.pulueriz ẽtur,& cũ rheſina pinea,& pice nauali.q.ſ.fiat cærotũ in forma quadrãguli.*

ANNEXA PHARMACA.

Fomentum. P*Rimo fiat ſomentum,ut ſequitur.*

Sacculus. Recip. *Florum camomillæ, ruthæ,abſynthij,ſcolopendriæ,ana.m.ſ. Cum ijs in aqua, & aceto decoctis, fiat ſomentatio cum ſpongia, & cum herbis fiat ſacculus ſuper locum.*

Phlebotomia. *Si ſanguis ſit in cauſa, uel repletio:ſecetur uena ſplenetica.*

Item purgetur cum ſequentibus pilulis.

Pilulæ ſolutiuæ. Recip. P*ilularum* I*ndarum, pilularum de quinq; generibus myrobalanorum, pilularum de fumoterræ, ana ſcru.i.cum ſyrupo de epithymo reformentur pilulæ.*

Vel in forma boli.

Reci.*Diaſenæ dra.ij.hieræ picræ drach.iij. electuarij*

Bolus ſolutiuus. *Indi roſati,ana drach.i.miſce,cũ ſaccharo fiat bolus.*

Vnctio.

Liniatur locus calide cum oleo abſynthite, ruthaceo, & ca-

& camomalino, ana unc. i. ſ. ſimul miſtis.

Idem facit oleũ capparaceũ, myrıcite, & metopiũ. *Alia æqui-*
Eidem medetur adfectioni epithema, factum ex binis *ualens.*
lotionibus ſalis, cum aceto acerrimo decoctum. *Epithema.*

Item poſt unctionem ualet ſal toſtum, & in ſac culo *Sacellatio.*
ſuperimpoſitum.

Tragæa pro ſplene oppilato, & apoſtemato.

Reci. Pulueris ſcolopendriæ, tamariſci, ana dra. i. pul- *Tragæa in*
ueris cinnamomi craßiuſculi drac. i. pulueris ſenæ ſcru. i. *apoſtamate*
zucchari unc. ij. uel tantum ut ſpecies præualeant, miſce, *ſplenis.*
& fiat puluis tragæalis, utatur more ſolito.

Emplaſtrum ad idem, mollieus, reſoluens, & mitigans.

Recip. Florum camomillæ, luteolæ, meliloti, foliorum hybiſci, ana m. i. farinæ ſeminis lini, fœnigræci, papaue-ris, ana unc. i. cum. ſ. q. butyri, uel butyroſitatis lactis, & fiat emplaſtrum, quod applicetur loco affecto.

DE COLICA, CAP. XLII. *Colica.*

Definitio.

COLI *morbus, ſiue affectus, eſt diſpoſi-* *Definitio*
tio diuturna in uentre, per interualla *Galeni.*
dolores intolerabiles exercens, cum ſpirandi difficultate, & ſudore, ac fri-giditate.

Ana Champerij definitio.

Colica paßio eſt ægritudo maximi cruciatus in uen-
tre, ſub angulo, in inteſtino, quod dicitur colon. *Celſus.*
Hic morbus apud Celſum Chordapſos, & Chordios *Chordapſos*
dicitur.

Bertrucij definitio.

Colica dicitur, quando cauſa doloris, puta ſtercus, humor, uel uentoſitas, in inteſtinis craßis, & proprie colon, continetur, propter quod ſentitur dolor circa umbilicum ad quatuor digitos, ubi eſt ſtomachus ſituatus, ſuper quē circulariter tranſit colon.

Gordonij definitio.

Colica eſt paßio penultimi inteſtini, quod colon dicitur, cum difficultate exitus ſtercoris per inferiora, cum dolore magno, & punctura.

Inteſtina quot?

Inteſtina quot, & quæ?

Primum duodenum. Secundum ieiunum. Tertium longum, ſeu gracile, ſeu ileon, & ibi cauſatur iliaca paßio. Quartum monoculum. Quintū eſt colon, unde colica paßio. Sextum, & ultimum uocatur Longaon.

CAVSAE.

C*Auſas quære in* Gordonia, *cap. proprio.*

CVRA COLICAE PHLEGMATICAE.

P*Ræſuppoſitis canonibus uniuerſalibus, deſcendo ad ſingularia, & ſpecialia.*

Septem curandi colicæ intentiones.

Primo ponemus curam colicæ phlegmaticæ, quæ ſeptē exigit intentiones. Quarum prima eſt lenitio uentris. Secunda minoratio materiæ. Tertia digeſtio eiuſdem. Quarta euacuatio eradicatiua. Quinta ſedatio doloris. Sexta correctio accidentium. Septima diæte ordinatio.

Lenitio uentris.

Clyſtere leni tiuū in colica phlegmatica.

1 *Incipiendo igitur à prima, fiat primo clyſtere leniens tale.*

Recip. Camomillæ, meliloti, anethi, ſeminis lini, radicum altheæ, ana. m. i. bulliant omnia in. ſ. q. aquæ, ad conſumptionem tertiæ partis. Et de colatura accipiatur unc.

xv. In quibus diſſolue ſacchari rubei, unc. ij. mellis roſati colati, unc. i. ſem. olei communis, unc. iij. uitellum i. oui, ſalis, drac. ij. Miſce, & fiat enema.

Aliud ad idem.

Recip. Brodij carnium pinguium, lib. i. & unc. yiij. in quibus bulliant maluæ cum radicibus, camomillæ, anethi, aniſorum, fœniculi, ana man. ſem. Colentur, & de colatura accipiantur unc. xiiij. in quibus diſſolue ſacchari rub. unc. i. ſem. mellis roſati colati, unc. i. ſem. butyri recentis, unc. iij. olei communis, camomalini, ana unc. i. ſem. ſalis, drac. ij. uitellum i. oui. Miſce, fiat enema.

Aliud breuius ad idem.

Recip. Olei cōmunis, unc. x. ſacchari rubei, unc. i. ſem. uitellum i. oui, ſalis, drac. ij. Miſce, fiat enema. Aliud ad idē

Minoratio.

Minoretur materia, primò, cum clyſteribus; ſecundò, cum his, quæ per os ſumuntur.

Clyſtere minoratiuum ſimul & lenitium.

Recip. Camomillæ, anethi, meliloti, pulegij, calamenti, origani, ana man. ſem. aniſorum, fœniculi, ana unc. ſem. carthami contuſi, drac. yi. Bulliant omnia in ſ. q. aquæ, ad conſumptionem tertiæ partis: deinde coletur, & de colatura accipiantur, unc. xy. in quibus diſſolue ſacchari rub. unc. i. hieræ picræ, electuarij de baccis lauri, ana unc. ſem. olei camomalini, ruthacei, ana unc. i. ſem. ſalis communis, drac. iij. uitellum i. oui. Miſce, fiat enema.

Aliud ad idem.

Recip. Centaureæ minoris, camomillæ, pulegij, calamēti, ruthæ, ana man. ſem. cimini, ameos, ana unc. ſem. colocynthidis interioris ligatæ in pecia, drac. i. agarici electi ſimiliter ligati, ſcrup. iiij. furfurum, p. i. Bulliant omnia in

ſ. q. aquæ,

ſ.q. aquæ, ad conſumptionem medietatis: de cuius colatura accipiantur unc. xy. in quibus diſſolue ſacchari rubei, unc. i. hieræ picræ Galeni, hieralogodij, ana unc. ſem. diaphœniconis, drac. iij. olei ruthacei, liliacei, ana unc. i. ſem. ſalis communis, drac. ij. uitellum i. oui. Miſce, fiat enema.

Per os minoratur materia his pilulis.

Pilulæ minoratiuæ. *Recip. Pilularum aloephanginarum, drach. i. Fiant y. & exhibeantur.*

Aliud ad idem.

Recip. Hieræ picræ ſimplicis Galeni, unc. ſem. Exhibeatur eodem modo ante cibum per tres horas.

Fortius ad idem.

1 *Recip. Diaphœniconis, unc. ſem. Exhibeatur, ut alia.*

Ad idem.

Aliud digeſtiuum.

2 *Recip. Electuarij eleſcoph in confectione, unc. ſem.*

Digeſtio.

3 *Poſt, detur tale digeſtiuum, &c.*

Recip. Oxymellis ſimplicis, mellis roſati colati, ſyrupi de duabus radicibus, ana unc. ſem. aquæ fœniculi, abſynthij, meliſſæ, ana unc. i. Miſce, & exhibeatur.

Euacuatio.

4 *Facta digeſtione, fiat eradicatio cum eiſdem, quæ dicta ſunt in minoratione, ſumptis per os, ſed in maiori doſi.*

Exemplum. *Vnum tamen hic ponam, quod communiter laudatur, quod ualet in omnibus ægritudinibus à materia phlegmatica uiſcoſa, ut in neruoſis ſtomachi, & neruorum, iuncturarum, & inteſtinorum affectionibus.*

Euacuatiuũ bonum. *Recip. Terebenthinæ claræ, & lucidæ, non lotæ, unc. ſem. inuoluatur in hoſtia, uel ſcaleta madefacta in uino, & exhibeatur mane in crepuſculo diei in hebdomadibis, uel ter. Mundificat enim & ſtomachum, & inteſtina ab humoribus*

humoribus craſſis, phlegmaticis, & uiſcoſis. Potes etiam *dare quater, uel ter in hebdomada, ſecũdùm neceßitatem, in maiori doſi.*

Pilulæ ualentes in iliacã ſatis periculoſa.

Recip. Pilularum fœtidarum, aggregatiuarum, aloe= phanginarum, ana ſcrup. i. Fiant y. *& exhibeantur.* — *Pilulæ contra iliacam.*

Caue ab agarico, & pilulis, in quibus ingreditur aga= ricus, in colica. — *Agaricus uitandus.*

Sedatio doloris.

Sedantium dolorem, quædam uerò ſedant, ut quæ re= mouent cauſam: quædam mendoſè, & non uerè, ut quæ tol lunt ſenſum à membro, ſicut narcotica. — Doloris ſedatio.

Canon.

In principio ergo, ubi neceſſaria ſit ſedatio doloris, non incipiamus à narcoticis fortibus; quia cum materia faciẽs dolorem ſit phlegmatica frigida, plus infrigidatur, cum reuertitur ſenſus membri, deficit ideò, & redit dolor. Vnde Auic. 3. tertij, cap. de cura colicæ uẽtoſæ, & phleg maticæ. Incipientes (inquit) ſedare dolorem cum narcoti cis, componunt rem magni terroris. Vera enim ſedatio doloris eſt, abſciſio cauſæ, & remotio: narcotica autem non abſcindunt cauſam, ſed potius prohibẽt remotionem eius, & incraſſant materiam. Cùm uelis ergo uerè ſedare oportet remouere cauſam, cum intus, & extra applicatis: extra, cũ anodynis facientibus effumare materiam, et eua neſcere, ut in fomentationibus, unguentis, embrocis, &c. — de narcotic[is] — Auicenna. — Sedatio doloris quid? — Canon. — Anodyna.

Fomentatio.

Recip. Camomillæ, meliloti, anethi, pulegij, calamenti, ſeminis apij, aneſi, fœniculi, ana man. ſ. infundãtur, & bul liant in ſ. q. aquæ, ad conſumptionem tertiæ partis, dein= de accipiatur ſpõgia, &c. deinde exiccato loco inungatur. — Fomentum.

Vnguĕtum. *Recip. Olei liliacei, ruthacei, ana unc. i. Miſce, & fiat unctio.*

Ad idem ualet ſequens fomentatio.

Fomentum. *Recip. Olei communis, unc. i. terebenthinæ, unc. ij. croci, ſcrup. ſem. Miſce, & calefactis ad ignem. & cum pecia lanea alba infuſa in oleo, & fortiter expreſſa, ponatur ſupra uentrem calida.*

Ad idem.

Ventoſa. *Ventoſa poſita ſuper uentrem, & umbilicū: ſedat enim dolorem utplurimum à uentoſitate factum.*

Ad intra autem clyſtere appropriatum.

Clyſtere. Recip. *Olei communis, uel camomalini, uini potentis albi, unc. y. butyri recentis, unc. iij. ſacchari rubei, unc. i. uitellum i. oui, ſalis, drac. i. Miſce.*

Aliqui faciunt ſuppoſitorium, hoc modo.

Suppoſitoria. Recip. *Pulueris hieræ picræ, ſalis gemmei ſubtiliter puluerizati, ana drach. ſem. mellis ſufficienter cocti, q. ſ. pro duobus ſuppoſitorijs. Miſce.*

Allium. *Per os inter cætera commendatur comeſtio allij cocti,*
Vinū potēs. *uel crudi, ita quòd commendatur eſus illius cum modico panis, deinde bibatur uinum potens in modica quantitate.*

Ad idem.

Confectio. Recip. Diacimini, *diagalangij, ana drac. ſem.* Detur *parum cum modico uini potentis. Laudatur etiam cornu*
Cornu ceruinum. *ceruinum uſtum cum uino pleno.*

Ad idem.

Balnea artificialia. *Fiunt cōmuniter balnea artificialia, ut ſemicupium, ea tamen lege, ut corpus ſit purum, mundum, & purgatum. Fiat ergo tale.*

Recip. *Camomillæ, meliloti, anethi, pulegij, calamenti,*
Balneum. *parietariæ, ſtipitum alliorum, fœniculi, ana man. ij. aniſorum,*

rum, fœniculi, ana unc. i. Bulliant in *[media corba aquæ, ad conſumptionem] tertiæ partis: deinde effundatur aqua in tinam, in qua patiens ſedeat, ita quòd aqua non aſcendat umbilicum, & pertingat ad hepar.* Fiat *etiam in hoc caſu balneum ex ſolo oleo communi calido, tepidè factum in tina: quod etiam ualet, ut dicunt aliqui.* Tina. Balneum ex oleo cõmuni

Quando autem ea, quæ ordinata ſunt pro ſedatione doloris, non contulerint, ueniẽdum eſt ad narcotica, & ſtupefacientia, aliquibus tamen prius obſeruatis conditionibus, ſcilicet. Narcotica.

1 *Quòd uirtus non ſit debilis ualde, neq; calor naturalis paucus, & debilis, cum paucitate ſpirituum: à narcoticis enim magis proſterneretur uirtus, & magis extingueretur naturalis calor debilis.* Quæ obſtãt exhibitioni narcoticorũ.

2 *Secundò, aduertendum eſt, quando eſſet dubium, quòd materia faciens dolorem conuerteretur ad aliud mẽbrum magis habens nocere; puta, ad neruos, tunc melius poſſumus exhibere narcotica, quàm quando materia eſt quieta, & ratio eſt hæc; quia quãdo materia eſt mutabilis ad aliud membrum, ubi plus habet nocere, & magis ſubtilis illa materia, ergo peior eſt talis permutatio: quando autem quieta eſt, & craſſa, plus debemus cauere narcotica.* Narcotica quãdo exhibenda. Ratio.

3 *Tertiò, obſeruetur modus, & doctrina* Rhazis *in cap. de colica.* Bonum *eſt cum illis exhibere illa, quæ reſoluunt cauſam facientem dolorem: unde* Rhazes *cum exhibitione philonij, quod eſt narcoticum, exhibet ſcammonium, ſi intentio eſt euacuare choleram, &c. & ſic ex alijs: adminiſtretur ſecundùm exhibitionem euacuandi humorem cum narcoticis.* Ad *propoſitum ergo ueniendo, ſicut dictum eſt: ubi alia non cõtulerint, & res ſit poſita in deſperatione, ſecundùm* Meſueum *exhibeantur ſequentia narcotica, & primò,* Reſolutiua. Narcotica. Meſueus.

& primò, in forma electuarij.

Electuarium narcoticum. Recip. *Philonij romani, in deſcriptione Meſuei, quod communiter uſitatur, ſcrup. ij. diagalangij tantũdem. Miſce: exhibeatur ſtomacho ieiuno ante diem cum modico uini odori, & antiqui.*

Aliud opiatum. *Poſſumus autem hanc doſim augere, uſq; ad drac. i. dia phœniconis, drach. i. ſem. Miſce, & exhibeatur, ut ſupra: & ſic facimus ſimul curam regularem, & coactam.*

Sequitur cholagogum opiatum.

Si intentio eſt euacuare choleram, cum philonio miſceatur tantũdem electuarij ſucci roſarum in forma pilularũ.

In caſu, ſtante materia phlegmatica, poteſt ſic exhiberi.

Pilulæ in cã phlegmatica Recip. *Pilularum de aloe lota, ſcrup. iiij. opij, croci, ana gran. i. Reficiantur pilulæ, num. y. uel yij.*

Ad idem aliæ pilulæ plurimum uſitatæ, quæ ualent ad ſedandum dolorem, & in fluxũ dyſenterico.

Aliæ ad idẽ. Recip. *Pilularum de cynogloſſa, uel alkeide, ordinatarum à Meſueo in Antidotario, diſtinctione de pilulis, ſub hoc titulo. Pilulæ ad omne genus catarrhi, authoritate Alexandri, &c.*

Ordinatio pilularum de cynogloſſa ſoporificarum, prout uſus eſt Leonellus.

Pilulæ de cynogloſſa, pro Recip. *Pilularum de cynogloſſa, ſcrup. i. & gran. yi. Reficiantur pilulæ, num. iij. & 1. exhibeatur de ſero quãdo ua-*

do uadit dormitum: remouet enim ſimul dolorem, & prouocat ſomnum: & eſt expertum. *ut Leonellus utitur.*

Confortatio.

Confortetur ſtomachus cum his, quæ applicātur in mala complexione frigida, ſicut aromaticum roſatum, diagalanga, diatrion pipereon, &c. *Ab intra.*

Ab extra uerò, ungendo ſtomachum, & inteſtina cum oleo de ſpica, & alijs ſupra dictis, cap. de doloribus ſtomachi, etiam cum clyſteri facto ex oleo, & uino dicto ſuperius. *Ab extra.*

ADDITAMENTA PROPRIA.

D*Ecoctum galli annoſi colicæ phlegmaticæ ex frigida intemperiæ medetur, & fit hoc modo.*

Recip. *Gallum antiquum, percutiatur uirga, & ilicò interficiatur, deplumetur, & farciatur carthamo, polypode, aniſo, calamento, & cinnamomo: quibus ſimul elixatis, fiat colatura, de qua potetur, & eſt res experta.* *Decoctum galli.*

Potus ad idem.

Recip. *Succi iridis, unc. ſem. uel drac. yi. pulueris eſulæ, drac. ſem. uel ſcrup. ij. electuarij dulcis* Nicolai, *drach. iij. Miſce cum hydromelite, & detur potui calidè. & phlegma craſſum educit: poſt, detur drac. i. de iſta tragæa.*

Recip. *Radicis helenij, cinnamomi, ana ſcrup. ij. galangij, aneſi, liquiriciæ, ana ſcrup. i. radicum ireos, zinzibe ris, ana ſcrup. ſem. macis, caryophyllorum, nucis moſchatæ, ana ſcrup. i. tertiam.* Omnibus pulueratis, *& admiſto ſaccharo, q. ſ. fiat tragæa, qua utatur cum clareto, & pane toſto, uel cum uino decoctionis caryophyllatæ, menthæ, & galangij.* *Tragæa ad idem.* *Vſus.*

DE CO-

DE COLICA ATRABILIARIA, CAP. XLIII.

Cauſæ.

Colica atra biliaris.

CAVSA *colicæ atrabiliaris, eſt ipſa atra bilis, colon pungens, & mordicãs.*

CVRA.

Curãdi intẽtiones tres.

IN cura colicæ melancholicæ præcipitur lenire uentrem, & deoppilare, tandem minorare materiam cum clyſteribus, & alijs, ut quo ad primam intentionem ordinetur tale clyſtere.

Clyſtere ſolutiuum.

Recip. Centaurij minoris, camomillæ, pulegij, origani, ana man. ſem. uel i. ſoliculorum ſenæ, epithymi, polypodij, ana drac. ij. meliſſæ, buglosſæ, ana man. ſem. hellebori nigri, drac. ij. Fiat decoctio rerum harum, ſecundùm artem, puta, ad conſumptionem tertiæ partis: deinde coletur, & de colatura accipe, ſacchari rubei, unc. i. hieræ picræ, hieralogodij, ana unc. i. electuarij indi maioris (aliàs maioris, & minoris,) diaſenæ, ana unc. ſem. olei ruthacei, unc. iij. ſalis communis, drac. ij. Miſce, fiat clyſtere.

Minoratiuum.

Bolus minoratiuus.

Recip. Confectionis hamech, electuarij indi, ana drach. ij. Miſce, & fiat bolus cum ſaccharo, & exhibeatur ante diem mane in forma pilularum.

Pilulæ minoratiuæ.

Recip. Pilularum aloephanginarum, de lapide lazuli, ana drach. ſem. Miſce, fiant pilulæ y. & exhibeantur.

Digeſtiua.

Minoratio.

Ante tamen minorationem in cura colicæ melacholicæ, ordinentur digeſtiua, poſt digeſtionem eradicatiuam minoratio adhibeatur.

Deoppilatio

In cura colicæ ſimiliter in primis fiat lenitio uentris, & deoppilatio inteſtinorũ, unde materia posſit per anum exire:

exire. Deinde minoretur materia, cum tali clyſteri.

Reci. Camomillæ, anethi, meliloti, pulegij, calamenti, ana m. ſ. ſeminis endiuiæ, portulacæ, lactucæ, ana drac. i. fiat decoctio, de qua accipiantur unc. xy. In quibus diſſolue, ſacchari rubei, olei camomalini unc. iij. ſalis cõmunis, drach. ij. miſce, & fiat enema. Si uis habere fortius, adde electuarij ſucci roſarum drac. iij. Clyſtere mi noratiuum. Canon. Fortius enema.

Deinde procedatur digerendo, & euacuando, cum appropriatis.

ADIECTITIAE MEDELAE.

PRimò, purgetur humor melancholicus cum his pilulis.

Reci. Pillularum ſine quibus, aggregatiuarũ, de quinq; generibus myrobalanorum, ana ſcru. i. cum ſyrupo de fumoterræ reformentur pilulæ num. vij. uel. viij.

Poſt detur micletæ Nicolai, uel triopheræ magnæ, aut athanaſiæ ſcrup. i. aut alter, per ſe, uel cum aqua baſilici, ſeu meliſſæ. Opiata.

Syrupus melãcholiæ eductiuus, Curtianus.

Reci. Florum boraginis, bugloſſæ, uiolarũ, ana unc. ſ. radicum boraginis, bugloſſæ, ana unc. ſ. paſſularum pinguium, fumiterræ, epithymi, ſenæ, polypodij quercini, ana drac. vi. bulliant ſimul, &c. Pro delicatis in zucchara, in brodio pulli. q. ſ. Pro alijs autẽ adde hellebori nigri, præparati drac. i. Colati reci. q. ſ. ad diſſoluendum, electuarij lenitiui, diaſenæ, ana drac. iij. ſ. miſce, fiat potus.

Item inijciatur clyſtere, paratum ex decocto ſenæ, epithymi, fumiterræ, ſtœchadis, mercurialis, atriplicis, & camomillæ, oleo uiolato, luteis ouorum, ſale, cum admiſtione hieræ compoſitæ, diaſenæ, & hieralogodij, ſimul concretis, ad formam enematis. Clyſtere pro melancholicis.

DE COLICA VENTOSA, CAP. XLIIII.

CAVSAE.

CAVSA colicæ uentoſæ eſt uẽtoſitas, & omnia flatus generantia.

CVRA.

Cura. Colica uentoſa eiuſdem intentionibus curatur, quibus phlegmatica. Sedatio tamen doloris pluribus fit modis. Quorũ primus eſt, cum lenitiuis, de quibus in phlegmatica. Secũdus cum aperiẽtibus poroſitates cutis uentris. Vnde fiat ſacculus talis, uentoſitates reſoluens.

Aperitiua poroſitatũ.

Sacculus carminatiuus.

Reci. Furfurum miliaceorum, aniſorum, fœniculi, pulegij, ana. m. ſ. ſalis communis drach. ij. Calefiant in uaſe, ſine aqua, deinde ponantur in ſacculum, qui calidus ſæpe applicetur.

Fomentatio ad idem.

Fomentum ad idem. Reci. Pulegij, calamẽti, origani, mentaſtri, camomillæ, ana. m. ſ. cimini, fœniculi, aniſi, carui, ameos, ana unc. ſ. cõtundantur iſta, & bulliant in ſ. q. aquæ, ad conſumptionẽ tertiæ partis, deinde accipiatur ſpongia, &c.

Deinde inungatur unctione iſta.

Vnctio ad idem. Recip. Olei ruthacei, liliacei, amygdalini amari, ana unc. ij. cimini, carui, ameos, nigellæ, carthami cõtuſi, ſeminis ruthæ, ana dra. i. bulliant omnia iſta, cũ dictis oleis, & in unc. iij. uini potẽtis, ad conſumptionẽ uini, deinde exprimatur oleum, & cum pauca cæra fiat unguentum.

Vnctio alia æquiualens.

Aliud ad idem.

Reci. Colocynthidis interioris unc. ſ. olei communis, butyri

tyri recentis, ſine ſale, unc. y. contundatur pulpa colocynthidis cum oleo, & butyro, bulliat per tertiam horæ, deinde unge uentrem.

Emplaſtrum ad idem.

Reci. Emplaſtri de baccis lauri lib. ſ. remolliatur cum oleo liliaceo, ut ſupra uentrem ponatur.

Tertius modus ſedandi dolorem eſt cum extrahētibus uentoſitatem, ſicut cum uentoſa lati orificij, applicata loco dolenti, ſubito ſedat dolorem, quaſi arte magica fiat, ſedat & matricis dolorem. Doloris ſedatio. Ventoſa. Nota.

Quartus modus ſedandi dolorem, fit cum clyſteribus inducentibus inferius, quale eſt iſtud. Solutiua infra.

Reci. Centaurij minoris, pulegij, calamenti, mentaſtri, origani, camomillæ, ana. m. i. carui, ameos, cimini, ſeminis ruthæ, nigellæ, ana drac. i. ſ. olei camomalini, communis, ana unc. vi. uini potentis unc. y. bulliant omnia ad cōſumptionē uini. Et colaturæ adde, ſacchari rubei unc. i. ſ. miſce, & fiat clyſtere: eſt expertum. Clyſtere ſolutiuum bonum.

Quintus modus eſt, per ea, quæ inferius & ſuperius educunt uentoſitates. Ventoſitates educentia.

Electuarium carminatiuum.

Recip. Diagalangij, diacimini, theriacæ antiquæ, ana drac. ſ. diſſoluantur in uino potenti, & exhibeatur.

Poſſunt & alia exhiberi electuaria, in doſi dra. i. ſ. ſine etiam liquore: ut electuarium de baccis lauri, diagalanga, diaciminum, theriaca, mithridaticum, & his ſimilia. Aliæ confectiones ad idem.

Sexto modo euacuatur ſecundum hunc modum. Patiēs faſcietur ſecūdum, uel circa uentrem ſtricte, deinde ligatus iaceat ſuper puluinari coriaceo, ſupra uentrē, & pendeant manus, & pedes ad terram. Euacuatio. Faſciatio.

Poſtremus modus, ut patiens toleret famem, & ſitim, Fames, ſitis, exercitium.

& exercitetur fortiter.

APPOSITITIAE MEDELAE.

Detur potui decoctio hæc carminatiua.

Decoctio carminatiua.

RECIP. *Seminis aneſi, ſeminis fœniculi, dauci, carui, ameos, rutbæ, cimini, polypodij, ana drac. i bulliant in aqua ſecundum artem.* De *quo bibat hauſtum calide, mane & ſero.*

Clyſtere.

Clyſtere ad idem.

Vel *fiat ex eodem decocto, clyſtere, additis oleo rutbaceo, camomalino, laureo, & caſtorino, in quo diſſoluatur drac. i. uel. ij. phylonij* Rhazis *ſolutiui, & iniiciatur.*

Clyſtere ad idem.

Aliud ad idem.

Recip. *Ameos, carui, anethi, ruthæ, ana drach. i. decoquantur in. ſ. q. olei communis, & uini maluatici, coletur cum expreſſione. Cuius decocti reci. q. ſ. pro uno clyſteri.* Cui *adiunge, pinguedinis anatinæ, & gallinaceæ recentium liquefactæ, ana unc. i. caſtorij pinguis drac. ij. oleorum camomalini, linini, ſeſamini, lini, fœnigræci, uel mucilaginis eorum, & maluini, & amygdalini dulcis, ana unc. ſ. fiat enema.*

Clyſtere carminatiuũ, in colica uentoſa.

Reci. *Aneſi, fœniculi, florum camomillæ, ameos, cimini, carui, ſeminis anethi, ana partes æquales. Contundantur, & fiat decoctio in cyathis ternis olei cõmunis uidelicet, & tantũdem aquæ fontalis, uſq; ad excoctionẽ prædictæ aquæ: & facta expreſſione, imponatur prædictum oleum, & eſt ſanè optimum, ac probatiſſimum.*

DE CO-

DE COLICA EX SICCITATE, ET RETENTIONE FECVM, CAP. XLV.

CVRA.

QVAE TRES *exigit intentiones. Quarum prima eſt mollificatio fecum, & applanatio inteſtinorum. Secũda fecum eductio. Tertia remotio cauſæ ſiccitatis fecum.* — *Tres curãdi intentiones.*

Mollificatio.

Clyſtere mollificatiuũ fecum. Reci. lib. i. olei cõmunis, butyri recentis ſine ſale unc. iij. miſce, fiat enema.

Aliud quod exhibetur per os.

Recip. Brodij caponis, uel gallinæ, uel caſtrati cocti, unc. xv. ſacchari unc. ſ. miſce, & bibat calide. — *Decoctũ ad idem.*

Aliud in forma clyſteris, ualde mollientis.

Recip. Brodij decoctionis carnis pinguis, & capitis, uel inteſtinorum caſtrati, uel extorum agnelli craſſi, uel hœdi unc. viij. olei communis, uel amygdalini dulcis unc. vi. miſce, fiat clyſtere. — *Clyſtere mollitiuũ.*

Aliud per os exhibendum.

Recip. Brodij galli antiqui unc. vi. & bibatur: & ſi placet, potes aliquid mollificatiui, uel lenitiui cum hoc miſcere, — *Decoctũ ad idem. Canon.*

Faciunt etiam ad rem, caricæ pingues comeſtæ, pruna damaſcena, ſiue recentia, ſiue ſicca, uitelli ouorum gallinarum, uuæ paſſæ, abſq; arillis comeſtæ, ante cibum idem faciunt. — *Ad idem cõferentia ſimplicia.*

Lentio uentris.

Reci. Paſſularum nigrarum, ſine arillis cochlearia. ij. bene maſticentur, & deglutiantur. — *Ventris lenitiuum.*

Deinde immediate bibatur ſequens brodium.

Aliud ad idem. Recip. Brodij pinguis gallinarum, uel caſtrati unc. vi. In quo diſſoluatur zucchari rubei unc. i. & calidum immediate bibatur poſt paſſulas.

Aliud.

Potus. Recip. Olei communis boni unc. vi. uel. vij. & calide bibatur. Quantum autem ad exterius applicata, fiat hoc emplaſtrum.

Emplaſtrũ anodynũ, et lenitiuum. Reci. Foliorum maluæ, blitis, radicum altheæ, an. m. ſ. farinæ ſeminis lini, farinæ ſeminis altheæ, ana unc. i. Herbæ bulliant cum radicibus ad perfectam decoctionẽ, deinde piſtentur, & cum dicta decoctione, & dictis farinis, reducantur ad formam emplaſtri: cui adde, butyri recentis ſine ſale unc. iiij. fiat emplaſtrum, & applicetur circa uentrem.

Aliud.

Vnctio. Reci. Olei amygdalini dulcis, butyri recentis, ana unc. iij. miſce ſimul, liquefacto prius butyro, fiat unctio.

Eductio fecum.

Clyſtere. Reci. Brodij ualde pinguis, in quo bulliant ficus ſiccæ pingues, ſebeſten, ana numero. v. paſſularum enucleatarum unc. ſ. Poſtea de dicto brodio bullito, cum prædictis colato, accipiatur lib. i. & unc. iij. in quo diſſoluatur, caſiæ drach. vi. olei communis unc. iij. ſalis parum, & exhibeatur.

Aliud ad idem.

Potus ad idem. Recip. Paſſularum enucleatarum, liquiritiæ raſæ, ana unc. ſ. ſebeſten nume viij. iuiubarũ nume. x. caricarũ pinguium nu. iiij. bulliant omnia in. ſ. q. aquæ, ad cõſumptionem medietatis, uel tertiæ partis. Deinde coletur, & de colatura recip. q. ſ. ad diſſoluẽdum, caſiæ optimæ, pinguis, nouiter

nouiter extractæ drach.x.uel loco caſiæ, accipiatur mãnæ unc.iij,miſce fiat potus,qui calidus per os aſſumatur.

Et ſi hæc non ſuffecerint, dentur pilulæ aloephanginæ,uel pilulæ aloes lotæ, uel diaphœnicon, que eſt medicina ſecuritatis,& caſia. Solutiua bona.

Et ſi hæc non ſuffecerint,addantur in clyſterijs ſuperius ordinatis, pro mollificatione, caſia, uel hiera picra, uel aliquid mellis crudi, puta unc.iij.uel unc.i.caſiæ,uel drach.vi.hieræ picræ: Per talem enim additionem fortificabuntur. Regula. Fortificatio

Remotio cauſæ ſiccitatis fecum.

Si ſit à cauſa primitiua, ut cibus, uel balneum, remoueantur.

Si propter nimiam caliditatem,& ſiccitatem hepatis, infrigidetur,& humectetur,cum epithematibus,& inunctionibus,dictis ſupra in cap.de hepatis ægritudinibus, Siccitas,& calor.

Si propter oppilationem fellis,pori deoppilentur cum dictis in capite de icteritia. Oppilatio fellis.

Si ob debilitatem expulſiue inteſtinorum, fiant clyſteria præmiſſa: in quibus ponatur multum ſalis, & uirtus excitetur.

Si uerò ex obtuſione ſenſus inteſtinorum, detur theriaca per os, uel mithridaticum, uel electuarium de baccis lauri exhibeatur.

ADDITIONES PROPRIAE.

SYrupus in colica ex ſiccitate, & retentione fecum expertus.

Reci. Aquarum maluæ, camomillæ,parietariæ, aquæ decoctionis prunorum, ſebeſten, iuiubarum, polypodij, doronici omnium unc.vi. ſyrupi boraginati, bugloſſati, unc.ſ. in quibus diſſolue, electuarij lenitiui, diacaſiæ,ana

drach.i.ſ.electuarij eleſcoph, de pſilio, de ſebeſten ſolutiui, ana drach.i.& ſcrup.i.miſce,fiat hauſtus, calide nocte ſumendus.

Enema expertum,quod mollit,feces educit,& humectat

Reci. *Decoctionis capitis caſtrati,uel gallinæ pinguis, facta cum.v. herbis mollificantibus udelicet, maluæ, biſmaluæ,uiolariæ,brancæ urſinæ, meliloti. Item mercurialis,parietariæ,ciclæ,& betæ,an.m.ſ.& trium florum cōmunium frigidorū,uidelicet,uiolarum,boraginis, & bugloſſæ,ana pug.iij.uel iiij.Cuius decoctionis reci.unc.xij. uel xv. Quibus adde,olei camomalini,anhetini, ana unc. ij.butyri unc.i.unguentorum liquefactorū, & colatorum, uidelicet,dialtheæ ſubtilis* Nicolai,*de adipibus,& de mucilaginibus, cæreitate ſeiuncta,ana drach.i.ſalis drach.i. miſce,& fiat enema,ſecundum artem.*

DE COLICA, AB APOSTEMATE CALIDO INTESTINORVM, CAP. XLVI.

CVRA.

Clyſtere fecum eductiuum.

PRIMO *educantur feces cum clyſteribus lenitiuis, ad frigidū trahentibus, ſicut cum decoctione ſeminum frigidorum, uel hordei,matris uiolarū, blitis, iuiubarū,ſebeſten,&c.* In *qua decoctione rerum dictarū diſſolue,zucchari rubei unc.i.olei uiolati,unc.iij.ſalis drac.ij.miſce,fiat clyſtere.*

Phlebotomia.

Deinde facta lenitione , fiat phlebotomia baſilicæ, ad yi.uel yij.unc.ſanguinis.

Poſtea

Poſtea ueniendo ad cauſas coniunctas, fiant clyſteria lenientia, habentia frigiditatem cum aliqua ſtypticitate; ſicut, exempli gratia, fiat clyſtere ex decoctione croci, & uiolarum, & ſumat lib. i. huius decoctionis, in qua diſſolue olei roſarum, unc. iij. ſalis communis parum, zucchari rubei, unc. i. Miſce. *Clyſtere lenitiuum.*

Vnctio repercuſſiua externè applicanda.

Recip. *Olei roſarum, uiolarum, ana unc. i. Miſce.* *Vnctio repercuſſiua.*

Vnctio alia in augmento apoſtematis adhibenda.

Recip. *Olei roſarum, uiolarum, camomillæ, ana unc. ſem uel i. Miſce.* *Alia unctio.*

Vnctio in ſtatu bona.

Recip. *Olei anethini, amygdalini dulcis, camemalini, ana unc. ſem. uel i.* *Vnctio alia.*

Et poteſt etiam fieri emplaſtrum ex decoctione maluarum, camomillæ, radicum altheæ, farinæ fœnigræci, & ſeminis lini, & miſcendo fiat emplaſtrum. *Emplaſtrum*

ANNEXA PHARMACA.

Fiat iniectio cum decoctione origani, hybiſci, camomillæ, ſurfurum, fœnigræci, carthami; additis olei linini, bebenini, oeſypi humidæ, dialtheæ, olei nucei, olei lentiſcini, floris lactis, mellis uiolacei, ana parum. Miſce, fiat clyſtere. *Clyſtere prædicto affectui conferens.*

Ab intra utatur diabutyro Iſabaci, uel communi, mane, & ſero. Sanat enim apoſtemata inteſtinorum; & dolorem colicum, ex hoc cauſatum mitigat. *Diabutyrum Iſabaci ad idem*

DE CO-

DE COLICA EX APOSTEMATE FRIGIDO INTESTINORVM, CAP. XLVII.

CVRA.

Canon. Lenitio. Phlebotomia

SI AVTEM *ex apoſtemate frigido inteſtinorum proueniret, eo modo procedatur, quo in calido; primò, leniendo uentrem; ſecundo, faciendo phlebotomiam baſilicæ. Poſtea, in principio apoſtematis apponātur repercuſſiua, ut ſunt, oleum roſatum, maſtychinum, &c. quæ ſunt in hoc caſu conueniētia. In augmento, adhibeatur oleum maſtychinum, uel liliaceum, ſiue amygdalinum dulce.*

Repercuſſiua olea.

Olea ad idē reſoluentia. Auicenna.

In ſtatu uerò, reſolutiua conueniunt: uinum multæ permiſtionis aquæ, præparat inteſtina ad colicam. Auicenna Fen 16. lib. 3.

DE HYDROPE, CAP. XLVIII.

Definitio.

Hydrops. Definitio Gordonij.

HYDROPS *eſt error uirtutis unitiuæ in toto corpore, ſequens mutationem uirtutis digeſtiuæ in hepate, & ita hydrops eſt error uirtutis digeſtiuæ in hepate.*

Bertrucij definitio.

Hydrops eſt morbus materialis, cauſatus ex re frigida plurima, ingrediente, & inflante membra omnia maniſeſtè, aut loca partium, in quibus regimen ciborum, & humorum fit.

Champe-

Champerius.

Hydropici dicũtur,quos aqua inter cutem male habet.

Alexander.

Hydrops eſt paſsio chronica,ex frigiditate hepatis generata:quia uirtus hepatis cibos non coquit,nec in ſanguinis ſubſtantiam conuertitur. *Alexander Benedictus.*

Auicennæ definitio.

Hydrops eſt ægritudo materialis,cuius cauſa eſt materia frigida exuberans, & ingrediens per membra : unde creſcunt,& inflantur membra manifeſtè:omnia autem loca partium interiorum ſunt uacua. *Auicenna.*

Idem.

Hydrops eſt apoſtema aquoſum uniuerſale. *Auicenna.*

Etymologia.

Hydrops,ab hydor græcè dicitur,quod eſt aqua.

CAVSAE.

Communis omnium hydropum cauſa eſt,humoris nimia abundantia, & frigus nimium hepatis, ac ſtomachi dyſcraſia. Si plura petis,quære cauſas ex Gordonio,Bertrucio,Aetio,& Galeno,lib. 3.de ſymp.cauſis. *Cauſæ ex Gordonio, Bertrucio, Aetio,Galeno.*

Species hydropis tres.

Aſcytes,Tympanites,& Hypoſarca.

DE ASCYTE, CAP. XLIX.

Definitio.

ASCYTES, *uel* ASCLYTES *dicta, eſt paſsio, in qua uenter, cruraq; extumeſcunt : ſuperiores autem partes extenuantur, & marceſcunt.* *Definitio Galeni, in lib. definitionũ. Galenus.*

Idem

Idem ſuper Aphoriſmos.

Aſcytes ab utris dicitur, propter ſimilitudinem, in quo materia collecta, eſt humor aquoſus, & generatur à frigore.

CAVSAE.

Bertrucius. *ASCytes fit ab aggregatione aquæ plurimæ, & uentoſitatis paucæ, incipitq; à uitio hepatis, & terminatur ad uitium ſtomachi.*

Chāperius. *Aſcytes fit ex tenui humore, & uentoſitate.*

Gordonius. *Aſclytes fit de cauſa calida, quantum ad cauſam antecedentem, licet cauſa coniuncta ſemper ſit frigida, & cauſatur ex humiditate ſubtili, aquoſa, multa, cum modica uẽtoſitate: & eſt deterior inter omnes.*

SIGNA.

Signa ex Gordonio. *SIgna aſclytis ſunt iſta: pulſus paruus, & frequens, & ſi uenter agitetur, ſonat, ſicut uter ſemiplenus aqua.*

Gilbertus. *De eadem materia ſcribit Gilbertus in cap. proprio.*

APHORISMI.

Aphoriſmi Hippocratici. 1 *AVtumno uerò & plurimi æſtiui morbi fiunt, & febres quartanæ, & erraticæ, lienes, aquæ inter cutem, &c.* Aphor. 22. lib. 3.

2 *Aqua intercute laborātibus, ulcera in corpore facta, difficulter ſanantur.* Aphor. 8. lib. 6.

3 *Quicunque ſuppurati, aut aquam inter cutem patientes, uruntur, aut ſecantur; ſi pus, aut aqua uniuerſum effluxerit, omnes moriuntur.* Aphor. 27. lib. 6.

4 *Quibus tormina, & circa umbilicum dolores, & lumborum dolor, qui neque à medicamento, neque aliter ſoluitur, in hydropem ſiccam firmatur.* Aphor. 11. lib. 4.

5 *Aqua intercute laborantibus, tuſſis ſuperueniens, malum.* Aphor. 35. lib. 6.

6 Quicunq;

6 *Quicunq; lienoſi à difficultate inteſtinorum capiuntur, his, ſuperueniente dyſnia, longa hydrops innaſcitur, aut lienteria, & moriuntur.* Aphor. 43. *lib.* 6.

7 *In mania, dyſenteria, aut hydrops, uel mentis alienatio, bonum.* Aphor. 5. *lib.* 7.

8 *Aqua intercute laborans, ſi à tuſsi habeatur, deſperatus eſt.* Aphor. 48. *lib.* 7.

9 *Quibus hepar aqua plenum in omentum eruperit, his uenter aqua repletur, & moriũtur.* Apho. 56. *lib.* 7.

10 *A' diuturnis ſanato hæmorrhoidibus, ſi una non ſeruatur, periculum eſt aquam intercutem, uel tabem aduenire.* Aphor. 12. *lib.* 6.

11 *Ab aqua intercute habito, ſi aqua per uenas in uentrem defluxerit, ſoluitur morbus.* Aphor. 14. *lib.* 6.

De hac materia paſsim ſcribit Hippocrates *in* Aphoriſmis, *& in* Prognoſticis, *& in* 4. *regiminibus acutorũ: ubi tãtùm duas hydropiſis ſpecies ponit* Gal. *ibidem, &c.* *Hippocrates.* *Galenus.*

CVRA ASCLYTIS.

Cura hydropiſis uariari debet, ſecundùm diuerſas eius ſpecies: tamen ante ſpecialem curam iſti Canones *obſeruentur.*

Quorum primus, iuxta Auicennam, cap. proprio. Exiccatio, *& extractio ſuperfluitatum; qui* Canon *tamen magis conueniens eſt in aſclyte, quàm alijs.* *Auic. Canon primus.*

Secundus Canon *ſumptus ex Auicenna, cap. proprio, eſt apertio pororum corporis, & cutis: unde* Haly. Abbas 3. *practicæ, cap. proprio, inquit.* Nihil *adeò hydropiſi nocet, ſicut pororum reſtrictio.* *Canon ſecundus.* *Haly. Abbas.*

Veniendo ergo ad curam, primò, ponatur cura aſclytis, quæ perficitur ſex intẽtionibus. Prima, *ponit debitum regimen in uita; ſecunda, ſuperfluitates minuit: tertia, digerit ape=* *Sex curãdi intentiones.*

DE COLICA ATRABILIARIA, CAP. XLIII.

Cauſæ.

Colica atra biliaris.

CAVSA colicæ atrabiliaris, eſt ipſa atra bilis, colon pungens, & mordicãs.

CVRA.

Curãdi intẽtiones tres.

IN cura colicæ melancholicæ præcipitur lenire uentrem, & deoppilare, tandem minorare materiam cum clyſteribus, & alijs, ut quo ad primam intentionem ordinetur tale clyſtere.

Clyſtere ſolutiuum.

Recip. Centaurij minoris, camomillæ, pulegij, origani, ana man. ſem. uel i. foliculorum ſenæ, epithymi, polypodij, ana drac. ij. meliſſæ, bugloſſæ, ana man. ſem. hellebori nigri, drac. ij. Fiat decoctio rerum harum, ſecundùm artem, puta, ad conſumptionem tertiæ partis: deinde coletur, & de colatura accipe, ſacchari rubei, unc. i. hieræ picræ, hieralogodij, ana unc. i. electuarij indi maioris (aliàs maioris, & minoris,) diaſenæ, ana unc. ſem. olei ruthacei, unc. iij. ſalis communis, drac. ij. Miſce, fiat clyſtere.

Minoratiuum.

Bolus minoratiuus.

Recip. Confectionis hamech, electuarij indi, ana drach. ij. Miſce, & fiat bolus cum ſaccharo, & exhibeatur ante diem mane in forma pilularum.

Pilulæ minoratiuæ.

Recip. Pilularum aloephanginarum, de lapide lazuli, ana drach. ſem. Miſce, fiant pilulæ y. & exhibeantur.

Digeſtiua. Minoratio.

Ante tamen minorationem in cura colicæ melacholicæ, ordinentur digeſtiua, poſt digeſtionem eradicatiuam minoratio adhibeatur.

Deoppilatio

In cura colicæ ſimiliter in primis fiat lenitio uentris, & deoppilatio inteſtinorũ, unde materia poſſit per anum exire:

exire. Deinde minoretur materia, cum tali clyſteri.

Reci. Camomillæ, anethi, meliloti, pulegij, calamenti, ana.m.ſ. ſeminis endiuiæ, portulacæ, lactucæ, ana drac.i. fiat decoctio, de qua accipiantur unc.xy. In quibus diſſolue, ſacchari rubei, olei camomalini unc.iij.ſ. ſalis cõmunis, drach.ij. miſce, & fiat enema. Si uis habere fortius, adde electuarij ſucci roſarum drac.iij. Clyſtere minoratiuum. Canon. Fortius enema.

Deinde procedatur digerendo, & euacuando, cum appropriatis.

ADIECTITIAE MEDELAE.

PRimò, purgetur humor melancholicus cum his pilulis.

Reci. Pillularum ſine quibus, aggregatiuarũ, de quinq; generibus myrobalanorum, ana ſcru.i. cum ſyrupo de fumoterræ reformentur pilulæ num.vij. uel. viij.

Poſt detur micletæ Nicolai, uel tripheræ magnæ, aut athanaſiæ ſcrup.i. aut alter, per ſe, uel cum aqua baſilici, ſeu meliſſæ. Opiata.

Syrupus melãcholiæ eductiuus, Curtianus.

Reci. Florum boraginis, bugloſſæ, uiolarũ, ana unc.ſ. radicum boraginis, bugloſſæ, ana unc.ſ. paſſularum pinguium, fumiterræ, epithymi, ſenæ, polypodij quercini, ana drac.vi. bulliant ſimul, &c. Pro delicatis in zucchàro, in brodio pulli. q.ſ. Pro alijs autẽ adde hellebori nigri, præparati drac.i. Colati reci. q.ſ. ad diſſoluendum, electuarij lenitiui, diaſenæ, ana drac.iij.ſ. miſce, fiat potus.

Item iniiciatur clyſtere, paratum ex decocto ſenæ, epithymi, fumiterræ, ſtœchadis, mercurialis, atriplicis, & camomillæ, oleo uiolato, luteis ouorum, ſale, cum admiſtione hieræ compoſitæ, diaſenæ, & hieralogodij, ſimul concretis, ad formam enematis. Clyſtere pro melancholicis.

DE COLICA VENTOSA, CAP. XLIIII.

CAVSAE.

CAVSA colicæ uentoſæ eſt uĕtoſitas, & omnia flatus generantia.

CVRA.

Cura. COlica uentoſa eiuſdem intentionibus curatur, quibus phlegmatica. Sedatio tamen doloris pluribus fit modis. Quorũ primus eſt, cum lenitiuis, de quibus in phlegmatica. Secũdus cum aperiĕtibus poroſitates cutis uentris. Vnde fiat ſacculus talis, uentoſitates reſoluens.

Aperitiua poroſitatũ.

Sacculus carminatiuus.

Reci. Furfurum miliaceorum, aniſorum, fœniculi, pulegij, ana.m.ſ. ſalis communis drach.ij. Calefiant in uaſe, ſine aqua, deinde ponantur in ſacculum, qui calidus ſæpe applicetur.

Fomentatio ad idem.

Fomentum ad idem. Reci. Pulegij, calamĕti, origani, mentaſtri, camomillæ, ana.m.ſ. cimini, fœniculi, aniſi, carui, ameos, ana unc.ſ. cõtundantur iſta, & bulliant in ſ.q. aquæ, ad conſumptionĕ tertiæ partis, deinde accipiatur ſpongia, &c.

Deinde inungatur unctione iſta.

Vnctio ad idem. Recip. Olei ruthacei, liliacei, amygdalini amari, ana unc.ij. cimini, carui, ameos, nigellæ, carthami cõtuſi, ſeminis ruthæ, ana dra.i. bulliant omnia iſta, cũ dictis oleis, & in unc.iij. uini potĕtis, ad conſumptionĕ uini, deinde exprimatur oleum, & cum pauca cæra fiat unguentum.

Vnctio alia æquiualens.

Aliud ad idem.

Reci. Colocynthidis interioris unc.ſ. olei communis, butyri

tyri recentis, ſine ſale, unc. ij. contundatur pulpa colocynthidis cum oleo, & butyro, bulliat per tertiam horæ, deinde unge uentrem.

Emplaſtrum ad idem.

Reci. Emplaſtri de baccis lauri lib. ſ. remolliatur cum oleo liliaceo, ut ſupra uentrem ponatur.

Tertius modus ſedandi dolorem eſt cum extrahẽtibus uentoſitatem, ſicut cum uentoſa lati orificij, applicata loco dolenti, ſubito ſedat dolorem, quaſi arte magica fiat, ſedat & matricis dolorem. Doloris ſedatio. Ventoſa. Nota.

Quartus modus ſedandi dolorem, fit cum clyſteribus ducentibus inferius, quale eſt iſtud. Solutiua infra.

Reci. Centaurij minoris, pulegij, calamenti, mentaſtri, origani, camomillæ, ana m. i. carui, ameos, cimini, ſeminis rutbæ, nigellæ, ana drac. i. ſ. olei camomalini, communis, ana unc. vi. uini potentis unc. ij. bulliant omnia ad cõſumptionẽ uini. Et colature adde, ſacchari rubei unc. i. ſ. miſce, & fiat clyſtere: eſt expertum. Clyſtere ſolutiuum bonum.

Quintus modus eſt, per ea, quæ inferius & ſuperius educunt uentoſitates. Ventoſitates educentia.

Electuarium carminatiuum.

Recip. Diagalangij, diacimini, theriacæ antiquæ, ana drac. ſ. diſſoluantur in uino potenti, & exhibeatur.

Poſſunt & alia exhiberi electuaria, in doſi dra. i. ſ. ſine etiam liquore: ut electuarium de baccis lauri, diagalanga, diaciminum, theriaca, mithridaticum, & his ſimilia. Aliæ confectiones ad idem.

Sexto modo euacuatur ſecundum hunc modum. Patiẽs faſcietur ſecũdum, uel circa uentrem ſtricte, deinde ligatus iaceat ſuper puluinari coriaceo, ſupra uentrẽ, & pendeant manus, & pedes ad terram. Euacuatio. Faſciatio.

Poſtremus modus, ut patiens toleret famem, & ſitim, Fames, ſitis, exercitium.

& exercitetur fortiter.

APPOSITITIAE MEDELAE.

Detur potui decoctio hæc carminatiua.

Decoctio carminatiua.

RECIP. *Seminis aneſi, ſeminis fœniculi, dauci, carui, ameos, ruthæ, cimini, polypodij, ana drac. i bulliant in aqua ſecundum artem. De quo bibat hauſtum calide, mane & ſero.*

Clyſtere.

Clyſtere ad idem.

Vel fiat ex eodem decocto, clyſtere, additis oleo ruthaceo, camomalino, laureo, & caſtorino, in quo diſſoluatur drac. i. uel. ij. phylonij Rhazis ſolutiui, & inijciatur.

Clyſtere ad idem.

Aliud ad idem.

Recip. Ameos, carui, anethi, ruthæ, ana drach. i. decoquantur in. ſ. q. olei communis, & uini maluatici, coletur cum expreſſione. Cuius decocti reci. q. ſ. pro uno clyſteri. Cui adiunge, pinguedinis anatinæ, & gallinaceæ recentium liquefactæ, ana unc. i. caſtorij pinguis drac. ij. oleorum camomalini, linini, ſeſamini, lini, fœnigræci, uel mucilaginis eorum, & maluini, & amygdalini dulcis, ana unc. ſ. fiat enema.

Clyſtere carminatiuũ, in colica uentoſa.

Reci. Aneſi, fœniculi, florum camomillæ, ameos, cimini, carui, ſeminis anethi, ana partes æquales. Contundantur, & fiat decoctio in cyathis ternis olei cõmunis uidelicet, & tantũdem aquæ fontalis, uſq; ad excoctionẽ prædictæ aquæ: & facta expreſſione, imponatur prædictum oleum, & eſt ſane optimum, ac probatiſſimum.

DE CO-

DE COLICA EX SICCITATE, ET RETENTIONE FECVM, CAP. XLV.

CVRA.

QVAE TRES *exigit intentiones. Quarum prima eſt mollificatio fecum, & applanatio inteſtinorum. Secūda fecum eductio. Tertia remotio cauſæ ſiccitatis fecum.* *Tres curãdi intentiones.*

Mollificatio.

Clyſtere mollificatiuū fecum. Reci. *lib. i. olei cōmunis, butyri recentis ſine ſale unc. iij. miſce, fiat enema.*

Aliud quòd exhibetur per os.

Recip. Brodij caponis, uel gallinæ, uel caſtrati cocti, unc. xv. ſacchari unc. ſ. miſce, & bibat calide. *Decoctū ad idem.*

Aliud in forma clyſteris, ualde mollientis.

Recip. Brodij decoctionis carnis pinguis, & capitis, uel inteſtinorum caſtrati, uel extorum agnelli craſſi, uel hœdi unc. viij. olei communis, uel amygdalini dulcis unc. vi. miſce, fiat clyſtere. *Clyſtere mollitiuū.*

Aliud per os exhibendum.

Recip. Brodij galli antiqui unc. vi. & bibatur: & ſi placet, potes aliquid mollificatiui, uel lenitiui cum hoc miſcere, *Decoctū ad idem. Canon.*

Faciunt etiam ad rem, caricæ pingues comeſtæ, pruna damaſcena, ſiue recentia, ſiue ſicca, uitelli ouorum gallinarum, uuæ paſſæ, abſq; arillis comeſtæ, ante cibum idem faciunt. *Ad idem cōferentia ſimplicia.*

Lentio uentris.

Reci. Paſſularum nigrarum, ſine arillis cochlearia. ij. bene maſticentur, & deglutiantur. *Ventris lenitiuum.*

Deinde immediate bibatur ſequens brodium.

Aliud ad idem. *Recip. Brodij pinguis gallinarum, uel caſtrati unc. vi. In quo diſſoluatur zucchari rubei unc. i. & calidum immediate bibatur poſt paſſulas.*

Aliud.

Potus. *Recip. Olei communis boni unc. vi. uel. vij. & calide bibatur. Quantum autem ad exterius applicata, fiat hoc emplaſtrum.*

Emplaſtrũ anodynũ, et lenitiuum. *Reci. Foliorum maluæ, blitis, radicum altheæ, an. m. ſ. farinæ ſeminis lini, farinæ ſeminis altheæ, ana unc. i. Herbæ bulliant cum radicibus ad perfectam decoctionẽ, deinde piſtentur, & cum dicta decoctione, & dictis farinis, reducantur ad formam emplaſtri: cui adde, butyri recentis ſine ſale unc. iiij. fiat emplaſtrum, & applicetur circa uentrem.*

Aliud.

Vnctio. *Reci. Olei amygdalini dulcis, butyri recentis, ana unc. iij. miſce ſimul, liquefacto prius butyro, fiat unctio.*

Eductio fecum.

Clyſtere. *Reci. Brodij ualde pinguis, in quo bulliant ficus ſiccæ pingues, ſebeſten, ana numero. v. paſſularum enucleatarum unc. ſ. Poſtea de dicto brodio bullito, cum prædictis colato, accipiatur lib. i. & unc. iij. in quo diſſoluatur, caſiæ drach. vi. olei communis unc. iij. ſalis parum, & exhibeatur.*

Aliud ad idem.

Potus ad idem. *Recip. Paſſularum enucleatarum, liquiriciæ raſæ, ana unc. ſ. ſebeſten nume viij. iuiubarũ nume. x. caricarũ pinguium nu. iiij. bulliant omnia in. ſ. q. aquæ, ad cõſumptionem medietatis, uel tertiæ partis. Deinde coletur, & de colatura recip. q. ſ. ad diſſoluẽdum, caſiæ optimæ, pinguis, nouiter*

nouiter extractæ drach.x.uel loco caſiæ, accipiatur mãnæ unc.iij,miſce fiat potus,qui calidus per os aſſumatur.

Et ſi hæc non ſuffecerint, dentur pilulæ aloephangi= næ,uel pilulæ aloes lotæ, uel diaphœnicon, que eſt medicina ſecuritatis,& caſia. *Solutiua bona.*

Et ſi hæc non ſuffecerint,addantur in clyſterijs ſuperius ordinatis, pro mollificatione, caſia, uel hiera picra, uel aliquid mellis crudi, puta unc.iij.uel unc.i.caſsiæ,uel drach.vi.hieræ picræ: Per talem enim additionem fortificabuntur. *Regula.* *Fortificatio*

Remotio cauſæ ſiccitatis fecum.

Si ſit à cauſa primitiua, ut cibus, uel balneum, remoueantur.

Si propter nimiam caliditatem,& ſiccitatem hepatis, infrigidetur,& humectetur,cum epithematibus,& inunctionibus,dictis ſupra in cap.de hepatis ægritudinibus, *Siccitas,& calor.*

Si propter oppilationem fellis,pori deoppilentur cum dictis in capite de icteritia. *Oppilatio fellis.*

Si ob debilitatem expulſiue inteſtinorum, fiant clyſteria præmiſſa: in quibus ponatur multum ſalis, & uirtus excitetur.

Si uerò ex obtuſione ſenſus inteſtinorum, detur theriaca per os, uel mithridaticum, uel electuarium de baccis lauri exhibeatur.

ADDITIONES PROPRIAE.

Syrupus in colica ex ſiccitate, & retentione fecum expertus.

Reci. Aquarum maluæ, camomillæ,parietariæ, aquæ decoctionis prunorum, ſebeſten, iuiubarum, polypodij, doronici omnium unc.vi. ſyrupi boraginati, bugloſſati, unc.ſ. in quibus diſſolue, electuarij lenitiui, diacaſiæ,ana

drach.i.ſ.electuarij eleſcoph, de pſilio, de ſebeſten ſolutiui, ana drach.i.& ſcrup.i.miſce, fiat hauſtus, calide nocte ſumendus.

Enema expertum, quod mollit, feces educit, & humectat

Reci. *Decoctionis capitis caſtrati, uel gallinæ pinguis, factæ cum.v. herbis mollificantibus udelicet, maluæ, biſmaluæ, uiolariæ, brancæ urſinæ, meliloti.* Item *mercurialis, parietariæ, ciclæ, & betæ, an.m.ſ.& trium florum cõmunium frigidorũ, uidelicet, uiolarum, boraginis, & bugloſſæ, ana pug.iij.uel iiij. Cuius decoctionis reci.unc.xij. uel xv. Quibus adde, olei camomalini, anhetini, ana unc. ij.butyri unc.i.unguentorum liquefactorũ, & colatorum, uidelicet, dialtheæ ſubtilis* Nicolai, *de adipibus, & de mucilaginibus, cæreitate ſeiuncta, ana drach.i.ſalis drach.i. miſce, & fiat enema, ſecundum artem.*

DE COLICA, AB APOSTEMATE CALIDO INTESTINORVM, CAP. XLVI.

CVRA.

Clyſtere fecum eductiuum.

PRIMO *educantur feces cum clyſteribus lenitiuis, ad frigidũ trahentibuſ, ſicut cum decoctione ſeminum frigidorum, uel hordei, matris uiolarũ, blitis, iuiubarũ, ſebeſten, &c. In qua decoctione rerum dictarũ diſſolue, zucchari rubei unc.i.olei uiolati, unc.iij.ſalis drac.ij.miſce, fiat clyſtere.*

Phlebotomia.

Deinde facta lenitione, fiat phlebotomia baſilicæ, ad vi.uel vij.unc.ſanguinis.

Poſtea

Poſtea ueniendo ad cauſas coniunctas, fiant clyſteria lenientia, habentia frigiditatem cum aliqua ſtypticitate; ſicut, exempli gratia, fiat clyſtere ex decoctione croci, & uiolarum, & ſumat lib.i. huius decoctionis, in qua diſſolue olei roſarum, unc. iij. ſalis communis parum, zucchari rubei, unc. i. Miſce. *Clyſtere lenitiuum.*

Vnctio repercuſſiua externè applicanda.

Recip. Olei roſarum, uiolarum, ana unc. i. Miſce. *Vnctio repercuſſiua.*

Vnctio alia in augmento apoſtematis adhibenda.

Recip. Olei roſarum, uiolarum, camomillæ, ana unc. ſem uel i. Miſce. *Alia unctio.*

Vnctio in ſtatu bona.

Recip. Olei anethini, amygdalini dulcis, camemalini, ana unc. ſem. uel i. *Vnctio alia.*

Et poteſt etiam fieri emplaſtrum ex decoctione malvarum, camomillæ, radicum altheæ, farinæ fœnigræci, & ſeminis lini, & miſcendo fiat emplaſtrum. *Emplaſtrum*

ANNEXA PHARMACA.

Fiat iniectio cum decoctione origani, hybiſci, camomillæ, furfurum, fœnigræci, carthami; additis olei linini, behenini, oeſypi humidæ, dialtheæ, olei nucei, olei lentiſcini, floris lactis, mellis uiolacei, ana parum. Miſce, fiat clyſtere. *Clyſtere prædicto affectui conferens.*

Ab intra utatur diabutyro Iſabaci, uel communi, mane, & ſero. Sanat enim apoſtemata inteſtinorum; & dolorem colicum, ex hoc cauſatum mitigat. *Diabutyrum Iſabaci ad idem*

DE CO-

DE COLICA EX APOSTEMATE FRIGIDO INTESTINORVM, CAP. XLVII.

CVRA.

Canon.

Lenitio.
Phlebotomia

SI AVTEM *ex apoſtemate frigido inteſtinorum proueniret, eo modo procedatur, quo in calido; primò, leniendo uentrem; ſecundo, faciendo phlebotomiam baſilicæ.* Poſtea, *in principio apoſtematis apponãtur repercuſſiua, ut ſunt, oleum roſatum, maſtychinum, &c. quæ ſunt in hoc caſu conueniẽtia. In augmento, adhibeatur oleum maſtychinum, uel liliaceum, ſiue amygdalinum dulce.*

Repercuſſiua olea.

Olea ad idẽ reſoluentia.

In flatu uerò, reſolutiua conueniunt: uinum multæ permiſtionis aquæ, præparat inteſtina ad colicam. Auicenna Fen 16. *lib.* 3.

Auicenna.

DE HYDROPE, CAP. XLVIII.

Definitio.

Hydrops.
Definitio
Gordonij.

HYDROPS *eſt error uirtutis unitiuæ in toto corpore, ſequens mutationem uirtutis digeſtiuæ in hepate, & ita hydrops eſt error uirtutis digeſtiuæ in hepate.*

Bertrucij definitio.

Hydrops eſt morbus materialis, cauſatus ex re frigida plurima, ingrediente, & inflante membra omnia manifeſtè, aut loca partium, in quibus regimen ciborum, & humorum fit.

Champe-

Champerius.

Hydropici dicũtur, quos aqua inter cutem male habet.

Alexander.

Hydrops eſt paſsio chronica, ex frigiditate hepatis generata: quia uirtus hepatis cibos non coquit, nec in ſanguinis ſubſtantiam conuertitur. Alexander Benedictus.

Auicennæ definitio.

Hydrops eſt ægritudo materialis, cuius cauſa eſt materia frigida exuberans, & ingrediens per membra: unde creſcunt, & inflantur membra manifeſtè: omnia autem loca partium interiorum ſunt uacua. Auicenna.

Idem.

Hydrops eſt apoſtema aquoſum uniuerſale. Auicenna.

Etymologia.

Hydrops, ab hydor græcè dicitur, quod eſt aqua.

CAVSAE.

Communis omnium hydropum cauſa eſt, humoris nimia abundantia, & frigus nimium hepatis, ac ſtomachi dyſcraſia. Si plura petis, quære cauſas ex Gordonio, Bertrucio, Aetio, & Galeno, lib. 3. de ſymp. cauſis. Cauſæ ex Gordonio, Bertrucio, Aetio, Galeno.

Species hydropis tres.

Aſcytes, Tympanites, & Hypoſarca.

DE ASCYTE, CAP. XLIX.

Definitio.

ASCYTES, *uel* ASCLYTES *dicta, eſt paſsio, in qua uenter, cruraq; extumeſcunt: ſuperiores autem partes extenuantur, & marceſcunt.* Definitio Galeni, in lib. definitionũ. Galenus.

Idem

6 *Quicunq; lienoſi à difficultate inteſtinorum capiuntur, his, ſuperueniente dyſnia, longa hydrops innaſcitur, aut lienteria, & moriuntur.* Aphor. 43. *lib.* 6.

7 *In mania, dyſenteria, aut hydrops, uel mentis alienatio, bonum.* Aphor. 5. *lib.* 7.

8 *Aqua intercute laborans, ſi à tuſſi habeatur, deſperatus eſt.* Aphor. 48. *lib.* 7.

9 *Quibus hepar aqua plenum in omentum eruperit, his uenter aqua repletur, & moriũtur.* Apho. 56. *lib.* 7.

10 *A' diuturnis ſanato hæmorrhoidibus, ſi una non ſeruatur, periculum eſt aquam intercutem, uel tabem aduenire.* Aphor. 12. *lib.* 6.

11 *Ab aqua intercute habito, ſi aqua per uenas in uentrem defluxerit, ſoluitur morbus.* Aphor. 14. *lib.* 6.

De hac materia paßim ſcribit Hippocrates *in* Aphoriſmis, *&* in Prognoſticis, *& in* 4. *regiminibus acutorũ: ubi tãtùm duas hydropiſis ſpecies ponit* Gal. *ibidem, &c.* *Hippocrates.* *Galenus.*

CVRA ASCLYTIS.

CVra hydropiſis uariari debet, ſecundùm diuerſas eius ſpecies: tamen ante ſpecialem curam iſti Canones *obſeruentur.*

Quorum primus, iuxta Auicennam, *cap. proprio.* Exiccatio, *& extractio ſuperfluitatum; qui* Canon *tamen magis conueniens eſt in aſclyte, quàm alijs.* *Auic. Canon primus.*

Secundus Canon *ſumptus ex* Auicenna, *cap. proprio, eſt apertio pororum corporis, & cutis: unde* Haly. Abbas 3. *practicæ, cap. proprio, inquit.* Nihil *adeò hydropiſi nocet, ſicut pororum reſtrictio.* *Canon ſecundus.* *Haly. Abbas.*

Veniendo *ergo ad curam, primò, ponatur cura aſclytis, quæ perficitur ſex intẽtionibus.* Prima, *ponit debitum regimen in uita; ſecunda, ſuperfluitates minuit: tertia, digerit ape=* *Sex curãdi intentiones.*

gerit aperiendo, & cōfortando membra uniuerſalia, præcipuè ſtomachum, & hepar; quarta, eradicat materiam; quinta, corrigit accidentia; ſexta, prohibet recidiuam, quæ ſæpe contingit in iſta paſſione ex modica cauſa: & quia aſclytes quandoque fit à cauſa calida, quandoque à frigida, primò, ponatur cura à cauſa frigida, & interim etiam à calida.

DIAETA.

Regimen uitæ totum uergat ad contrarium cauſæ.

Aer in aſclyte à frigida cauſa debet eſſe calidus, & ſiccus, & ſit luminoſus, & non uentoſus. Habitet in loco alto à terra: puta, in ſolari, & non propè terram, præcipuè humidam; neque propè fontes, & aquas, imò non in loco ubi poteſt uideri aqua; quia propter ſitim aliquando coguntur bibere: unde Auic. Non uideant aquam, neq; bibāt.

Habitatio. *Aqua.* *Auicenna.* *Aer.*

Feneſtræ cameræ ſint ad orientem. Aer ſit ſiccus, ſi nō naturaliter, fiat artificialiter, cum igne, uel ſuffumigijs calefacientibus, exiccantibus, & odoriferis.

Aer. Si autem cauſa ſit calida, tunc aer debet diſponi aliqualiter ad frigidum; non multum tamen; ita quòd declinet ad ſiccum.

Cibus, & potus.

Regulæ generales.

Crapula uitanda. Prima, infirmus ſit parcus in cibo, & potu.

Auic. cap. proprio; Rhazes 9. Almanſoris; Haly. Abbas 3. practicæ, dicūt. Arce ipſum à multo cibo, quoniam uirtutem aggrauat, digeſtionem prohibet, humiditatem auget, & calorem naturalem debilitat, & ſuffocat.

Fames. Et dicit Rhazes in textu. Patiatur famem, & ſitim; plus tamen ſitim.

Ante dige- Secunda regula ſumpta eſt ab Auic. 3. primi; Quòd nō comedat,

comedat, niſi prius cibus ſit digeſtus, ne ex corruptione ci bi ſupra cibum alium multiplicentur ſuperfluitates. *ſtionem non edendum.*

Veruntamen ſi contingat aliquem uehementer pati fa mem ante digeſtionem primi cibi, aliquid maſticet, ſed non tranſglutiat. *Maſticatio. Fames.*

Tertia, in eadem menſa non ſumantur diuerſa cibaria. *Diuerſitas ci borum.*

Quarta, patiens decedat à menſa, adhuc reliĉtis, non ſatur, &c. *Non ſatisfa ciendũ fami.*

Incipiendo ergo à pane, ſecundùm dictum Auicennæ, panis conueniens eſſet hordeaceus, quia facilis digeſtionis, tendens ad ſiccitatem: quem ſi quis abhorreat, faciat pa nem ex farina frumentacea, & in paſta ponatur puluis fa ctus ex aniſo, & fœniculis; & non ſit factus ex farina munda à furfure, imò remaneat aliquid furfuris; & ſit unius diei, nec plurium, quàm trium. *Panis hor deaceus. Panis fru mentaceus Paſta.*

Carnes ſint, perdices, phaſides, turtures, merula, lepo rinæ, capreolinæ, caſtratinæ. Bouinæ autem non conueni unt, quamuis ſint ſiccæ, quia difficilis digeſtionis. Sero, ſint aſſatæ, mane, elixatæ. *Carnes quæ bonæ, & ma læ quæ?*

Fercula multum brodialia non conueniunt, ſed facta ex pane coĉto in brodio: oua ſine agreſta conceduntur, bro dium cicerum nigrorum; cum quibus decoquantur radi ces fœniculi, apij, petroſilij, quia humiditates trahuntur ad uias urinæ. *Fercula bõa Oua. Brodia. Radices.*

Omnia holera uitentur, quia humida ſunt utplurimum. Fructus tamen conuenientiores ſunt, amygdala, nuclei pi nei, piſtaciæ, auellanæ. Cõceduntur etiam uuæ paſſæ, oua, præcipuè uitella, ſecundùm omnem modum adminiſtra tionis conueniunt. Lac, caſeus recens, butyrum non conue niunt: tamen lac chamelorum eſt laudandum, quod à pro prietate ualet. *Holera. Fructus con ueniẽtes, & diſcõuenien tes. Lac chame lorum.*

Potus

Potus. Vinum. — Potus debet eſſe uinum album,ſubtile,potius antiquũ, quàm nouum,& modicæ quantitatis.

Canon. Aqua. — Potus aquæ omninò uitetur:imò inquit Auic. Non uideat aquam hydropicus,nedum bibat. Si tamen contingeret,quòd infirmus ex conſuetudine non poſſet bibere uinum,bibat aquam artificialem,ſicut endiuiæ,fœniculi,abſynthij per alembicum deſtillatam.

Aqua artificialis.

Vinum. — Si autem eſſet à cauſa calida,bibat uinum pauciferum ualde miſtum cum aqua endiuiæ.

Somnus, & uigilia. — Potius uigiliæ excedentes,quàm ſomnus excedens cõueniunt;unde ſomnus nullo modo ſit diurnus, ſed nocturnus,potius diminutus,quàm ſuperfluus.

Motus, & quies. — Exercitium magis conuenit,quàm quies;unde exercitetur ante cibum mane,& ſero, quouſque aliqualiter fatigetur.

Fricatio. — Et ſi non poſſet moueri, fiant fricationes circa totum corpus cum panno lineo aliqualiter aſpero.

Seceſſus, & urina. — Procuret habere euacuationes naturales quãtum poſſibile ſit,ex uentre,urina,&c.

Animi accidentia. — Accidentia animi omnia uitet,quæ humectant,ut eſt timor,triſtitia:quæ calorem naturalem ſopiendo,ſunt cauſa,quare nõ fiat bona digeſtio,furioſitatem, indignationẽ.

Coitus. — Coitus &ſi exiccet,plus tamen nocet,debilitando calorem naturalem.

Minoratio.

Curatio minoratiua debet fieri cum medicinis benedictis,& leuibus.

Hiera picra. — Primò,fit cum hiera picra in frigida cauſa.

Rhabarbarum. — Et in calida,cum rhabarbaro,& ſimilibus.

Fienda eſt iterata euacuatio,& non in una uice multa.

Canon. — Phlebotomia non fiat, niſi in tribus caſibus,ſcilicet, quando

quando hydropiſis pendet ab apoſtemate hepatis, aut à retentione ſanguinis menſtrui, uel hæmorrhoidarũ. Et *cauſa eſt, quia phlebotomia debilitat hepar.* Ex *cuius debilitate cauſatur hydropiſis.* Similiter *quando materia, quæ eſt cauſa coniuncta, per phlebotomiam educi non poteſt.* Phlebotomia quando fienda, & quando nõ.

Vomitus quandoq; confert diuertendo, & euacuãdo. Vomitus.

Similiter clyſteria, in quibus ingrediũtur iſta, quæ iſtas materias euacuant. Clyſteria.

Euacuantia materiam, facientem aſclytem, quæ eſt aquoſitas, quædam euacuant à proprietate, quædam per ſimilitudinem. Euacuatio duplex.

Euacuantia à proprietate quædam ſunt fortia, quædã media, & quædam debilia. Euacuatio à proprietate triplex.

1 *Fortia ſunt, ut mezereon, laureola, ſuccus cucumeris aſinini, euforbium, colocynthidis, ſoldanella, & huiuſmodi talia.* succus radic. [illegible] iridis:

2 *Mediocria, ut ſerapinum, apium, ſuccus ireos, &c.* Mediocria.

3 *Debilia, ut rhæobarbarum in calida, hiera picra in frigida, cum aqua miſcetur agaricus, uel electuarium* Indum, *uel aliud ſimile.* Debilia.

Soluentia ergo in aſclyte aquam, quædam ſunt, quæ à proprietate aſclyti, quæ omnino hydropiſi, coram, & à proprietate ualentia: ut ſuccus ireos, qui debet propinari non coctus, ſed crudus, & iſto modo fit. Soluentia à proprietate. Succus ireos.

Accipiatur radix, bene mundetur à cortice exteriori, poſtea piſtetur, & ſuccus ponatur in cyatho, donec faciat reſidentiam, deinde cum illo ſucco clarificato (dicit Gordonius*) accipiatur quantum media teſta oui capit, & cũ tantidem aquæ mellis, uel zucchari, calidus accipiatur, & non decoquatur, quoniam uirtutem perderet.* Et *debemus de iſto ſucco dare ſæpe, bis per hebdomadam ad mi-* Potus. Gordonius. Vſus. Operatio eius.

nus. Euacuat iiij.uel v. ſedes illius aquæ copioſe. Vnde Gordonius *refert. Si hydrops manu humana curari non poteſt, curatur hac medicina.*

Gordonius. Experimentum.

Alia medicina, quæ ualet in omni ſpecie, & maxime in aſclyte.

Potus ad idem.

Reci. *Radicum palmæ Chriſti, mundentur, & eodem modo, quo radix ireos piſtetur, & extrahatur ſuccus, ut ex radice ireos, deinde de illo ſucco reci. drac.ij.uel.ij.ſ. & poteſt exhiberi ſolus, uel cũ aqua zucchari. Nam eodem modo euacuat, quo ſuccus ireos, & uirtuoſius eſt ſicut ille, & non urit, neq; exaſperat, ſicut alter.* Nicolaus *Florentinus utebatur iſto, loco alterius.*

Vſus. Effectus. Nicolaus Florẽtinus.

Alia à proprietate experta à Gordonio.

Experimentum Gordonij.

Recip. *Succi radicum ſambuci, uel corticis mediani, & florum eius, & deparentur. Valet ut ſuccus ireos, eodem modo exhibitus.*

Secunda intentio. Clyſtere.

Veniẽdo igitur ad ſpecialia in aſclyte, cura pro ſecũda intẽtione, quæ eſt minoratio, fiat primo tale clyſtere.

Minoratio.

Minoratiuũ

Reci. *Blitis, mercurialis, maluarum, pulegij, calamenti, ana.m.i. carui, ameos, ana drac.ij. carthami unc.ſ. agarici ligati in pecia drach.i.ſ. fiat decoctio ex omnibus iſtis: de qua accipiatur unc.xy. in quibus diſſolue hieræ picræ unc.i. electuarij* Indi *unc.ſ. ſucci ireos unc.i.ſ. ſalis cõmunis dra.ij. uitellũ.i. oui, olei ruthacei unc.iij.* Hoc *enim minorat aquoſitatẽ citrinã, in uentre exiſtentẽ.*

Pilulæ ad idem.

Pilulæ ſolutiuæ.

Reci. *Pilularum de hiera ſimplici, de rhæobarbaro Meſuei, aggregatiuarum ana ſcrup.i. Reformentur pilulæ nume.v. cum ſucco ireos.*

In hoc caſu ualet brodium, quod ſic fit.

Reci.

Reci. Radicum ireos, parum contuſarum, ponantur in olla, in qua decoquantur carnes pullorum, & maxime galli antiqui, remaneant in olla, quouſq; decoquantur perfecte carnes illæ. Deinde de illo brodio exhibeantur unc. iiij. uel v. cum zuccaro aliqualiter. Et minorat aquoſitatem in uentre. *Brodium ad idem.*

Ad idem ualet ſoldanella, hoc modo exhibita ter, uel quater in hebdomada. Accipitur de herba illa ſicca drac. ij. et. ſ. & puluerizatur ſubtiliter, deinde exhibeātur dra. ij. illius pulueris, cum uino ante cibū per. ij. horas. *Soldanella. Potus.*

Recitant aliqui quod eſt herba quædā, ualde efficaciter euacuās ſine moleſtia, & uocatur Peta findula (aliàs legitur Philipendula) apud Simonem Ianuenſem, eſt ſpecies ſaxifragiæ, & exhibetur eo modo, quo ſoldanella. *Philipendula. Simon Ianuenſis.*

Pilulæ.

Pilulæ autem de rhæobarbaro, poſitæ à Rhaze, ſunt bonæ pro minoratione materiæ, ponendo in eis de mezereon, & dando ſcrup. ij. pro uice, uel ij. ſ. *Pilulæ de rhæobarbaro Rhazæ.*

Digeſtio, & confortatio.

Tertia intētio impletur cum aperitiuis, inciſiuis, ſubtiliatiuis, & præparantibus materiam, & uias ſyrupis, ergo in aſclyte à frigida cauſa fiat talis.

Reci. Syrupi de eupatorio, mellis roſati colati, ſyrupi acetoſi, diarhodonis, ana unc. ſ. aquæ fœniculi, eupatorij, endiuiæ, ana unc. i. miſce, & exhibeatur ut alij. *Potus in cauſa frigida aſclytis.*

In calida autem ſit talis.

Reci. Syrupi acetoſi, diarhodonis, de endiuia, mellis, roſati colati, ana unc. ſ. aquæ cuſcutæ, endiuiæ, abſynthij, ana unc. i. miſce. *Potus in cauſa calida.*

Eradicatio.

Intentio quarta in aſclytis cura, eſt materiæ tam eius,

Sex eradicationis intentiones. quæ eſt ſub forma cauſæ antecedẽtis, quàm cõiunctæ eradicatio. Quæ perficitur primo per ſolutionẽ uentris. Secundo per prouocantia urinam. Tertio per prouocantia ſudorem. Quarto per uenam umbilicalem. Quinto per reſolutionem inſenſibilem. Sexto per cauterizationem, inciſionem, & ueſicationem.

Euacuatio eradicatiua 1 Primo fiat euacuatio eradicatiua, cum dictis in euacuatione minoratiua, augmẽtando doſim, cõmuniter tamẽ dantur tales medicinæ in forma pilulari, aut potionis.

In forma pilulari conueniunt iſtæ.

Pilulæ ſolutiuæ. *Canon.* Recip. Pilularum de biera ſimplici, aggregatiuarum, de rhæobarbaro Meſue, ana ſcrup. i. eleacterij gra. ij. ſ. fiant pilulæ.

Pilulæ fortes, periculoſæ. Aliqui alij exhibent etiam, & eſt fortius, quod nõ debet exhiberi, niſi cum cautela.

Reci. Pilularum de elacterio ſcrup. ſ. uel ad plus gra. xy. fiat pilula. i. quæ exhibeatur ante diem per horã. Hoc modo fiant iſtæ pilulæ.

Pilulæ de elacterio. *Canon.* Recip. Cucumeres aſininos, bene maturatos, & colligãtur in fine æſtatis: & cognoſcimus eſſe maturos, quãdo habent colorem bene citrinũ. Deinde extrahatur ſuccus, non tamen exprimendo, ſed ipſis perforatis, & inciſis, permittatur ſuccus exire, deinde ponatur in uaſe, & fiat reſidentia, poſt hoc accipiamus quod clarum eſt de huiuſmodi ſucco. Deinde accipiantur iſte ſpecies ligatæ in pecia ſubtili, infundatur in dicto ſucco, & dimittatur quouſq; ſuccus incipiat bene inſpiſſari, deinde extrahãtur, & exprimantur ita, quòd uirtus earum remaneat in ſucco, deinde dimittatur ſuccus exiccari, ex quo ſic exiccato cũ uino potenti, reficiatur maſſa pro pilulis, & exhibeantur ut dictum eſt, ſcrup. ſ. uel gra. xy.

Species

Species infundendæ ſunt iſtæ.

Cinnamomi electi,charyophyllorũ,ligni aloes, calami aromatici,macis,zinziberis, piperis nigri, ana ſcrup.i. pulverizentur ſubtiliter,& fiat ut ſupra.

In forma autem potabili.

Recip. *Succi ireos drach.ij.ſ. cum tantundem aquæ mellis, eo modo quo dictum eſt ſupra.* Vel *de ſucco palmæ Chriſti tantũdem,ut cũ aqua zucchari,& ille eſt ita uigoroſus, ſicut ireos.* — *Potus ad idem.*

Ad idem.

Reci. *Pulueris ſoldanellæ drac.ij.uel iij.ſecũdum exigentiam,ponantur cum uino,uel brodio,eodẽ modo,ut ſupra: euphorbium cum colocyntide non dandum.* — *Aliud ad idem. Quæ uitanda.*

Secundo fiat urinæ prouocatio.

Reci. *Radicis apij,fœniculi,petroſelini,ſparagi,rubeæ tinctorum ana drac.ſ.lauentur,& bene mũdentur omnia, & non abſtergantur cum cultello,deinde extrahãtur medullæ, & incidantur per fruſta, ac bulliant in.ſ.q.aquæ, ad conſumptionẽ medietatis,deinde colentur,& de colatura reci.unc.iij.in quibus diſſolue,trochiſcorũ de lacca, ſubtiliter pulverizatorum drac.i.& calide exhibeatur.*

Vel ſic.

Recip. *Dialaceæ drach.i. diſſolue in aquæ eupatorij, mentaſtri in unc.i.ſ.& exhibeatur,&c.* — *Aliud ad idem.*

Aliud ad idem.

Reci. *Calamenti,mentaſtri,ana drach.i. (aliàs unc.i.) bulliant in unc.x.uel xv.aquæ fluuialis, ad conſumptionem medietatis,deinde de colatura recipiantur unc.ij.uel iij.pro uice.* — *Potus ad idem.*

Ad idem Gerhardi de Solo. — *Potus ad idem.*

Reci. *Florum roris marini unc.i.ſ.bulliant in uino potenti,* — *Gerhardi de Solo.*

tenti ſubtili, ad conſumptionem medietatis, coletur. De colatura *exibeantur unc. ij. uel iij. pro uice.*

Albertus Bononienſis *recitat, quod ſuo tempore aliqui fuerint leuati ab aſclyte, bibendo uinum maluaticum continue, & decoquendo carnes, & alia in eo.*

Vinum maluaticum.

Ad idem fortius.

Ad idē fortius. Reci. *Litontripon, uel Iuſtini drac. i. ſ. diſſolue in aquæ eupatorij, aſparagorū, ana unc. i. ſ. detur calidū in mane.*

Cātharides. Canon. *Alij, quod nō laudo, accipiunt, cantharides, & de ipſis ſubtiliter puluerizatis accipiunt gra. v. uel. vi.* Et cōmiſcent *cum zucchar o uiolato, & præbent.*

Sudorē prouocantia. Balneum. *Tertio per uiam ſudoris, cum balneis igneis, aereis, et aqueis, ut ſumo, ſtupha, in ſulphureis, in quibus bulliant calida prouocantia.*

Vinum. *Vinum uetus, cum aqua fœniculi, prouocat.*

Ventoſa. *Quarto apponendo uentoſam, ſcilicet ſupra umbilicum, quæ attrahit aquoſitatem, quæ euacuatur cum adiutorio naturæ.*

Quinto per ea, quæ applicātur circa uentrē, ut emplaſtra fortiter reſoluentia, unde fiat hoc emplaſtrum.

Emplaſtrū reſolutiuū. Recip. *Stercoris uaccini, caprini, ouini, fimi columbini, ana unc ij. uel. iij. uel. iiij. deinde puluerizentur, & cū urina infantis reducatur ad formā emplaſtri, quod ſuper uentrem totum applicetur.*

Aliud expertum.

Recip. *Limaciarum cum conchis. q. v. & ipſas piſta, deinde ſupra uentrem apponatur per modum emplaſtri, & non amoueatur, ſed dimittatur per ſe cadere.* Exiccāt *enim uehementer humiditatem iſtam.*

Sexto per cauteria ueſicantia actualia, & potētialia, per ueſicantia, & cauteria, potentialia, quale eſt illud.

Reci.

Reci. Cantharidarũ abſciſsis,&c.q.v. & ipſas miſce cum fermento,& modico aceti,& fiat magdaleon. Accipitur poſtea de iſta paſta, ad quãtitatem unius auellanæ, quæ applicetur loco,ubi eſt maior inflatio,& ſtet per x. horas, uel donec fiat ueſica, qua rupta, extrahatur aqua, cum cauterio actuali,uel potentiali,& teneatur foramen apertum,ponendo pilam paruam ceream. Poſt extẽdatur Diachylon ſuper peciam,& ſuperponatur. Cauterium potentiale. Diachylon.

ACCIDENTIVM CORRECTIO.

1 PRimum accidens eſt ſitis,quæ ſitis cum aceto forti reſtinguatur. Sitis.

2 Alterum accidens eſt cõmuniter inflatio tibiarum,& aliquãdo manuũ,quod cum lixiuio ſequẽti emendetur. Inflatio tibiarum.

Recip. Cineris fortis, ut uitis, & iuniperi, in quo ponatur ſalis parum. Lixiuium.

Decoctio etiam urticæ, ſambuci,& ebuli, ſi fiat in uino,uel lixiuio, ad hoc multum facit. Decoctio. Lixiuium.

Item folia iam dictorum poſita ſupra tegulam calefactam,& aſperſam,uino albo,& ſuperponantur.

Recidiuationis prohibitio.

Primo ordinetur regimen uitæ bonum, uitando ſcilicet potum multum aquæ,& uſum rerum ualde humidarũ,& fluidarum,ſiti non indulgendo. Ioannes. Mattheus de Gradi.

Poſt minoretur,digeratur,& euacuetur materia, quæ poſſet eſſe cauſa recidiuæ:& ſic de alijs. Idem.

ADDITAMENTA PROPRIA.

REgimen doctoris Ioannis Catzani, Phyſici quondã percelebris in Bolſano.

DIAETA.

ABſtineat à pinguibus,& craſſis edulijs, & cõcoctu difficilibus,ut caro craſſa,piſces omnes, poma, pira,cau- Diæta incõueniens. Cibus. Potus.

ra,caules,uitet,& gelidam prorſus.

Diæta conueniens. Edat digeſtibilia,utpote pullos,capones, carnem hædinam,uitulinam,oua recentia, & contuſa, pulmentū auenaceum,hordeatū, pultem paſſulatam, holuſculum rapaceum,ius amygdalinum,& phaſeolorum.

Potus. Vinum. Potus ſit poſt cibum,uinum album,eppianum, uel caldarienſe. Vitent uina rubra, dulcia : decoquantur radices petroſelini in cibo.

Potus ad idem.

Potus ad idem. Coquantur rapa recentia in aqua fluuiali , & addantur ſemen cucumini,& parum cinnamomi. Et de hoc potu interdiu bibatur.

Fomentum. Poſt fomententur pedes,cum ſummitatibus iuniperi,in aqua decoctis,item camomillæ, & ſcorie accendantur,ac illæ ſcoriæ cum iſta aqua aſpergantur,& ſic fomẽtetur.

Theriaca. Prius tamen parum theriacæ commeſto cum uino,ieiunæ:& hoc fiat ſemel,uel bis in ſeptimana.

Scarificatio Porrò ſemel poſſet fieri ſcarificatio in pedibus : doſt aqua efflueret non multum,tunc permittatur effluere.

Phlebotomia. Nullo modo fiat phlebotomia.

Rhæobarbarum. Poteſt inſuper ieiuno ſtomacho uti rhæobarbaro, doſt auellanæ exiguæ : & immediate poſt hoc bibere uini parum,& hoc ſemel in hebdomada.

Confectio in morſellis.

Confectio morſellata ad idem. Recip. Pulueris ſoldanellæ unc.ſ. rhæobarbari electi, drac.i.ſpicæ ſcrup.ſ. zinziberis ſcrup.i.macis ſcrup.ſ. ſucci elacterij gra.iij. zucchari unc.iij. fiant morſelli.v. cum aqua enduiæ,& detur morſellus.i.pro uice, in decẽ diebus ſemel in ieiunio: doſis loto.i.& ſuperbibatur parum uini, & per quatuor horas ſuperieiunet : hoc enim

Canon. euacuat aquã. Et ſi de iſta cõfectione nõ poſſet ſumere patiens

tiens,utatur ſequenti tragæa,cum brodio,ſemel in ſepti= mana,doſis ſexquiaureus:& ſuperieiunet tres horas.

Puluis ad idem.

Recip.*Rheobarbari electi,drac.i.(aliàs unc.i.) pulue ris ſoldanellæ,drac.iij.ſquinanti,ſcrup.i. zinziberis,cin= namomi,ana ſcrup.ſem.*Fiat *puluis,diuidatur in tres par= tes,& ſumatur ieiunè.* *Puluis ad idē*

Poſt uſum confectionis, uel tragææ, altera die ſumat quantitatem aurei ſemis theriacæ cum uino. *Theriaca.*

Interea,ſi confectionem,uel tragæam ſumpſerit, ſumat tunc ſingulo mane de electuario ſequēti pondus aureorum ij.& ſuperbibat parum uini albi.

Electuarium.

Recip.*Specierum diacurcumæ,unc.ij.uel drac.ij.ſpe= cierum dialaccæ,unc.i.uel drac.i.ſpecierum diarbodonis, ſcrup.ij.hepatis adip,id eſt,lupi,drac.i.cinnamomi,drac. i.ſem.conſeruæ roſarum,bugloſſæ,ana unc.i.ſem.*Fiat *ele ctuarium cum ſyrupo roſato, & de radicibus, & dentur ſtomacho ieiuno, drac.ij.pro uice. deinde ungatur uenter patientis tepidè,ante cibum,cum iſta unctione.* *Electuarium ad idem.*

Vnctio.

Recip.V*nguenti Agrippæ,unc.iij.unguenti Marcia= ton,Arragonis,unc.i.oleorum nardini, de ſcorpione,ana unc.ſem.* Miſ*ce, & fiat unguentum, quo ungatur uenter actu tepidè mane & ſero.* Et *ſi morbus prolongaretur, utatur ſequenti ſyrupo, ieiuno ſtomacho, lotones iiij. ſe= mel in ſeptimana.* *Vnctio ad idem.*

Syrupus largus, ſeu potus ultima- tim propinandus.

Recip.*Succi ireos,drac.x.ſucci raphani,drac.vi.ſol= danellæ,unc.i.*Bulliant *in ſ.q.aquæ:& addito ſyrupo de* *Syrupus ad idem.*

y.radicibus,

y. radicibus, lib. i. Fiat ſyrupus largus, & dentur unc. ij. pro uice, ieiuno ſtomacho.

Syrupus ad idẽ, Ioannis Vigonij.

Eandem ferè deſcriptionem reperies in Antidotario Ioannis Vigonij, fol. 244. *Solutiuum (inquit ille) hydropicorum facit ad herniam aquoſam, cuius talis eſt ordinatio.*

Recip. Solidaginis, drac. i. ſucci ireos, drac. x. ſucci raphani, drac. yi. ſyrupi de quinque radicibus, lib. i. Bulliant cum ſ. q. aquæ enduiæ, & fœniculi, & ſecundùm artem fiat ſyrupus longus, & doſis eius ſit unc. ij. uſque ad iij. & potẽtiſſimè educit aquam citrinam, & ſanat hydropicos.

Tympanites

DE TYMPANITE, CAP. L.

Definitio.

Definitio Galeni.

HYDROPS tympanites *eſt, in quo plus ſpiritus, & minus humoris inuenitur. Itaque ſi quis pulſet, uelut tympanum ſonum emittet, & edet. Idem de hac materia tractat in Cõmento ſuper* Aphor. 11. *libri* 4. Hippocratis, *&c.*

Bertrucij definitio.

Tympanites eſt morbus, qui accidit ex generatione aquæ paucæ, & uentoſitatis plurimæ in uentre naturali collectæ inter mirach, & ſyphac; & quandoq; inter ſyphac, & inteſtina. Eſt autem ſyphac panniculus neruoſus, ſolidus, continens inter ſe zirbum, ſtomachum, & hepar.

Syphac quid

Mirach quid

Mirach uerò dicitur pars uentris exterior, compoſita ex cute, pinguedine, & octo muſculis uentris; duobus quidem longitudinalibus, & duobus latitudinalibus, & quatuor tranſuerſalibus, procedens à furcula inferiori uſque ad ſum-

ad ſummum uentris: & incipit hæc tympanites à uitio ſtomachi, & terminatur ad uitium hepatis. Canon.

CAVSAE, ET SIGNA.

Cauſas, & ſigna require à Gordonio, Gilberto Anglico, Bertrucio, Auicenna, Galeno, & alijs, qui copioſe de his ſcribunt. Cura duplex

CVRA.

Tympanitem curandi intentiones ſunt duæ. Prima, uentoſitatũ reſolutio. Secunda, prohibitio recidiuæ. Ventoſitatũ reſolutio.

Prima intentio, uentoſitatum reſolutio.

Fomentum in tympanite, reſolſoluens uentoſitatem.

Recip. *Pulegij, calamenti, origani, baccarum lauri, & foliorum eius, aniſorum, fœniculi, carui, ana man. ſem. Contundantur craſſo modo, bulliant in ſ. q. aquæ, ad conſumptionem tertiæ partis: deinde accipiatur ſpongia, & infundatur, ac fortiter expreſſa, ponatur ſuper uentrem calida, & hoc fiat ter, uel quater: deinde exiccetur uenter cum panno calido, & aliqualiter fricetur, poſtea ungatur cum iſto oleo.* Fomentũ carminatiuum.

Recip. *Olei reſolutiui uentoſitatum, olei liliacei, ſpicati, ruthacei, ana unc. ſem. ſeminis fœniculi, carui, ameos, ana drac. 1. Contundātur craſſo modo, & bulliant in prædictis oleis, poſtea inungatur.* Oleum uẽtoſitatum reſolutiuum.

Emplaſtrum ad idem.

Recip. *Emplaſtri de baccis lauri, emplaſtri de meliloto, ana lib. ſem. Miſce, & extẽdatur ſuper peciam lineam craſſam, & uentri calidum applicetur. Aliquando autem remouetur uentoſitas, apponendo uentoſam magnam.* Ventoſatio.

Clyſtere ad idem.

Recip. *Decoctionis ſuperius ordinatæ pro fomentatione, unc.*

ne, unc.xy.in quibus diſſolue ſacchari rubei, unc.i. electuarij de baccis lauri, hieralogodij, hieræ picræ, ana unc. ſem. olei ruthacci, liliacei, ana unc.i.ſem. ſalis, drach.ij. Fiat enema.

Electuarium ad idem.

Electuarium ad idem.

Recip. *Diacimini, diagalangij, ana unc.i. de iſto electuario accipiat ad quantitatem caſtaneæ cum modico uini maluatici, mane.*

Prohibitio recidiuationis.

Prohibitio recidiuæ.

Prohibetur recidiua, ordinando debitum regimen, minorando materias, & aliquando digerendo, ac euacuando.

Gentilis in Conſilijs, & in cap. de ægritudinibus hepatis, cõſil. 7. inquit. In cura hypoſarchæ proceſſi euacuãdo, & purgando cum electuario facto in hunc modum, &c.

Electuarium ad tympanitem.

Recip. *Ariſtolochiæ longæ, & rotundæ, laccæ, ſquinanti, marrubij, ana drac.iij. ligni aloes, ſpicæ, ana drach.iiij. turbith drac.y. zinziberis, drac.i. agarici, drac.yiij. ſenæ, drach.ij. yreos, drach.iij. Conficiantur cum melle bono, & dentur ſecundum uirtutem cum aqua calida decoctionis ſparti, & ſaturegiæ, uel gladioli.*

Pilulæ ad idem expertæ.

Pilulæ de elacterio cũ gũmis pro tympaniticis.

Accipiatur frutex cucumeris aſinini tempore caniculorum dierum, & exiccetur ad ſolem, ſemper proijciendo aquam quæ ſupernatet, donec exiccetur: deinde reci. eiuſdem ſucci, unc.i. bdelij, drach.i. maſtyches, drac.ſem. ſalis gemmei, ſcrup.ij. Incoporētur ſimul; & cum uolueris dare, forma pilulas ad modum piperis, uel ciceris, ſeu fabæ, da in ſero eunti dormitum i. ſolam, & uidebis mirabilia. Confortetur hepar cum oleo nardino.

Idem Gentilis, Conſilio 9.

Vide cõſl. 9 Gentilis.

Nota de ſucco τῆς ἀργυσιλοώης, *in parato hydropiſi tympanite;*

tympanite; nam confert mirabiliter, dando cyathum i. mane. Expertum eſt in calore hepatis, & tinctura urinæ.

Potus ad tympaniten expertus.

Recip. Mellis deſpumati, unc. i. ireos, drac. ij. Coquantur bene, deinde adde pulueris ſoldanellæ herbæ; quã primus omnium inuenit Serapio, unc. i. Bibatur mane: & eſt mirabile experimentum. Potus ad idẽ

Syrupus digeſtiuus ad idem.

Recip. Syrupi de endiuia Gentilis, ſyrupi de cicorea, Nicolai, cum rhabarbaro, ſyrupi bizantini, ana unc. ſem. aquarum cichorij, abſynthij, lupulorum, ana unc. i. Miſce, fiat ſyrupus digeſtiuus. Syrupus digeſtiuus.

ADIECTITIAE MEDELAE.

Cura Doctoris Teophraſti Paracelſi.

Primò dedit illam purgationem.

Recip. Turbith, unc. i. zinziberis, unc. i. ſenæ, drac. iij. diagridij, drac. ij. maſtyches, aneſi, ana drac. ſem. electuarij de ſucco roſarum, electuarij Indi, ana drac. i. ſem. aloes hepatites, drach. ſem. Miſce: detur drach. i. pro uice: ſi æſtas inſtet, cum lacte caprino; ſin hyems ingruat, in brodio caſei. Cura Teophraſti. Purgatio.

Puluis, ſeu Tragæa ad idem, pro condimento.

Recip. Aniſi, fœniculi, cuſcutæ, ſquinanti, ana part. i. cinnamomi, partes ij. Fiat puluis. Poteſt autem addi ſpica, & piper. Tragæa ad idem.

DE HY-

DE HYPOSARCHA, CAP. LI.

Definitio.

Hypoſarcha Champerij definitio.

HYPOSARCHA prouenit de phlegmatico ſanguine ſuperfluo in toto corpore: cum quo conueniunt Auicenna, Iſahacus, Serapio, & Alexander.

Galeni definitio.

Galenus.

Anaſarca eſt morbus, in quo corpus totum intumeſcit, & humore obuoluitur, morbo affectis pudenda eriguntur; febreſq; accidunt.

Synonima.

Anaſarca, aliàs dicitur hypoſarcha, aliàs leucophlegmantia.

CAVSAE.

Cauſæ ex Gordonio.

Hypoſarcha eſt de cauſa frigida, ſanguis aquoſus, frigidus, phlegmaticus, cum uniuerſali tumore totius corporis; & primo, ac principaliter patitur hepar, molle eſt membrum, tumidum; & iſta ſpecies eſt minus mala inter omnes. Cauſas etiam recenſet Auicenna, Bertrucius, Gilbertus Anglicus, & alij multi.

SIGNA.

Signa ex Gordonio.

Signa hypoſarchæ ſunt, tumor uniuerſalis totius corporis, pulſus undoſus, egeſtio alba, ſanguinea; & ſi comprimatur caro cũ digito, dimittit poſt ſe cauernam, et uenter non eſt ita tumidus, ſicut in alijs ſpeciebus. De hac *materia uide etiam Gilbertum Anglicum, cap. proprio.*

CVRA.

DE hypoſarcha nihil prorſus conſtat apud Leonellum.

APPOSI-

APPOSITITIAE MEDELAE.

Regimen proprium in omni ſpecie hydropis, ſed hypoſarchæ, & leucophlegmātiæ potiſſimæ.

Primus detur ſyrupus hic digeſtiuus.

Recip. Succi aſphodelorum. Item mediani corticis ſambuci, & ebuli, ana trientem, ſeminum apij, aſparagi, radicum ruſci, ana drac. ij. Omnia contuſa bulliant in uino, cum parum aceti, ad conſumptionem medietatis: colatum edulcetur cum ſaccharo, q. ſ. & fiat ſyrupus arte. *Syrupus digeſtiuus.*

Ad purgandum detur talis potio.

Recip. Saxifragiæ, radicis fœniculi, endiuiæ, hermodactylorum, ana drach. ij. Fiat decoctio ſecundum artem in uino optimo, claro. Colaturæ cum ſaccharo dulcoratæ, recip. q. ſ. ad diſſoluendum, benedictæ laxatiuæ, diaphœnicici, ana drac. ij. uel i. ſem. caſſiæ extractæ, unc. ſem. Miſce, fiat hauſtus: reſiduum decocti bibat ægrotus loco lauatiui ſummo ſemper mane: uel bibat uinum decoctionis ſquinanti, cum polypodio, & ſucco fumariæ, cum ſaccharo miſcendo, & ſecundum artem decoquendo. *Potio ſolutiua.* *Decoctio.*

Prodeſt ijſdem aqua decocta diuretica, in hunc modum.

Recip. Radicis ireos, hyſſopi, ſeminum fœniculi, petroſelini, aneſi, liquiritiæ, paſſularum, zyziphorum, ana drac. iij. uel pluſculum. Decoquantur, cum parum mellis expumati miſcendo. *Decoctio diuretica.*

Item ualent iſtæ pilulæ permultum in hoc caſu.

Recip. Maſſæ pilularum almezereon, pilularum de rheobarbaro Rhazeis, pilularum de hiera ſimplici, ana ſcrup. i. Cum electuario Indo reformentur, & detur nocte. *Pilulæ ad idē*

Item

Item confortetur cum hac confe- ctione tabulari.

Cõfectio tabularis confortatiua. *Recip. Specierum dialaccæ, ſpecierum diacucumeris, uel diacurcumæ, ana drac. i. ſpecierum* Diarbodonis Abbatis*, drac. ij. ſpecierum aromatici roſati, diatriaſandali, ana drac. ſem. ſacchari taberzeth, unc. iiij. quo diſſoluto in aquis cuſcutæ, & cichorij, ana q. ſ. fiat confectio in tabulis, drac. iij. pro ſingulis.*

Cura alia experta. *His non conferentibus, ego hac ſubſequenti cura uſus, multis profui; dando primum trageam præparatoriam iſtam.*

Trageá præparatoria. Recip. *Pulueris hermodactylorum, turbith electi, ana drac. i. zinziberis, ſcrup. ij. diagridij, gran. yi. pulueris florum eſulæ, drac. ſem. zucchari, unc. i.* Ego *autem in adminiſtratione ſoleo dimittere zuccharum, & diſſoluere ipſum in aqua mellis, & exhibeo eiuſmodi puluerem à drac. ſem. uſq; ad ſcrup. ij. omni ſeptimana ſemel, & aliquando ſemel ſolum in menſe.* Tandem *exhibui de his catapotijs, uidelicet i. pro uice.*

Notio.

Pululs.

Catapotia ad idem. Recip. *Succi radicis iridis cœleſtis, euphorbij, ana ſcr. i.* Reformentur *pilulæ y. nume. detur i. omni triduo. ego tamen appono parum maſtyches, ſpicæ, amygdalæ dulcis pro maiori ſecuritate.* Et *ualet in hydrope curabili,* Deo *uolente.*

Trifaria Galeni ratio in curandis omnigenis ſpeciebus hydropis.

Regula Galeni, de arte curatina. *Curatio hydropis ad tres reducitur intentiones.*

1 Prima, *ut ſanemus durũ tumorem, qui in uiſcere eſt.*

2 Secũda, *ut ea apponamus, quæ humiditatẽ diſſoluunt.*

3 Tertia, *medicamenta, quæ urinam mouent, in potu demus.*

DE FLV-

DE FLVXV VENTRIS, CAP. LII.

Definitio.

ALVI *profluuium eſt malorum humorum, in corpore contentorum, per inteſtina excretio.* *Fluxus uentris quid?*

CAVSAE, ET SIGNA.

Cauſas, & ſigna pete à Gordonio, *Bertrucio, & alijs ſimilibus.*

Species fluxus uentris.

Sunt dyſenteria, lienteria, diarrhœa, & cœliacus morbus.

APHORISMI.

Aphoriſmi de fluxu omnium modorum, Hippocratici.

1 I*N profluuijs alui mutatiões excremẽtorum iuuant, niſi ad mala mutatio fiat. Aphor. 14. lib. 2.*

2 *Deiectiones nigræ, qualis eſt ſanguis niger, ſponte uenientes, ſiue cum febre, ſiue ſine febre, peſſimæ: & quanto colores magis praui fuerint plures, peius. Cum medicamento uerò, melius. Et quanto colores plures, nõ praui. Aphor. 21. lib. 4.*

3 *Morbis quibuslibet incipientibus ſi atra bilis, uel ſupra, uel infra exierit, læthale. Aphor. 22. lib. 4.*

4 *Quibuſcunq; ex morbis acutis, aut diuturnis, uel ex uulneribus, ſiue quouis alio modo extenuatis, nigra bilis, ſiue uti ſanguis niger deſubter exierit, poſtridie moriuntur. Aphor. 23. lib. 4.*

5 *Difficultas inteſtinorum (aliàs dyſenteria) ſi ab atra bile inceperit, læthalis eſt. Aphor. 24. lib. 4.*

6 *A difficultate inteſtinorum (aliàs dyſenteria) habito, ſi ueluti carunculæ exeant, læthale eſt. Aphor. 26. lib. 4.*

7 *Quibus bilioſæ deiectiones, ſuperueniente ſurditate, ceſſant, & quibus ſurditas ſuperuenientibus bilioſis deie-*

ctionibus, ceſſat. Aphor. 28 *.lib.* 4.

8 *Mulieri in utero habenti, tenaſmus innatus, abortiri facit.* Aphor. 51 *.lib.* 5.

9 *Mulieri in utero gerenti, ſi aluus plurimum profluat, periculum eſt ne abortiatur.* Aphor. 34 *.lib.* 5.

10 *In longis lienterijs, ſi ructus acidus fiat qui prius nõ erat, ſignum bonum.* Aphor. 1 *.lib.* 6.

11 *In longis difficultatibus inteſtinorũ, inediæ ex faſtidio malum, & cum febre peius.* Aphor. 2 *.lib.* 6.

12 *Trauli, aliàs* Balbi, *ab alui profluuio, aliàs* Dyarrhæa, *maxime capiuntur.* Aphor. 32 *.lib.* 6.

13 *Quicunque lienoſi à difficultate inteſtinorum capiuntur, bis ſuperueniente longa diſnia, aqua intercus, aut leuitas inteſtinorum aduenit, & moriuntur.* Aphor. 43 *.lib.* 6.

14 *Lienoſis difficultas inteſtinorum, aut dyſenteria ſuperueniens, bonum.* Aphor. 48 *.lib.* 6.

15 A *mania dyſenteria, uel hydrops, uel mentis alienatio, bonum.* Aphor. 5 *.lib.* 7.

16 A *cholerico ſeceſſu, aliàs à deiectiõe ſyncera, dyſenteria, malum.* Aphor. 24 *.lib.* 7.

17 *Qui alba pituita detinetur, ſi fortis uentris fluxus, uel diarrhæa ſuperuenerit à morbo liberatur.* Aphoriſ. 29 *.lib.* 7.

18 *Quibus in alui profluuijs excremẽta ſpumoſa ſunt, his ex capite pituita defluit.* Aphor. 30 *.lib.* 7.

19 *Vltra hanc ætatem aſthma, ideſt creber anhelitus, morbi laterales, pulmonis inflãmationes, lethargi, phrenitides, ardores, diuturna profluuia, choleræ, difficultates inteſtinorum, leuitates inteſtinorum, hæmorrhoides.* Aphor. 30 *.lib.* 3.

Canones

Canones de fluxibus.

1 *Primus, nullus creticus fluxus reſtringẽdus eſt, qui cõ ſert, quęcunq; natura bene tolerat. Quod ſi ſuperfluus fuerit, creticus etiam reſtringendus eſt, quia multoties natura inchoat ad bonum, & materia mota, aut propter multitudinem ſui, aut acuitatem, effrenitat, & nõ poteſt regi à natura.* *Canones obſeruandi in cura cuiuſcũq; fluxus.*

2 *Secundus, nullus fluxus reſtringẽdus, niſi materia pro maiori parte euacuata, uel minorata, quod uериſimile eſt, in termino viij. uel x. dierum uſq; ad xij. diem.*

3 *Tertius, fluxus diuerſorum colorum nunquam ſtringendus eſt, conſtante uirtute, quia ex hoc arguitur diuerſitas, & multitudo humorum à toto.*

4 *Quartus, infirmus non debet toties adire ſedem, quoties moleſtatur.*

5 *Nota in primis, antequam exhibeatur clyſtere, da ad bibendum illi in quo medicina effrenitauerit aquam calidam, unc. vi. uel viij. aut tantũdem aquæ hordei, cum ſaccharo rubeo.*

Intentio principalis fluxus uentris curæ talis eſt, uidelicet ſtypticare, & reſtringere fluxum, ubi materia, & cauſa fluxus eſt pro maiori parte euacuata, unde fiat tale clyſtere. *Intentio curandi fluxũ uentris.*

Recip. Foliorum roſarum, plantaginis, balauſtiorum, ſumachij, hypoquiſtidos, ana. m. ſ. ſeminis plantaginis, drac. i. bulliant omnia in. ſ. q. aquæ chalybeatæ, ad conſumptionem tertiæ partis, deinde coletur, & de colatura accipiãtur unc. xv. In quibus diſſolue, zucchari roſati antiqui unc. ſ. zucchari rubei unc. i. olei omphacini unc. iij. ſucci plantaginis unc. i. uitellum. i. oui, miſce, fiat enema, & calidum abſq; ſale tamen inijciatur. *Clyſtere reſtrictiuum.*

Aliud clyſtere ad idem.

Aliud ad idem.

Reci. Lactis ouini, ſi haberi poteſt, uel uaccini lib. ij. in quo extinguantur lapides igniti fluuiales bis, uel ter, deinde de tali lacte accipiatur lib. i. in qua diſſolue, boli armenij, terræ ſigillatæ, ſpodij, ana drac. i. ſubtiliter puluerizentur, & cum uitello oui, fiat enema.

Aliud ad idem.

Recip. Oryzæ mundæ excorticatæ, & torrefactæ partem. i. bulliat in ſ. q. aquæ chalybeatæ, cum folijs plantaginis, quouſq; oryza adeo coquatur, quod tota ſit facta per decoctionem, deinde accipiantur de colatura unc xij. uel xv. in quibus diſſolue, zucchari rubei unc. i. boli armenij, ſanguinis draconis, dragacanthi, gummi Arabici, ana drach. i. olei omphacini unc. iij. uitellum. i. oui, miſce, fiat enema.

Poteſt etiam fieri ad idem ſuppoſitorium tale.

Suppoſitoria ad idē.

Reci. Roſarum rubearum, ſpodij, balauſtiarum, corticum granatorum, myrtillorum, ana drac. ſ. litij. q. ſ. ad faciendum ſuppoſitorium.

Vel poſſumus etiā hoc modo facere loco ſuppoſitorij.

Alia ad idē.

Recip. Tentam bombicinam, ad quātitatem digiti minoris, deinde ipſam madefac in albumine oui, & poſtea inuolue in dicto puluere, & inijcias in anum, ac ſi eſſet ſuppoſitorium.

Ad idem electuarium.

Electuarium ad idem.

Recip. Sacchari roſati antiqui, diacydoniten cum zuccharo ſine ſpeciebus, ana dra. i. boli armenij, ſanguinis draconis, coriandrorum præparatorū, oſsium dactylorū, ana drac. ſ. puluerizētur omnia ſubtiliter, & cū ſyrupo myrthino fiat electuarium, de quo ieiuno ſtomacho ante cibū

per

per horam aſſumat continuo, ad quãtitatem caſtaneæ magnæ. Ad idem ualet electuarium de pulpis ſorborum Meſue, & electuarium de pulpis cydoniorum. *Electuaria ad idem.*

Iulep ad idem.

Reci. *Iulepi roſati, myrthini, ana unc. iij. pulueris boli armenij, ſanguinis draconis, dragacãthi, coriandrorũ præparatorum, ana drac. ſ. miſce puluerem cum alijs, & ante cibum per horam exhibeantur duo cochlearia calida.* *Iulep ad idẽ*

Puluis expertus ad idem.

Reci. *Panis infuſi in. ſ. q. aceti. decoquãtur, deinde extrahatur, & exiccetur ſuper prunas, poſtea torrefac, & torrefactus puluerizetur ſubtiliter, & exhibeatur cũ uino rubeo, ſtyptico, cochlear unum.* *Puluis ad idem expertus.*

Aliud ad idem, ualens à proprietate, & eſt laudatum ab omnibus.

Recip. *Caſei ouini ueteris, & exiccati, quãtum uis, & ipſum ſcinde in fruſta parua, poſtea aliqualiter bulliat in aqua, ut ſal, et nitroſitas remoueatur, & in tali aqua poſtquam bullierit, pluribus uicibus lauetur, donec fiat totaliter dulcis, & quouſq; remoueatur totum ſal, deinde exiccetur, & puluerizetur ſubtiliter: & de tali puluere exhibeatur drac. i. ſ. cum uino rubeo, ſtyptico.* *Puluis alius æquiualens.*

Confectio ad idem.

Reci. *Spodij, roſarum rubearum, coriandri præparati, dragacanthi, gummi Arabici, ana drach. i. pulcerizentur ſubtiliter cum zucc haro taberzeth, & aqua plantaginis, fiat confectio ſolida in rotulis: quorũ quilibet ſit drac. iij. & exhibeatur rotulus unus, ante cibum.*

Aliud ad idem, ualens à proprietate.

Reci. *Coagulum leporis, uel hædi, ita, ſcilicet exhibendo, quod detur drach. i. & diſſoluatur in unc. i. ſucci,* *Aliud ad idem.*

X 3 *uel*

uel aquæ plantaginis.

Aliud.

Aliud ad idem. *Rec. Lactis ouini, in quo ſæpius lapides igniti extincti ſint, unc. ij. in quibus diſſolue, pulueris boli armenij dra. i.*

Pilulæ ad idem.

Puluis, & pilulæ. Recip. *Trochiſcorum de terra ſigillata, trochiſcorum de ſpodio Meſuei, ana drac. i. puluerizentur ſubtiliter: & pulueris detur drac. i. cum uino ſtyptico: uel fiant ex puluere pilulæ, cum ſucco plantaginis, & exhibeatur drac. i. uel. i. ſ. Ad idem ualet drac. ſ. uel ſcrup. ij. pilularum ſtypticarum Nicolai.*

Opiata. Cautela. *Quando autem horum nulla contulerint, ueniēdum eſt ad opiata, conſtante tamen uirtute, & cum cautela.*

Pilulæ opiatæ.

Pilulæ opiatæ. *Reci. Pilularum de cynogloſſa ſcru. i. & gra. iiij. fiant pilulæ. iij. & exhibeatur. i. quando uadit dormitum.*

Emplaſtrum ad idem. *Ad idem ualet emplaſtrum, ordinatum inferius, ſcilicet de triphera, & micleta.*

Item theriaca noua plurimum laudatur.

Lotio exterius applicata ad idem.

Lotio ad idē *Reci. Foliorum ſorbarum, foliorum meſpilorum, roſarum rubearum, plantaginis, balauſtiarū, corticum granatorum, ſumachij, hypoquiſtidos, ana. q. v. contundantur omnia ſimul, & in. ſ q. aceti bulliāt, deinde lauētur pedes, non aſcendendo ultra genua. Imo lauando tantūmodo ſupra clauiculas, & fiat iſta lotio ante cibum.*

Fomentum. *Et ex eiſdem rebus poteſt, fieri fomentatio ad uentrē.*

Et factaq; fomentatione, fiat talis inunctio circa totum uentrem, quæ ſequitur.

Vnctio ad idem. *Recip. Olei roſati, omphacini, myrthini, cydonitis, ana unc. ij. dragacanthi, gummi Arabici, ſpodij, coriandrorum*

prepar.

præparatorum, cornu cerui uſti, ana drac. i. pulueriżetur ſubtiliter, & cum modico ceræ fiat unctio.

Alia Meſuei.

Recip. Olei roſati antiqui, calefacti, & eo inungatur totus uenter.

Deinde aſpergatur puluis ſequens.

Recip. Maſtyches, roſarum rubearum, antheræ, gallarum, ana drach. i. galliæ moſchatæ drach. ſ. puluerizentur omnia, & fiat, &c. *Puluis ad idem.*

Emplaſtrum ad idem.

Reci. Balauſtiarum, corticum granatorũ, myrtillorũ, ſumachij, cupularũ glandium, boli armenij, ſanguinis draconis, ana drac. i. ſ. ſpodij, roſarũ rubearũ, ſandali rubei, ana ſcru. ij. puluerizentur omnia ſubtiliter, deinde.

Reci. Succi cydoniorum, plantaginis, ana lib. ſ. bulliant parum, & addatur puluis, & ſimul bulliant, quouſq; fiat emplaſtrum, quod ſuper peciam craſſam uentri apponatur calidum.

Aliud.

Reci. Poma cydoniorũ iij. uel iiij mundentur à cortice ſuperiori, & granis interiorib. & à parte dura. Deinde. *Aliud ad idem.*

Reci. Foliorum plantaginis, roſarum rubearum, hypoquiſtidos, ſorbarum, meſpilorum, ana. m. ſ. herbæ contundantur parum, & ſimul cum cydonijs bulliant in uino nigro, ſtyptico, cum quarta parte aceti, uſq; ad perfectam decoctionẽ, deinde omnia piſtentur bene in mortario: quibus adde farinæ lentium excorticatarum unc. iiij. & cum dicta decoctione, & oleo myrthino, & omphacino. q. ſ. ad impinguandum, fiat, &c.

Aliud ad idem.

Ad idem ualet emplaſtrum diaphœnicon Meſuei, in ſuo *Emplaſtrum diaphœnicõ*

Antidotario : quod maxime ualet in dyſenteria : & iſto emplaſtro utuntur medici, & aromatarij in fluxu uētris, in materia calida cholerica.

ADDITIONES PROPRIAE.

Potus in fluxu uentris.

Potus reſtrictiuus. R*Ecip. Seminis arnogloſſæ, boli armenij, coralliorum rubeorum, ana drach. i. redigantur in puluerem, & detur drach. i. ex eo, cum ſucco arnogloſſæ.*

Alius.

Alius ad idem. Recip. *Burſæ paſtoris, plantaginis, boli armenij, ana q. v. decoquantur in aqua pluuiali, uel piraceo. q. ſ. de quo bibat patiens, donec ceſſet fluxus.*

Cataplaſma ad idem.

Cataplaſmentur inteſtina cum hoc emplaſtro.

Recip. *Melleſolij, coronopodis, burſæ paſtoralis, arnogloſſæ, foliorum quercinorum, menthæ, roſarum, ana. m. i. uel. ſ. contundantur, & cum albumine ouorum miſceantur, & fiat emplaſtrum.*

DE FLVXV SANGVINIS À TOTO CRETICO, CAP. LIII.

CVRA.

FLVXVS *ſanguinis à toto creticus, proueniens à materia, uel ſymptomatibus, qui ſi proportionetur repletioni, & uirtuti, toleretur; quia confert, & bene fertur, iuxta Aphoriſmū. 2. li. 1.*
Aphoriſmus Hippocra. *In purgationibus uentris, & uomitibus ſpontinis, &c.*

Superfluus fluxus. *Superfluus aūt fluxus cōſtringatur omni mō, diuertēdo cū phlebotomia diuerſiua uenæ cōmunis, uel hepaticæ.*

Si uerò

Si uerò ſanguis acuitate ſua etiam peccat propter admiſsionem choleræ,& non ſolum ſui multitudine; euacuetur primò cholera cum euacuantibus aliquid ſtypticitatis habentibus, deinde ſtringatur ſanguis. Fluxus acutus.

Minoratiuum itaq; fiat tale.

Recip. *Florum boraginis, bugloſſæ, roſarum rubearum, ana man. ſem. corticum myrobalanorum citrinorum, drac. ij. Bulliant in ſ. q. aquæ plantaginis, ad conſumptionem medietatis: & colaturæ accipiatur q. ſ. ad diſſoluendum, rhæobarbarici optimi electi, ſcrup. iiij. Miſce, fiat potus.* Potus minoratiuus.

Aliud magis appropriatum.

Recip. *Succi plantaginis, facta reſidentia, drac. ij. ſem. (aliàs unc. ij. ſem.) rhæobarbarici electi, drac. i. Puluerizetur rhæobarbarum, miſce, & exhibeatur.* Aliud ad idē

Inquit enim Meſueus, cap. proprio, quòd rhæobarbarū cum ſucco plantaginis habet proprietatem euacuandi choleram, & ſiſtit fluxum ſanguinis, à quocunq; loco ueniat: facta itaq; euacuatione choleræ, ſtringatur ſanguis, ipſum incraſſando, & prohibendo ne fluat ad inteſtina, & ne fiat generatio choleræ nouæ. Meſueus. Rhæobarbarum. Sāguinis reſtrictio.

Vnde fiat iſte potus.

Recip. *Aquæ plantaginis, unc. iij. trochiſcorum de terra ſigillata puluerizatorum ſubtiliter, drac. i. ſyrupi roſati, unc. ſem. Miſce.* Potus ad idē

Alius ad idem.

Recip. *Sanguinis draconis, boli armenij, ſpodij, coriandrorum præparatorum, oſsium dactylorum, ana ſcrup. ij. Fiat puluis ſubtilis; de quo drac. i. diſſoluatur in aqua plātaginis cum ſyrupi myrthini, unc. ſem. & exhibeatur. Iſte enim potus conuenit omni fluxui ſanguinis cholerici, menſtruorum, uel à naribus, ſiue à quocunque loco.* Potus reſtrictiuus.

Si autem

Opiata ad idem. *Si autem horum nullum ſuffecerit, detur drac.i.trochiſcorum de terra ſigillata, cum opio, & diſſoluatur in ſucco plantaginis, ut dictum eſt.*

Pilulæ ad idem.

Pilulæ de cynogloſſa. Recip. *Pilularum de cynogloſſa, cum aqua plantaginis, ut ſupra dictum eſt.*

Ad extra ſupra uenam chylis applicetur linimentum hoc.

Linimentum ad idem. Recip. V*nguenti ſandalini, unc.ſem.boli armenij, lapidis hæmatitis, ſanguinis draconis, ana drac.i.* Puluerizen*tur, & cum oleo myrthino fiat linimentum, miſcendo ſimul, & apponatur (aliàs non apponatur) cæra, & inungatur regio hepatis, & dorſum, ſupra uenam chylis.*

Ad idem epithema.

Ad idē epithema. Recip. *Aquæ plantaginis, roſarum, acetoſæ, ana drac. y.(aliàs unc.y.) ſandalorum alborum, & rubeorum, ana drac i. ſpodij, ſcrup.ij. camphoræ, gra. iij.* Pulueriz*entur, & cum aqua ſanguinariæ miſcendo fiat epithema: cui adde, aceti unc.i.ſem.*

Fluxus ſanguinis à pituita. *Si autem contingat fluxus ſanguinis propter aquoſitatem miſtam ſanguini, euacuetur phlegma aquoſum, miſtum cum hac medicina.*

Potus ſolutiuus phlegmatici fluxus. Recip. M*yrobalanorum, kebularum, unc.ſem. (aliàs.i. ſem.) florum boraginis, bugloſſæ, foliorum cupreſſi, ana man.ſem.*Bulli*ant in ſ.q.aquæ, ad cōſumptionem medietatis: & colaturæ accipiat q. ſ. ad diſſoluendum, turbith boni, electi, & gummoſi, drac.i.ſem.* Mi*ſce, fiat potus dulcoratus cum modico ſyrupi de mentha: & debet dari in*

Turbith. Canon. *hoc caſu turbith abſq; zinzibere, & ſale gemma; quia ſine correctiuo ſolum euacuat phlegma ſubtile: cum zinzibere autem, utrunq;, ſubtile, & craſſum: poſtea uerò conſtringatur*

ſtringatur ſanguis ille cum ſucco plantaginis, menthæ, & trochiſchis prædictis. *Cura ſanguinis reſtrictiua.*

ANNEXA PHARMACA.

Iu fluxu uentris curatiuo, & ſymptomatico, experimenta propria. *Experimẽta*

Detur patienti potandum brodium de gelatina ualde glutinoſa, inuiſcata cum tragacantho, gummi arabico, litio, acacia, & ueſica piſcis Antacæi. *Gelatina.*

Item, poſt comedat panem induratum, frixum cum ſepo caſtratino, & ſtatim compeſcetur fluxus. *Panis frixus*

Puluis reſtrictiuus.

Si fluxus eſt impotens multum, immiſceatur puluis iſte prædictæ gelatinæ.

Recip. *Pulueris ſumachij, ſcrup. i. antheræ, gallarum, nucularum cupreſſi, olibani, ana ſcrup. ij. pulueris ranarum uiridium cinefactarum, drac. i.* Miſce. *Doſis eius ſit, drach. i. pro uice.*

In forma potabili.

Item, bibat omphacium, ſiue myrthidanum, in quo cera ſit liquefacta, & dicto citius ſiſtetur fluor inteſtinalis. *Potus ad idẽ*

Miſtura reſtrictiua.

Recip. *Diacydoniten ſimplicis, unc. ij. conſeruæ roſarum ueteris, unc. i. ſem. coralliorum rubeorum, ſcrup. iiij. trochiſcorum de karabe, trochiſcorum de terra ſigillata, ana ſcrup. ij. ſpodij, lapidis hæmatitis, ana ſcrup. ſem. cum miua cydoniorum, fiat miſtura.* *Miſtura reſtrictiua.*

Tragæa conſtrictiua.

Recip. *Specierum diacameron, ſcrup. iiij. boli armenij, drach. ſem. maſtyches, raſuræ eboris, coralliorum rubeorum, ana ſcrup. i. zucchari, unc. iij.* Miſce, *fiat tragea.* *Tragæa cõſtrictiua.*

DE FLV-

Fluxus cerebralis, uel catarrhalis.

DE FLVXV CEREBRALI, VEL CATARRHALI,

CAP. LIIII.

Intentiones curandi.

INTENTIONES hunc fluxum curandi ſunt, minoratio, digeſtio, euacuatio, diuerſio, confortatio, ſiſtio catarrhi, &c.

Cauſa frigida fluxus.

Pilulæ minoratiuæ.

Ad fluxum catarrhalem, à materia frigida prouenientem, minoratiuum medicamen.

Recip. Pilularum de hiera ſimplici, agarici trochiſcati, corticum myrobalanorum, kebularum, & Indarum, ana ſcrup. i. Reformentur pilulæ, numc. y. cum ſyrupo de ſtæchade (aliàs cum ſyrupo de ij. radicibus) & exhibeantur ſero, poſt cœnam per duas horas.

Aliud ad idem, ubi materia eſſet multa.

Aliud ad idē

Recip. Pilularum cochiarum, pilularum de hiera compoſita Nicolai, corticum myrobalanorum, kebularum, ana ſcrup. i. Fiant pilulæ, num. y. cum ſyrupo ſtæchadite.

Digeſtiuum in eadem materia.

Digeſtiuum ad idem.

Recip. Syrupi ſtæchaditis, mellis roſati colati, ana unc. ſem. (aliàs yi. drac.) corticum thuris, maſtyches, foliorum, & nucum cupreſſi, ana drac. i. Contundantur, & bulliant in lib. i. aquæ chalibeatæ, ad cōſumptionem tertiæ partis: & colaturæ accipiantur unc. iij. in quibus diſſolue ſyrupum immediatè præſcriptum: facta digeſtione, detur euacuatiuum præſcriptum ſupra, aucta tamen doſi.

Catarrhus calidus.

Si uerò catarrhus eſſet calidus, aut compoſitus ex calido, & frigido, dentur pro minoratiuo hæ pilulæ.

Pilulæ minoratiuæ.

Recip. Pilularum de hiera ſimplici, aurearum Nicolai, rhæobarbari electi, ana ſcru. i. corticum myrobalanorum citrinorum,

citrinorum,ſcrup.ſem. Pulverizentur,& cum ſyrupo roſarum formentur pilulæ,num.v.uel vij.& dentur.

Ad idem in calido ſubtili.

Recip. Pilularum azayreth,aurearum Nicolai,boli armenij,ana ſcrup.i. Fiant pilulæ,num.v.cum ſyrupo myrtheo,& dentur. *Pilulæ ad idẽ*

Digeſtiuum ad idem.

Recip. Syrupi roſarum, unc.i.ſyrupi myrthini,unc.ſ. aquæ plantaginis,unc.ij.aquæ roſarū,unc.i.Miſce,& exhibeatur medicina eradicatiua cū minoratiua, aucta doſi. *Eradicatio.*

Diuerſio.

Diuertatur materia catarrhalis cum fricationibus,uentoſitatibus,ligaturis,balneis circa extrema, de quibus ſupra,cū caputpurgijs,maſticationibus,gargarizationibus. *Maſticatoria.*

Attamen in hoc caſu cum maſticatorijs,& ſimiliter cū gargariſmis non debet fieri diuerſio, quia traherent materiam ad ſtomachum,& ad inteſtina,ſed cum caputpurgijs diuerſionem facere eſt conuenientius. *Canon. Caputpurgia.*

Confortatio cerebri.

Pro confortatione cerebri,ne generet materiam aptā fluxui,in catarrho calido,fiat ſacculus talis.

Recip. Roſarum rubearum, radicum nenupharis exiccatarum,myrthillorum,ſumachij,ana man.i. Contundantur,& pulverizentur craſſo modo,& calefactis ſuper tegulam calidam,in ſacculo lineo, & talis calidus ponatur ſuper commiſſuram coronalem. *Cerebri confortatio, in cā calida. Sacculus cō fortatiuus cerebri.*

Poteſt etiam fieri talis puluis,uel ſuffuſ, ad idem.

Puluis capitalis.

Reci. Roſarum rubearum,myrthillorum,ſandali rubei, corallij rubei,ſandarachæ,ſtæchadis arabicæ, ana drach. ſem.

ſem. Fiat puluis ſubtilis, qui etiam applicetur commiſſuræ coronali.

Confortatio cerebri in cã frigida. In catarrho autem frigido, ſeu à cauſa frigida, confortetur cerebrum cum ſequenti ſacculo.

Sacculus cõfortatiuus. Recip. Maioranæ, ſtæchadis arabicæ, foliorum cupreſſi, camomillæ, ana man. ſem. Contundantur craſſo modo, &c. & fiat ut ſupra.

Ad idem electuarium in frigido.

Electuarium ad idẽ, in cã frigida. Recip. Diamoſchi dulcis, diacori, conſeruæ ſaluiæ, ana unc. ſem. Miſce, fiat electuarium: de quo teneat in ore quãdo uadit dormitum, ad quantitatem caſtaneæ.

In cauſa calida exhibeatur hoc per os.

Cura cauſæ calidæ. Patiens teneat in ore ſaccharum roſatum, in cauſa calida, pondere unc. i. uel tantundem diacodij, boli armenij, ana drac. i. Miſce, fiat electuarium cum ſyrupo roſarum, & teneat in ore.

Siſtio catarrhi.

Electuarium reſtrictiuum 1 In catarrho frigido ualet ſpica retenta in ore.

2 Item, grana thuris, uel maſtyches deglutita.

Item fiat electuarium.

Electuarium reſtrictiuum Recip. Conſeruæ roriſmarini, Mithridatici optimi, ana drac. ii. ſpicæ, corticum thuris, ana ſcrup. i. Puluerizetur, & cum ſyrupo ſtæchadite fiat electuarium: de quo ſumat ad quantitatem auellanæ pro uice.

Mundificatio ſtomachi, & inteſtinorum.

Vomitus. Stomachi mundificatio fit cum uomitu leni, & forti, ſecundùm exigentiam materiæ peccantis, & ſecundùm tolerantiam uirtutis patientis, quantitatem materiæ, & diſpoſitionem ſtomachi.

Clyſteria. Inteſtinorum autem fiat mundificatio cum clyſteribus, non tamen fortibus, ne augmentetur fluxus, ſed cũ confor

tantibus inteſtina, & leniter educētibus, de quibus ſupra.

Confortatio ſtomachi, & inteſtinorum.

Stomachus confortetur cum dictis ſuperius, ita tamen quòd plus ſtypticitatis habeant, quàm in debilitate ſtomachi abſolutè.

Inteſtina autem confortentur cū unctione facta ex oleo maſtychino, roſaceo, & alijs, quæ dicentur in fluxu inteſtinali. *Vide retrò de fluxu inteſtinali.*

ADDITAMENTA PROPRIA.

Recip. Aquarum plantaginis, acetoſæ, tormentillæ, uerbaſci, ana quartale ſem. Miſce; extinguatur in eis chalybs ignitus, & diſſoluatur in quolibet hauſtu drac. i. uel ſolum ſcrup. ij. Athanaſiæ, ſeu Micletæ. *Potus reſtrictiuus.*

Decoctio ad idem conſtrictiua.

Recip. Malicorij, cicidum, gallæ omphacitidis, acinorum uueorum, ſorbarum, ſumachij, meſpilorum, mororum immaturorum, balauſtiorum, pſidiæ, myrthillorum, nucularum cypariſsi, acaciæ, licij, caudæ equinæ, fructuum cynoſbati, ana unc. i. uel drac. i. Bulliant in ſ. q. aquæ plantaginis, foliorum querceorum, ſecundùm artem, & dulcoretur cum rob oxyacanthe de agreſta, ribes, miua cydonite, aut ſyrupo de albelach, q. ſ. & fiat iulep. *Decoctū, uel iulep reſtrictiuum.*

Item ualet ad idem inſeſſus in decocto rerum prædictarum, per modum ſemicupij. *Inſeſſus.*

Item, dentur de ſero triferæ magnæ, drach. ij. in uino decoctionis, maſtyches aſſati; & mirabiliter ſtringit eiuſmodi fluxum. *Trifera.*

Aliud expertum.

Recip. Cotoneum malum, num. i. Teratur, & diſtempetur cum aqua diſſolutionis camphoræ, addendo albumen oui, & tranſglutiatur: ualet indubiè. *Aliud expertum.*

DE LIENTERIA, CAP. LV.

Definitio.

Galeni definitio.

LIENTERIA eſt paſsio cum dolore inteſtinorum, ueluti per quaſdam cicatrices, & tubera: fit in partibus exulceratis, quæ condenſantur, extenuanturq́; & minus dolorem ſentiunt. Neceſſe eſt enim ante concoctionem, quos aſſumpſeris cibos immiſtos, & nondum concretos, ſed quales uoraueris raptim excretione deijci.

Alia Gordonij definitio.

Gordonij definitio.

Lienteria eſt fluxus uentris, in quo comeſta, & bibita egerũtur in eiſdem qualitatibus, in quibus intromiſſa ſunt, hoc eſt, non chylata, propter debilitatem contentiuæ ſtomachi, & inteſtinorum ſuperiorum, & ulcera eorundem.

CAVSAE, ET SIGNA.

CAuſas, & ſigna pete à Gordonio, Gilberto Anglico, Bertrucio, & alijs, &c.

CVRA.

CVra lienteriæ à phlegmate uiſcoſo in ſtomacho. Primò, digeratur cum ſequenti ſyrupo.

Syrupus digeſtiuus.

Recip. Syrupi acetoſi, uel oxymellis compoſiti, unc. i. mellis roſati colati, unc. ſem. aquarum fœniculi, meliſſæ, abſynthij, ana unc. i. Miſce, & exhibeatur.

Oxymel.

Vel, ſi fortius abſtergere uolumus, loco oxymellitis cõpoſiti, ponatur oxymel ſcylliticum, æqua doſi.

Facta digeſtione, euacuetur materia cum euacuantibus phlegma à ſtomacho, non trahentibus à remotis, ut.

Euacuatiuæ pilulæ.

Recip. Pilularum aloephanginarum drach. i. fiant pilulæ quinque.

Item

Item ualent pilulæ ſtomachicæ Meſuei.

Aliæ.

Vbi autem materia fluat à membris remotis, & à capite ad ſtomachũ, dentur medicinæ trahentes à capite, & remotis. Sic exempli gratia procedendum erit.

Recip. Electuarij Eleſcoph in confectione, unc. ſem. & exhibeatur.

Electuarium ſolutiuum.

Deinde fiat diuerſio per brachia, cum fricationibus, & ligaturis.

Diuerſio.

Poſtea confortetur ſtomachus, ne recipiat materiam, cum appropriatis intus, & extra.

Cõfortatio.

Succurratur accidentibus ſecundum capita propria.

Accidentiũ correctio.

Inquit Cõſiliator Co. 13. aliàs. 22. de lenitate ſtomachi, ſiue lubricitate, ſiue lienteria, authoritate Humayn.

Conſiliator Humayn.

Caue in ægritudinibus ſtomachi, ne prætermittas mentham, quoniam ipſa mentha membrum ſtomachum confortat multũ, & proprie Hortulana confert ſtomacho, plus cæteris herbis: caſtorium, cæteris carnibus: Maſtyx, cæteris gummis: Galanga, plus aromatibus omnibus. Et enula magis radicibus ſingulis: & cappares conditi, plus omnibus floribus.

Mentha ualet in lienteria.
Caſtorium.
Maſtyx.
Galanga.

Et ex compoſitis omnibus, eſt miua aromatica plus cõueniẽs, ſyrupus de mentha, diaolibanum, diacydonite cum maſtyche, & ſimilia.

Enula.
Cappares conditi.
Miua aromatica.

Electuarium noſtrum aloephanginũ, boni ſaporis, quod fit tempore æſtatis.

Compoſita ad idem.

Zinziber quoq; conditum, retinet enim fluxũ ex indigeſtione, & lubricitate ſtomachi cauſatum.

Aloephanginum electuarium.

ADIECTITIAE MEDELAE.

IN fluxu uentris cibali, ſeu non chylato, ualet ſequens decoctum.

Recip. Seminis baſilici drach. i. acaciæ ſcrup. ij. pul-

Potus.

uerizentur, & dentur cũ aqua pluuiali. q. ſ. uel cum aqua, acetoſæ.

Miſtura ad idem.

Miſtura. Reci. *Conditi de berberis, de ribes, de cynobatis, ana unc. ſ. ſacchari roſati antiquiſsimi, diacydoniten de ſtruteis parati, ana drach. vi.*

Cum ſucco, uel ſyrupo de granatis acidis, & ſucco prunellorum, fiat miſtura. Doſis *heracleoticæ nucis quantitas pro uice.*

Potus ad idem.

Potio. *Item puluis coriandri, cum aqua plantaginis potatus, prædictum fluxum lientericum indubitanter cõpeſcit.*

Clyſteria. *Dolore uerò nimis exacerbeſcẽte, fiat clyſterizatio cũ lauacris coronidalibus, cap. de dyſenteria ſubnexis.*

DE DYSENTERIA, CAP. LVI.

Definitio.

Dyſenteria. Definitio Galeni. DYSENTERIA *eſt inteſtinorum exulceratio, cum inflãmatione, & excretione ſanguinolentorum, fœculentorumq́; uentrẽ, & inteſtina dolor exercet, frequens deſidendi uoluptas eſt.*

Galenus. *De eadem illa materia uide apud Gal. in lib. 2. de medendi methodo. Idem lib. iij. de Symptomatum cauſis. Item apud eundem lib. vi. cap. ij. de locis affectis, &c.*

Champerius.

Dyſenteria eſt tormen, & inteſtinorum exulceratio.

Gordonij definitio.

Gordonius. *Dyſenteria eſt fluxus ſanguineus, cum excoriatione, exulceratione q́; inteſtinorum.*

CAVSAE,

CAVSAE, ET SIGNA.

Cauſas, & ſigna pete à Gal. lib. v. cap. ultimo, de locis affectis. Item lege Gordonium, cap. te proprio.

Fluxum differentiæ.

1 *Hepaticus, eſt cũ ſanguine congelato, recenti & pauco, cum excrementis, & nonnunquam ſine excremẽtis.*

2 *Dyſentericus, eſt cum ſanguis per ſtercoris ſubſtantiam eſt permiſtus.*

3 *Hemorrhoicus, eſt cum ſanguis ante, & poſt egeſtionem emittitur. Sequitur enim, uel præcedit immediate egeſtionem, & non eſt permiſtus ſtercoribus.*

Rhæobarbaro uſto multi utuntur, ſed male, nam uirtus eius conſumitur, & terreſtreitas manet. Potius adde ſtyptica, & acatiam, cortices aranciarum, &c.

CVRA.

Quia ſæpius materia faciens dyſenteriam, eſt cholerica acuta, ideo primo ponetur cura. *Cura dyſenteriæ cholericæ.*

Pro prima igitur intentione, minoretur hoc modo.

Reci. Florum boraginis, bugloſſæ, roſarum rubearum. ana m. ſ. corticum myrobalanorum citrinorum, nõ uſtorũ à principio unc. ſ. ſeminis plantaginis, endiuiæ, ana dra. i. fiat decoctio in ſ. q. aquæ plantaginis, ſecundum artem. De qua accipiatur q. ſ. ad diſſoluendum, micletæ drach. ij. rhæobarbari electi drac. i. ſ. *Prima intẽtio.* *Potus minoratiuus.*

Sit autem rhæobarbarũ non uſtum à principio, & ſubtiliter pulverizetur, ſine correctione, & cum dictis miſce, fiat potus dulcoratus, cum unc. ſ. miuæ cydoniorum.

Et in hoc caſu eſt aduertendum, quod quãdo fluxus eſt in principio, euacuando materiam, debemus habere intẽtionem ſemper aliqualiter ad reſtringendum, non tamen multum. *Canon.*

Semper in dyſenteria medicinæ cō ſtrictiuæ sūt cū alijs dandæ.

Ideo dentur iſtæ medicinæ, quæ habent uirtutem ſoluendi, cum aliquali tamē ſtypticitate, & abſq; aduſtione. Nec materia in tantum conſtringatur, & incineretur, ut non poßit euacuari.

Lenitiua.

Item quando exhibentur tales medicinæ, oportet eas habere uirtutem ſtypticam. Vnde caſia, manna, & ſimiles lenientes non conueniunt, quantumcunq; leues ſint. Quia ſic cum ipſis procedēdo, quādo uelimus ſtringere fluxum potius euacuamus. Ne uerificetur prouerbium illud. Conſilium bonum poſt conſummationem litis.

Medicina ſolutiua pro pauperibus.

Potus ſolutiuus pro pauperibus.

Recip. *Decoctionis immediate præſcriptæ. q. ſ. ad diſſoluendum, micletæ unc. iij. ſ. (aliàs drac. iij. & ſ.) corticū myrobalanorum citrinorum, ſubtiliter peluerizatorum, drach. ij. miſce, & fiat potus dulcoratus, cum unc. ſ. miuæ cydoniorum, uel ſyruporum, &c.*

Digeſtiuum ad idem.

Reci. *Syrupi myrthini, miuæ cydoniorū, ſyrupi roſati, aquæ plantaginis, endiuiæ, ana unc. i. ſ. miſce.*

Mundificatio.

Pro intentione ſecunda, quæ mundificat inteſtina, ab cholera ibidem exiſtente, & ulceratione exæquanda, fiat tale clyſtere mundificatiuum, & confortatiuum inteſtinorum.

Enema mundificatiuū.

Recip. *Aquæ hordei aliqualiter torrefacti unc. xv. in quibus diſſolue, zucchari rubei unc. i. ſ. olei roſati unc. iij. uitellum. i. oui, miſce, fiat enema.*

Canon.

Et ſi hoc tempore contingeret uehemens dolor in inteſtinis, propter excoriationem, à cholera illa acuta prouenientē, tunc fiat clyſtere lauatiuū, & mitigatiuū doloris, & inteſtinorum confortatiuum, quod eſt tale.

Clyſtere la=

Reci. *Aquæ hordei cōditionati ut ſupra unc. xv. zucchari*

chari rubei unc.i.ſ. adipis renũ capræ unc.ij. olei roſati unc.iij.uitellum i.oui,miſce,& fiat clyſtere lauatiuũ, *uatiuum, & mitigatiuũ.*

Stante adhuc dolore,fiat talis inunctio.

Reci.Olei roſati,myrthini,ana unc.i.miſce,& ex his calide inungatur uenter. *Vnctio anodyna.*

Deinde facta digeſtione aliquali, fiat eradicatio cum medicinis ſupraſcriptis,ita tamen, quod addatur in doſi, ſtante decoctione (aliàs diſpoſitione) ſuperius dictæ appo namus rhæobarbarum doſi, quàm prius, ut puta damus rhæobarbarum doſi drac.ij.uel ij.ſ. ita quod parũ uſtum & torrefactum detur. Eradicatio.

Et pro pauperib.damus de corticæ myrobalanorũ citri norũ torrefactorũ drach.ij.ſ.& ſubtiliter puluerizetur.

Et ſi materia faciens dyſenteriam, eſſet materia ſalſa, phlegmatica,tunc loco myrobalanorum citriorum pone kebulos. Et ſint cortices myrobalanorum kebulorum in principio non uſti. Et dentur in eadem doſi,in qua dabã tur myrobalani citrini,in materia cholerica. *Dyſenteria phlegmatica.*

Et in decoctione ſimiliter,& etiam in ſolutione poſita eradicatiua augeatur doſis. *Canon.*

Vbi autẽ materia faciens dyſenteriã,eſſet materia me lancholica,aduſta,exhibeãtur myrobalani Indi,et ſimilia. *Dyſentria melancholica.*

Ad dyſenteriam,quãdo quis abhorret clyſteria,& alia medicamẽta, & eſt experimentum.

Recip.Cæpe album,nu.i.pinguedinis renũ capræ unc. iiij.bulliant in.ſ.q.aquæ ad cõſumptionẽ tertiæ partis,& da poſtea omni mane cyathum mediũ huius ſyrupi. *Ad dyſenteriam experimentum.*

Tertia intentio eſt, diuerſio materiæ, unde materia cholerica exiſtente,diuertatur pluribus modis:aut cũ eua cuatione,aut ſine eradicatione. *Diuerſio duplex.*

Vomitiua. *Cum euacuatione, ut cum aqua tepida, cum uomitiuo*
Canon. *leui. Nam fortia uomitiua in fluxibus uitanda ſunt.*

Cum prouocatione ſudoris urinæ. Si iſta diuertentia in principio non iuuerint, uel neglecta fuerint, fiant in declinatione.

Aliæ autē diuerſiones, quæ ſunt ſine, et abſq; euacuatione, ſicut ſunt fricationes circa brachia, & ſpatulas: & non fiant circa inferiora ligaturæ, etiā circa brachia, &
Notio. *ſpatulas: & lotiones ad brachia, & ſpatulas. Talia enim diuertentia ſunt bona.*

Quarta intentio, quæ regit membrum mittens.

Quinta confortat, & conſtringit inteſtina, & cōpletur cum his quæ dicta ſupra ſunt. Quod etiam ponitur ab Herculano, cap. 3. tract. 1. de cura fluxus uentris in generali, quæ ſeptem intentionibus completur.

Sexta intentio, quæ eſt ulceris, & excoriationis inteſtinorum mundificatio, completur ſequentibus. Vnde pro cura ulcerum inteſtinorum, fiat primo clyſtere lenitiuum tale, materia exiſtente cholerica.

Clyſtere lenitiuum. Reci. *Aquæ hordei unc. xv zucchari rubei unc. i. ſ. uitellum. i. oui, miſce, & fiat clyſtere, quod exhibeatur, lauat enim, & aliqualiter abſtergit.*

Ad idem aliud clyſtere, lauatiuum, & abſterſiuum ulceris inteſtinorū.

Aliud bonū Recip. *Aquæ hordei bene conditionati unc. xv. zucchari rubei unc. i. ſ. mellis roſati colati unc. ij. uitellum. i. oui, miſce, & fiat clyſtere.*

Vbi autem materia faciens excoriationem inteſtinorū
Phlegma. *eſſet phlegma ſolum, & ſalſum, fiat illud clyſtere lauatiuū quod ſequitur.*

Reci. Aquæ mellis factæ ſecūdum artem unc. xv. zucchari

chari rubei unc.ij.miſce,& exhibeatur.

Facta abſterſione,fiat clyſtere hoc conſolidatiuum, materia exiſtente calida,cholerica. Cõſolidatio Clyſtere cõſolidatiuũ.

Recip. Hordei excorticati, & *parum torrefacti.m.i. bulliat in.ſ.q.aquæ chalybeatæ, ad conſumptionẽ medietatis,deinde accipiantur unc.xv.in quibus diſſolue, zucchari rubei unc.i.dragacanthi,gũmi Arabici, boli armenij, ſanguinis draconis,ana drac.i.litij ſcrup.ij. pulueriȥanda pulueriȥentur,& miſceatur cum prædictis aquis, & fiat clyſtere,cum uitello oui.* Et *in hoc clyſteri nõ debent poni olea,neq; pinguedines, quia hæc omnia prohibent conſolidationem fieri.* Canon.

Vbi autẽ materia excoriationẽ faciens,eſſet materia phegmatica,ſalſa,fiat ſequens clyſtere conſolidatiuũ. Phlegma.

Reci.*Oryȥæ bene mundatæ,& excorticatæ.m.i.torrefiat,& ex iſta fiat aqua(aliàs decoctio) quẽadmodum fit aqua bordei,& de iſta aqua accipiãtur unc.xv.in quibus diſſolue,thuris,maſtyches,ſandaracæ, gallarum cupreßi, ana drac.i.pulueriȥanda pulueriȥẽtur ſubtiliter,& cum prædicta aqua fiat clyſtere cum uitello unius oui.* Clyſtere cõſolidatiuũ.

Septima intentio, puta quantum ad accidentia corrigenda,quæ ſolent aduenire, & inde ortri crudelißimi dolores ſolent. Septima intentio. Accidentia.

Ideo pro remißione doloris,fiat clyſtere,quod ſimul & dolorem mitigat,& ſtringit,& ſit tale.

Reci.*Aquæ chalibeatæ,ſucci plãtaginis,ana unc.yi.olei roſati,omphacini, myrthini,ana unc.ij.ſ. uitellum.i.oui, zucchari rubei unc.i.miſce,fiat clyſtere,& exhibeatur.* Enema anodynum, & reſtrictiuũ.

Aliquando etiam in hoc caſu fit clyſtere ex ſolo oleo roſato. Aliud.

Ad idem optime confert Enema,*factum ex ſolis albuminibus* Aliud.

minibus ouorum.

Ad idem aliud clyſtere, confectum
ex lacte, hoc modo.

Aliud ad idẽ

Reci. *Lactis uaccini, uel ouini lib. i. ſ. in quo extinguatur lapis ignitus ter, uel quater, deinde ex hoc lacte ſolo fiat clyſtere, & reiteretur ſæpe hoc clyſtere.*

Ad extra uerò applicetur frequens fomentatio.

Fomentũ ad idem.

Recip. *Roſarum rubearum, myrtillorum, ſumachij, anethi, camomillæ, ana m. i. contundantur omnia prædicta, & bulliant in. ſ. q. aquæ, ad conſumptionem tertiæ partis, deinde accipiatur ſpongia, quæ in prædicta decoctione infundatur, & uentri applicetur, non multum tamen calida, imo plus ad frigidum tendat, quàm ſit calidum, aut tepidum.*

Deinde facta fomentatione, fiat
tale linimentum.

Linimẽtum ad idem.

Recip. *Olei roſati, omphacini, anethini, ana unc. ij. ſ. accipiantur peciæ lineæ, & infundantur in dictis oleis, ſimul miſtis, parum calefaciendo, aut peciæ uentri applicentur, & præſertim in eo loco, ubi dolor infeſtat.*

Dolor uehemens.

V*bi autem dolor uehementiſſimus, & alia nihil contulerint, detur hoc electuarium quod ſimul ſedat dolorẽ, & ſtringit fluxum, fit autem ſic.*

Electuariũ anodynum.

Reci. *Tripheræ magnæ, phylonij, micletæ, ana ſcru. i. miſce, & exhibeatur hoc electuariũ cum uino ſtyptico.*

Ad idem, ubi alia non contulerint
fiat ſequens reme-
dium.

Pilulæ anodynæ.

Reci. *Pilularum de cynogloſſa ſcrup. i. & gra. iiij. formentur pilulæ nume. iij. & una earum exhibeatur, quãdo patiens uadit dormitum.*

Porrò

Porrò ad duos, uel tres dies non ceſſante dolore, nec flu xu, iterum exhibeatur de dictis pilulis de cynogloſſa, i.

Pro complemento primæ intentionis ſupra poſitæ.

Vbi autem materia faciens dyſenteriam eſſet materia phlegmatica, ſalſa, aduſta, uel eſſet melancholica aduſta, quantum ad digeſtionem poſſet exhiberi tale digeſtiuum, facta tamen prius minoratione. *Canon. Prima intẽtio.*

Recip. Syrupi roſati, unc. ſem. mellis roſati colati, in quo chalybs extinctus ſit, unc. i. aquæ plantaginis, abſyn thij, endiuiæ, ana unc. i. Miſce: & hoc digeſtiuum detur in materia pendente à phlegmate ſalſo. *Minoratio. Digeſtiuum*

In materia uerò melancholica aduſta, fiat tale digeſtiuum.

Recip. Syrupi de fumoterræ, unc. ſem. ſyrupi roſati, unc. i. aquarum decoctionis gallarum, cupreſſi, & nucum eius, roſarum rubearum, myrtbillorum, ana unc. iij. Miſce, fiat decoctio, de qua accipiantur unc. iij. & miſce cum prædictis ſyrupis, tãdem dentur ſolutiua prædicta ſupra. *Digeſtiuum melãcholiæ.*

In materia melancholica, myrobalani indi; in phlegmatica, myrobalani kebuli; in cholerica uerò, citrini, ut ſuperius dictum eſt. *Solutiua. Myrobalani indi, kebuli, citrini.*

APPOSITITIAE MEDELAE.

DE dyſenteria uide Gal. de locis affect. lib. 6. Item, de accidenti, & morbo, 5. Item Paulus Aegineta, lib. 3. cap. 62. Gal. lib. 5. de ſimpl. medicinis, de medicinis lenitiuis, & conſolidatiuis. Item Hipp. lib. 6. Apho. 1. Idem, lib. 4. Aphor. 26. *Galenus. Aegineta. Hippocrates.*

Cura Phriſomeligæ.

Item, Phriſomeliga ſtatim à principio clyſtere lenitiuum; dein conſtrictiuum dedit, ſyrupus ordinauit, & diætam præ- *Phriſomeliga.*

tam præſcripſit.

Dedit enema tale.

Enema. *Reci.Caput caſtratinũ,coquatur cũ aqua,fiat clyſtere.*

Aliud eiuſdem.

Aliud ad idẽ *Recip.Brodij pulli decocti cum bordeo,lib.ij.olei uiolati,unc.iij.uitella ij.ouorum,zuccbari rubei,unc.ij. Miſce,fiat clyſtere.*

Eugubij cura.

Eugubius ſic parabat enema.

Eugubius. *Recip.Iuris pulli pinguis,unc.xij.mellis roſati,unc.ij. uitellorum ouorum,nume.ij.*

Aliud ad intra.

Aliud ad intra. *Recip.Cruſtas panis aſsi, num.iij.uel iiij.frixentur in butyro; melius in ſepo caſtratino circa rhenes : & adde pulueris tormentillæ,& utatur:eſt mirabile.*

Aliud ad idem.

Aliud ad idẽ *Reci.Stercoris equini,uel ſuilli recẽtis:cui adde pulueris nucis moſch.& detur cũ rob de berberis:eſt expertũ.*

EXPERIMENTA PROPRIA.

Puluis.

Puluis. *Puluis priapi ceruini,doſi,drac.i.propinatus, dyſentericis multum ualet.*

Agreſta.

Agreſta. *Item,recipe cyathum i.agreſtæ,bulliat modicum:poſt, clarefiat,& infrigidetur:detur tertia pars, uel dimidium pro una uice.*

Contra uehementiſſimum dolorem,quo torquentur dyſenterici,fiat eiuſmodi enema anodynum.

Enema anodynum. *Recip.Olei oliuarum,uel olei druppacei,lib.i.mucilaginis ſcyllitica, trientem. Miſce, fiat enema : reiteretur ali-*

aliquot uicibus.

Item, contra exulcerationem inteſtinorum detur hoc clyſtere conſolidatiuum.

Recip. Sepi hircini, uel de rhenibus caſtrati liquefacti, unc. ij. olei roſati, unc. i. uel quantū uolueris. Colliquefiant, *addito uiſco communi. Iniiciatur ano: quod ſimul exulcerata inteſtina conſolidat, & fluxum pariter ſtringit.*

Clyſtere cō ſolidatiuum.

Si autem hoc pacto non conſtringatur, nec dolor remittatur, fiat illud enema.

Recip. *Mala punica, num. ij. unà cum lemmatibus ſuis. Terantur ſimul in mortario cupreo, uel æreo; poſtea ſuperinfunde aquæ roſaceæ, cyathum* i. *Miſce bene, & cola: poſt, addito ſubſequenti puluere, fiat enema.*

Enema anodynũ, & reſtrictiuum.

Puluis autem talis eſt.

Recip. *Sarcocollæ nutritæ in lacte muliebri pluribus diebus; & iterum pluribus alijs, ſi poſſibile eſt, nutritæ in ſucco rubi, aloes, myrrhæ, ſanguinis draconis, antimonij, terræ ſigillatæ, boli armenij, ana drac. i.* Fiat puluis *ſubtiliſſimus, qui prædictæ colaturæ inſpergatur, & clyſterizetur: ſi dolor ſit nimius, addatur opij, ſcrup. i. uel pluſculũ.*

Canon.

DE TENASMO, CAP. LVII.

Definitio.

TENASMVS *aſſidua deſidendi eſt cupiditas, inferioribus partibus accidens affectus, & ipſi recto inteſtino, ut inde multæ fiant deſidendi uoluptates, & pauca recrementa eijciantur.*

Definitio Galeni.

Cham-

Champerij definitio.

Tenaſmus eſt expreßio inteſtini recti, com gemitu, & conamine ad egerendum, facta ab expulſiua, ſtimulata à cauſa præternaturali lædēte ipſum, aut extremitatē eius.

Gordonij definitio.

Tenaſmon eſt appetitus, & uoluntas nimia egerendi, cum modico, aut nullo effectu.

CAVSAE, ET SIGNA.

CAuſas, & ſigna pete à Gordonio, in capite proprio.

CVRA.

CVra tenaſmonis ueri exigit quatuor intentiones.

Quatuor curandi intentiones.

1 Prima eſt, ad cauſam antecedētem, antequā tranſeat in coniunctam, & antequam affigatur in inteſtino recto.

2 Secunda intentio eſt, ad cauſam cōiunctam, quæ iam fixa eſt in inteſtino recto.

3 Tertia intentio eſt, ad ſedationem doloris.

4 Quarta intētio eſt, ordinatio debiti regiminis in uita.

Prima intentio.

Minoratio. *Prima intentio eſt, ad cauſam antecedentem, & perficitur minorādo materiam, quæ eſt fluxa ad inteſtinum rectum, digerendo ipſam, & eradicatione euacuando, & etiam ipſam diuertendo ab inteſtino recto; quæ omnes intentiones ſunt completæ ſuperius in cura dyſenteiræ.*

Secunda intentio.

Reſolutio. *Secūda intentio, quæ eſt ad cauſam cōiunctam, ſic perficitur, ſcilicet, reſoluēdo materiam illam ab inteſtino recto, & mundificando inteſtinum rectum ab illa materia.*

Canon. *Et illa intentio perficitur cum clyſterijs, ſiue ſuppoſitorijs, cum fomentationibus, encatiſmatibus, ſiue ſeßionibus, &*

bus,& unctionibus:unde,primò cũ clyſterijs ſic ordinetur.

Primò,in tenaſmone pendẽte à materia cholerica,quæ eſt inuiſcata in inteſtino recto,fiat clyſtere,ut ſequitur. *Clyſteria.*

Recip. Aquæ bordei,lib.i. uel unc.x. zucchari rubei, unc.i.caſiæ,unc.ſem.mellis uiolati,unc.i.ſem.uitellum i. oui.Miſce,fiat clyſtere:quod eſt abſterſiuum,& mundificatiuum inteſtini recti à cholera. *Clyſtere in cholera.*

Et notandum, quòd clyſteria in hoc caſu, ſint modicæ quantitatis,ita quòd ſufficiant x.uel xij.unc. de quo uide Herculanum. *Canon.*

Licinium ad idem,quod abſtergit,& mundificat inteſtinum rectum à cholera,& fit ſic.

Recip.Licij,croci,ana drac.i.ſem.ceruſæ,unc.iij. Pulu erizentur ſubtiliter,& cum adipe rhenum capræ reformentur ſuppoſitoria,uel licinia,quæ imponãtur; nam hoc licinium reprimit choleram,& mundificat inteſtinum rectum à cholera.

Nota quòd etiam in tenaſmone à materia cholerica, non debent poni olea,ſed in phlegmatica ponantur. *Olea.*

Si autem tenaſmon fuerit à materia phlegmatica, fiat tale clyſtere.

Recip. Aquæ mellis,unc.x.mellis roſati colati, unc.i. ſem.uitellum i.oui,olei zizanini,unc.ij. Miſce,& fiat clyſtere. *Clyſtere in cauſa phlegmatica.*

Licinium ad idem in materia phlegmatica.

Recip.Thuris,croci,ana drac.ij.ladani,drac.ſem. Pulu erizentur ſubtiliter,& cum adipe gallinæ, & pauca cera reformentur licinia,& ſuppoſitoria, quæ mittantur in anum,ut ſuperius dictum eſt. *Suppoſitoria.*

Si autem

Si autem tenaſmon fuerit à materia melancholica aduſta, in inteſtino recto contenta, fiat ſequens clyſtere.

Clyſtere in cauſa melancholica.

Recip. *Furfuris (aliàs ſulphuris; ſed falſo, credo) man. i. aquæ mellis, unc. x. In dicta aqua mellis furfur (aliàs ſulphur) ligatum in pecia bulliat parum, deinde coletur illa aqua à furfure (aliàs ſulphure) & in ea diſſoluātur mellis roſati colati, unc. ij. uitellum i. oui. Miſce, & fiat clyſtere.*

Licinium (aliàs linimentum ad idem) in materia melancholica.

Licinium ad idem.

Recip. *Croci, maſtyches, ana drac. ij. ladani, drac. ſem. (aliàs unc. ſem.) plūbi aduſti puluerizati, drac. ſem. (aliàs i. ſem.) Puluerizanda puluerizentur, & cum pinguedine anatis, & pauca cæra fiat licinium (aliàs linimentum) quod ponatur in anum.*

Fomentationes.

Cum fomentationibus uerò procedendo, ordinetur ſequens fomentū in materia cholerica faciēte tenaſmonem.

Fomētum in cā cholerica

Recip. *Roſarum rubearum, uiolarum, camomillæ, meliloti, ana man. i. radicum altheæ, maluarum, ana man. ſem. Bulliant omnia in ſ. q. aquæ: deinde accipiatur ſpongia, quæ infundatur in prædicta decoctione; & ea expreſſa, ponatur circa anum, uel pectinem, uel circa peritoneon, & infra locum medium inter teſticulum, & anum, & fiat talis fomētatio ſæpe: reſoluit enim materiam cholericam in inteſtino recto exiſtente.*

Si autem materia faciens tenaſmonem fuerit phlegmatica, fiat talis fomentatio.

Recip. *Parietariæ, abſynthij, pulegij, calamenti, camomillæ,*

millæ,meliloti,fœnugræci,ana man.i.uel ſem.Contundantur craſſo modo,& bulliant etiam pro fomentatione fienda,ut ſupra diximus.

Si autem talis materia fuerit melancholica,fiat talis fomentatio.

Recip.*Fumiterræ,lapatij,florum uiolarum,boraginis, buglοſſæ,camomillæ,anethi,ana man.i.Contundãtur craſſo modo,& bulliant pro fomentatione,ut ſupra.* *Fomẽtum in cauſa melancholica.*

Cum ſeßionibus,ſeu balneationibus procedendo,poteſt fieri ſemicupium,ſeu balneum,ſeu ſeßio ex eiſdem rebus: diuerſificatur tamen ſecundùm exigentiam diuerſitatum materiarum facientium tenaſmonem, ita quòd aqua decoctionis illarum aſcendat tantùm uſq; ad umbilicum. Talis enim ſeßio,ſeu balneatio reſoluit materiam,& confortat inteſtinum rectum. *Balnea, ſeu inſeſſus. Semicupium. Seßio.*

Cum ſacculis etiam procedendo, primò, poteſt fieri ſacculus ex pecia,uel panno lineo,mundo,non multum poroſo,uel tenui,ſed mediocri, tendenti tamen ad ſubtilitatem,& ad tenuitatem; recipiẽdo herbas ſuperius ſcriptas ſecundùm materias peccantes,& facientes tenaſmonem, & eiſdem herbis impleatur ſacculus paruus,poſtea ponatur in aquam calidam ſimplicem,uel parum feruẽtem; exprimatur,& tandem ano calidè applicetur cum inunctionibus,quæ & in cura tenaſmonis poſſunt fieri. *Sacculus. Vnctiones.*

Vnde in materia calida cholerica,fiat tale unguentum.

Recip.*Olei roſati,nenupharini,ana drac.vi.Lauentur huiuſmodi olea in aqua frigida:deinde adde butyri recentis,& loti in aqua frigida, pinguedinis anatis,ana drac. i.ceræ parum.Fiat unguentum, cum quo iungatur anus.* *Vnctio in cã cholerica.*

In ma-

In materia autem phlegmatica
unctio ani.

Reci. Olei ſeſamini, liliacei, ana unc. i. pinguedinis gal linæ, taxi, ana drac. ij. ceræ parum, & fiat unctio ani: quæ ualet in materia phlegmatica, frigida, & ēt melancholica.

Canon. *Hæ tamen inunctiones fiant præmiſſis prius fomentationibus, ſeu balneationibus, ſeu ſeſſionibus præſcriptis.*

Tertia intentio.

Tertia intentio eſt ſedatio doloris: unde in doloribus acerbis in tenaſmone fiant ſequentia remedia cũ ſacculis.

Sacculus.

Sacculus. *Recip. Meliceta, quæ uulgo melgetæ, uel grana paradyſea uocantur, pug. ij. (uel plus (aliàs partes ij.) & impleatur ſacculus paruus cum illis granis; poſtea ille ſacculus impletus bulliat in uino nigro; qui poſtea exprimatur, & apponatur calidus ano, ita quòd patiens ſedeat ſupra illum ſacculum calidum.*

Alius æquiualens. Ad idem ualet ſacculus refertus furfure, ſimili modo bullitus in uino, & calidus ano applicatus.

Ad idem ualet hoc experimentum.

Experimẽtum ad idem *Accipiatur aſſer ligneus bene politus, nec ſit aſper, & bene liniatur leuigali, id eſt, torno, & calefiat ad ignem, deinde huiuſmodi aſſer leuigatus, id eſt, dedolatus, & calefactus inungatur cum adipe rhenum capræ, & iterum calefiat, & ſuper ipſum patiens ano nudo ſedeat.*

Ad idem ualet ſequens balneum: eſt ſolenne, & expertum.

Balneum ad idem. *Recip. Verbaſci, id eſt, tapſi barbati, p. iiij. uel y. Bulliant in uino, & aqua ad cõſumptionem tertiæ partis: deinde*

inde tali decocto impleatur uas, ſuper quo ſedeat patiens tenaſmonem ano ſuo.

Item etiam ualet in ſedando dolorem in rhagadijs, ſeu fiſcis ani, & hæmorrhoidibus, & etiam in teneſmi dolore intenſo, ſub forma inſeſſus. Regula.

Quarta intentio.

Quarta intẽtio, eſt debiti regiminis in uita ordinatio. Regimen itaq; patientis tenaſmonem, ſicut & cuiuſlibet alterius ægritudinis, generaliter ſemper debet eſſe contrarium cauſæ, facientis tenaſmonem, & id in alijs quoq; morbis. Quarta intentio. Diæta.

ADDITIONES PROPRIAE.

B Alneetur primum ægrotus ſic. Balneum ad idem.

Reci. Radicum cardui, fullonum. m. vi. corticum granatorum, balauſtiorum, corticum mori, uerbaſci, ana m. iij. coquantur in. ſ. q. aquæ, & fiat balneum, in quo ſedeat patiens umbilicotenus.

Commendãt medici fomentationem, factam cũ decocto ſauinæ, arthemiſiæ, ozymi gariofilati, naſturtij, & his ſimilibus. Fomentũ ad idem.

Aliud fomentum ad idem.

Reci. Abſynthij, parietariæ, maluæ, biſmaluæ, mentaſtri, pulegij, hiſſopi, origani, florum camomillæ, foliorũ porrorũ, ana. q. v. hæc omnia, uel aliqua, in uino optimo bulliant, & patiens fumũ recipiat, ſtatim dolorẽ ſedat. Vaporamẽtum ad idẽ.

Ad idem ſuffumigium.

Reci. Thuris, picis græcæ, ana. q. v. proijciantur ſuper carbones uiuos, & eſt mirabile ad hoc.

Aliud ad idem.

Ad idem ualet ſuffumigatio, facta cũ colophonia, uel ſarcocolla, ſeu therbenthina.

Suppoſitorium ad idem.

Fiat ſuppoſitorium ex radicibus tapſi barbati, & oleo uiolarum inunctum, & prouocabitur ſella. Deinde immittatur *cum digito in inteſtino parum de puluere ſambuci combuſti, ſubtiliter puluerizati.*

Licinium ad idem expertum.

Reci. *Olibani drac.i.ameos tantũdem, opij drac.ſ.croci ſcrup.x.aliàs gra.x.confice cum melle, & fiat peſſus grandiſormis, & ſupponatur cum cautela.*

Licinium ad idem.

Reci. *Thuris, myrrhæ, acatiæ, ſeminis iuſquiami albi, præparati, gũmi Arabici torrefacti, ana unc.iij, mumiæ, croci, boli armenij, ana drac.i.litij unc.ij.opij ſcru.ij.cum albumine oui, fiat licinium.*

Sacculus ad idem.

Impleantur duo ſacculi ſurfuris triticei, in aceto bulliant, & modo ſedeat ſuper uno, iam ſuper altero càlido ſi poteſt pati, ſtatim dolorem ſedat.

Sacculus ad idem.

Anethum. *Item ualet ſacellatio, cum anetho torrefacto.*

DE FLVXV HEPATICO CHYLOSO, CAP. LVIII.

CVRA.

Abſtinentia cibi. *Cibi multæ*

CVRA *fluxus hepatici chyloſi, primo exigit, ut minus de chylo generetur. Si uerò non poſſent abſtinere de illa quantitate cibi, propter famẽ, uel appetitũ, debent cibari cibarijs, quæ ſunt multæ quanti-*

quantitatis, pauci tamē nutrimēti, ut per multā quātitatē ſopiatur appetitus, & propter paucam qualitatē parum de chylo progeneretur: ut eſt regula Auicennæ, quarta primi, cap. 1. cum dicit. Cum deſyderium fuerit ſuperabū dans, & in uenis fuerint multi humores abundantes, debent dari cibi multæ quantitatis pauci tamen nutrimēti, quæ tamen generent, nutrimentum bonum, ſicut ſunt holera, lactuca, borago, bugloſſa, &c. *quantitatis, pauci nutrimenti.* *Nutrimentum bonum holera.*

Si autem cōtingat fluxus chyloſus, propter craßitiem chyli, & uiſcoſitatem, dentur cibaria quæ ſint facilis digeſtionis, & ſubtilis chyli generatiua: ut carnes auium laudabilium, uitella ouorum, cùm quibus dari poterunt aperitiua, uel brodia cicerum: decoctio radicum fœniculi, petroſelini, apij, &c. *Fluxus hepaticus propter craßitiē chyli.*

Si uerò idem fluxus prouenit, propter paruitatē hepatis, debet dari cibus bonus, ſubtilis multum, paucarū ſuperfluitatum, uentrem non lubricans, ſæpe, & parū pro uice una, parum, ut poßit hepar attrahere; frequenter, ut corpus bene nutriatur. *Fluxus propter paruitatē hepatis.* *Cibus qualis.*

Si uerò fluxus chyloſus originem traxerit ab apoſtemate hepatis, tunc in principio, fiat phlebotomia baſilicæ dextræ, et euacuetur ſanguis, uel materia miſta ſanguini, quæ facit apoſtema. Nam regula generalis, & poſita ab Auicenna, quarta primi eſt, quod in omni abceſſu intrinſeco membrorū principalium competit phlebotomia. *Fluxus propter apoſtema hepatis.* *Phlebotomia.*

Deinde ad curam apoſtematis, quātum ad cauſam coniunctam, applicentur remedia ſecundum diuerſitatē temporis apoſtematis: quia in principio apponātur repercuſſiua ſola. In augmento repercußiua miſta, cum reſolutiuis. Et in principio augmenti repercußiua ſuperent reſolutiua. In fine uerò augmenti, & in principio ſtatus, re- *Cura apoſtematis.* *Principium.* *Augmentū.* *Declinatio.* *Status.*

 curratur

curratur ad caput de apoſtemate hepatis.

Si tamen fluxus chyloſus contingat ab oppilatione, à materia ſanguinea, faciens iſtam oppilationẽ, & non ab apoſtemate hepatis, fiat ſectio uenæ baſilicæ, eo mõ, quo dictum eſt, in cap. de apoſtemate hepatis.

Venæ ſectio.

Si uerò fiat oppilatio iſta, à materia craſſa, uiſcoſa, phlegmatica, tunc procedatur iſto modo.

Digeſtio.

Primitus digeratur materia, leuiter ſubtiliando, utpote cum tali ſyrupo.

Syrupus digeſtiuus.

Recip. Oxymellis ſimplicis unc. i. ſ. aquæ abſynthij, uel bethonicæ unc. iij. miſce, & fiat ſyrupus, & exhibeatur.

Canon.

Poſt aliqualem digeſtionem exhibeatur ſequens medicina in forma pilularum.

Pilulæ contra oppilationem.

Reci. Pilularum aloephanginarum, pilularũ de rheobarbaro Meſuei, agarici, trochiſcati, ana ſcrup. i. reformentur pilulæ numero v. cum ſyrupo de duabus radicibus, & exhibeantur. Euacuant enim materiam oppilantem hepar. Deinde ulterius procedatur ad digeſtionẽ hoc modo fortiorem.

Potus digeſtiuus.

Reci. Oxymellis ſcyllitici, uel compoſiti unc. i. mellis roſati colati unc. ſ. aquarum apij, fœniculi, abſynthij, ana unc. i. miſce, &c.

Tandem facta digeſtione, cum iſtis præſcriptis, ſed tamen in maiori doſi, dentur tales pilulæ.

Pilulæ ſolutiuæ.

Reci. Pilularum aggregatiuarum, aloephanginarum, agarici trochiſcati, ana ſcrup. i. b. p. reformentur pilulæ nume. vij. cum ſyrupo de quinq; radicibus, & exhibeãtur, deinde dentur aperientia, ad modum electuarij, ut.

Electuariũ. Aperitiua. Auicenna. Theriaca.

Reci. Diacalamenti drac. i ſ. exhibeatur cũ uino albo, ſubtili, odorifero: & hoc eſt conſilium Auicẽnæ. Similiter & in xiiij. Fen, tertij, theriaca ualet.

Vlterius talis fiat unctio ad hepar, & ſtomachum. Vnctio.

Reci. Olei ſpicati, abſynthitis, ana drac. vi. miſce, & in ungatur locus inter hepar, & ſtomachum, ut aperiantur uiæ meſaraicarum, fiat talis fomentatio.

Recip. Abſynthij, camomillæ, capillorum ueneris, politrici, ana. m. i. parum contundantur, & bulliant in. ſ. q. aquæ, cum modico uini, ad conſumptionem tertiæ partis, deinde accipiatur ſpongia parua, & infundatur, quæ expreſſa, calida applicetur regioni, quæ eſt inter hepar, & ſtomachum. Fomentum uiarum meſaraicarum aperitiuum.

Quantum ad diætam, dentur ea cibaria, quæ confortant ſtomachum, & hepar, & diæta ſit ſubtilis, omnino dentur cibaria facilis digeſtionis, nutrimẽti boni, & paucioris ſuperfluitatis. Diæta qualis.

Panis in hoc caſu plus recipiat de fermẽto, quàm tempore ſanitatis: & puluis aniſorum ponatur in iſta paſta, ex qua fit panis. Panis qualis.

Si aũt oppilatio aliqualiter pendeat à materia craſſa, calida, detur ſequens ſyrupus.

Reci. Syrupi de bizanthijs, acetoſi ſimplicis, ana drac. vi. aquæ cichorij, capillorum ueneris, cuſcutæ, ana unc. i. miſce, & fiat ſyrupus. Syrupus digeſtiuus.

Pro euacuatiua uerò exhibeantur ſequentes pilulæ.

Reci. Pilularum aggregatiuarũ, pilularũ de rhæobarbaro, ana drac. ſ. miſce, & formentur pilulæ nume. v. Pilulæ ſolutiuæ.

Itẽ paſſulæ lotæ, ualent in oppilatiõe calida aperiẽda. Paſſulæ.

Similiter materia exiſtente calida, detur ſequens electuarium.

Recip. Paſſularum enucleatarum unc. ſ. Diarhodonis Abbatis, triaſandalorum, ana drac. vi. miſceãtur paſſulæ cum prædictis electuarijs, & bene piſtentur, quoſq; ueniãt ad for- Electuarium in calida oppilatione expertum.

ad formam electuarij.

Quantum ad diætam patientis.

Diæta qualis. *Diæta uergat ad contrarium cauſæ, ſeu materiæ, facientis oppilationem, utputa ſi materia eſt calida, regimẽ uergat ad frigidum, & econtrario.*

Si uerò fluxus chyloſus proueniat à debilitate attractiua, ſequente mala complexione frigida, & humida, cũ materia, ſicut accidit ut plurimum, tunc pro cura huiuſmodi fluxus educatur materia eo modo, ſicut dictum eſt in fluxu oppilatiuo, à materia frigida, & exhibeatur regimen calefaciens hepar.

Solutio. *Fluxus à mala cõplexione frig. ſine materia.* *Cura.* *Si autem fluxus chyloſus pendeat à mala complexione frigida, & humida ſine materia, tunc pro cura eius, remoueatur prædicta dyſcraſia circa hepar, cum intentionibus prædictis.* Et *præſertim fiat ſequens unctio, circa regionẽ hepatis, quæ unctio eſt hepatis confortatiua, & malæ cõplexionis frigidæ, & humidæ remiſſiua.*

Vnctio. Recip. Olei *ſpicati uncias iiij. uini albi, odoriferi, potentis uncias tres, bulliant ad conſumptionem uini, deinde fiat inunctio.*

Fluxus phlegmaticus, aquoſus cũ materia. *Confortatio ſtyptica.* *Canon.* *Fluxus hepaticus, phlegmaticus, & aquoſus, ſi cauſa eſt conuerſio aquæ ſtomachi ad inteſtina, & fit à materia, dimittatur ipſa operari, & confortetur digeſtiua, & expulſiua cum proprijs moderatæ ſtypticitati participãtibus Si tamẽ nimis ſuperfluit, prohibeatur eo magis ſtypticis, & confortetur hepar.*

Cauſa per eſſentiã, uel conſenſum. *Quatuor curandi intentiones.* *Si in cauſa fuerit aliquod hepatis nocumẽtum, primo per eſſentiam, uel per conſenſum alterius membri, tunc cura primo exigit euacuationem, & diuerſionem, deinde hepatis confortationem: tertio accidentium correctionẽ: ultimo diætam debitam.*

Textus

Textus uariatio.

Si fluxus phlegmaticus fiat à materia, ita quod uirtus dimittatur (aliàs diminuatur).

Si autem talis fluxus ultra debitum procedat, tunc reſtringatur, & confortetur hepar, ac digeſtiua, ne generet talem aquoſitatem, reſtringatur autem eo modo, quo ſupra dictum eſt. Reſtrictio. Cõfortatio.

Si autem fluxus aquoſus, phlegmaticus pendeat ab hepate, uel per eſſentiam, uel per cõmunitatem, tunc itidem exigit quatuor intentiones. Fluxus aquoſus phlegmaticus, per eſſentiam, uel communitatem.

1 *Prima eſt, euacuatio cauſæ, facientis huiuſmodi fluxũ aquoſum, & ipſum diuertit.*

2 *Secunda eſt, confortatio hepatis.*

3 *Tertia eſt, correctio accidentium.* Quatuor curandi intentiones.

4 *Quarta eſt, debitum regimen in uita.*

Prima intentio perficitur cum euacuantibus materiam illam aquoſam. Vnde euacuatio aquoſitatis, & confortatiuum hepatis, in forma pilularum fiat hoc modo. Euacuatio.

Recip. Pilularum de rhæobarbaro Meſuei, aggregatiuarum, agarici trochiſcati (aliàs rhæobarbari electi) ana ſcrup. i. Formentur pilulæ, quæ etiã ualent in hydropiſi, fiant numero ſex, cum ſucco ireos, & exhibeantur tres interpolatis diebus, pro una uice. Loco pilularũ aggregatiuarum, ubi multum ſuperflueret fluxus, pone pilulas de hiera ſimplici. Pilulæ pro hydropicis, ſolutiuæ. Canon.

Ad idem ualet iſta decoctio ſequens.

Reci. Myrobalanorum kebulorum, & citrinorum, ana drach. ij. radicum ireos unc. vi. bulliant in. ſ. q. aquæ endiuiæ, uel abſynthij, cum aqua mellis, ad conſumptionem medietatis. Alius textus addit hoc. Coletur, & colaturæ accipiantur unc. ij. in quibus diſſolue, ſucci ireos drac. i. ſ.

& exhibeatur iſte potus calidus. Deinde *exhibeatur iſta aqua, poſtquam colata fuerit, cum modico iulepo roſaceo commiſcendo.*

Aliud ad idem, euacuans cauſam, & confortans hepar.

Aliud ad idē Decoctum. Recip. *Myrobalanorum kebulorum, & indorum, ana drach. ij. bulliant in ſ. q. aquæ endiuiæ, abſynthij, ana partibus æqualibus, ad cōſumptionem medietatis, coletur, & colaturæ accipiantur unc. ij. in quibus diſſolue, ſucci ireos drac. i. ſ. & exhibeatur iſte potus calidus.*

Diuerſio. Diuretica. *Diuertatur etiam iſta materia ab inteſtinis, cum prouocantibus urinam, & ſudorem.*

Diaphoretica. *Cum prouocātibus autem urinam, diuertatur cum ſequenti decoctione.*

Decoctum. Diureticum expertum. Reci. *Seminis apij, fœniculi, radicū petroſelini, aſparagi, ana drach. i. bulliant in ſ. q. aquæ fœniculi, ad conſumptionem medietatis, coletur, & de colatura reci. unc. iij. in quibus diſſolue, dialaccæ drac. i. ſ. miſce, & fiat potus: prouocat etiam lotium mirabiliter.*

Prouocatiuum ſudoris bonum.

Hydroticū expertum in forma phuſcæ. Reci. *Aquæ fœniculi, apij, ana unc. ij. uel iij. uini albi, potentis, & clari, tantundem, miſce, & calidum iſtum potum exhibeas, & patiens ilico lectum calidum ingrediatur, & bene cooperiatur.*

Aliud.

Aliud. *Item aqua hordei, cum uino exhibita prolicit ſudorē.*

Aliud.

Diaphoreticum bonū. *Item alius modus prouocandi ſudorem eſt, ut patiens bene cooperiatur in lecto pannis, & anhelitum retineat, uel ingrediatur ſtufam, & ita completur prima intentio, quæ perficitur euacuando, & diuertendo.*

Secunda

Secunda intentio: ſi corruptio digeſtionis hepatis proueniat à mala complexione hepatis, remoueatur illa mala complexio cum contrarijs, habentibus confortare hepar, ſicut ſi ueniat à mala complexione calida, remoueatur cũ frigidis confortantibus hepar ab intra, & ab extra, cum unctionibus, & uomitorijs, & epithematibus confortantibus hepar, & remouentibus malam complexionem calidam hepatis, ut ſupra copioſe dictum eſt. Secunda intentio. Remotio malæ complexionis. Calida complexio.

Ex confortantibus autem hepar quædam ſunt à proprietate confortantia, ut habetur in 13. & 14. Fen. tertij Canonis ab Auicenna, uidelicet de auellanis confortantibus hepar à proprietate. Frigida cõfortatiua ab intra, & ex tra. Auicenna. Auellanæ.

Tertia intentio, quæ eſt correctio accidentium, requiratur in capitulis proprijs. Tertia intẽtio. Accidentia.

Quarta intentio, & ultima, eſt ordinatio debiti regiminis in uita, quod uergere debet in contrarium cauſæ facientis dolorem. Quarta intentio. Diæta.

CVRA FLVXVS HEPATICI CHOLERICI.

Quatuor exigit intentiones.

Prima euacuat, & remouet cauſam fluxus.

Secunda, hepar confortat.

Tertia, accidentia corrigit, eiſdem ſuccurrendo.

Quarta, ordinat debitum regimen.

1 Quantum ad primam intentionem, euacuetur cholera cum tali medicina ſolutiua. Prima intẽtio. Euacuatio.

Potio, ſiue cholagogum. Potus cholera ſolutiuæ.

Recip. Florum boraginis, bugloſſæ, roſarum, ana man. ſem. corticum myrobalanorum citrinorum, ſeminis endiuiæ, plantaginis, ana drac. i. Fiat decoctio in aqua plantaginis, de qua accipiatur q. ſ. ad diſſoluendum, Mieletæ, drac. iij. rhæobarbari electi, drac. i. uel i. ſem. Rhæobarbarum ſubti-

rũ ſubtiliter puluerizetur, & cũ reliquis ſubtiliter puluerizatis miſceantur, cũ prædicta decoct. q. ſ. & fiat potus.

Notio.

Canon. *Eſt notandum, quòd rhæobarbarum in fluxibus datur abſq; correctiuo; quia intendimus poſt euacuationem euacuare (aliàs ſtringere;) & ſi poſt euacuationem intentio*

Rhæobarbarum. Styptica. *eſt ſtypticare, tunc rhæobarbarum aliqualiter uſtuletur.*

Regula. *Sed pro pauperibus loco rhæobarbari accipiatur myro-*

Myrobalani citrini. *balanorum citrinorum parumper uſtorum; qui puluerizẽtur, & cum reliquis, ut ſupra, miſceantur, & fiat potus,*

Potus. *qui dulcoretur cum modicò ſyrupo roſato, puta unc. ſem.*

In forma pilularum ad idem, euacuatiuum choleræ.

Pilulæ pro cholericis. Recip. *Rhæobarbari electi, drach. i. Puluerizetur, & cum ſyrupo cydonite formentur pilulæ, num. iij.*

Cholagogũ pauperũ in forma pilularum. *Pro pauperibus autem, loco rhæobarbari accipiantur pulueres myrobalanorum citrinorum, doſi, drac. i. & formentur cum prædicto ſyrupo pilulæ.*

Secunda intentio. *Secunda intentio, facta euacuatione, eſt confortare hepar, remouendo malam complexionem calidam ab hepate, & hoc fit cum his, quæ applicantur ab intra, & extra.*

Confortatio hepatis. Ab intra cum ſequenti potione, ſic.

Potus ad intra bonus. Recip. *Syrupi de endiuia, uel uiolarum, uel ſyrupi roſarum, uel ſyrupi nenupharini, unc. i. ſem. aquæ endiuiæ, plantaginis, ana unc. i. ſem. Miſce: nam hic ſyrupus digeſtiuus eſt choleræ, & etiam alteratiuus, alterans malam complexionem hepatis.*

Ab extra.

Epithema uerò, & ea, quæ applicantur ad extra ad cõfortandum hepar, & remouendum malam complexionem hepatis, quamuis ſunt multa, ſequens tamen epithema præ

cæteris

cæteris commendatur, quod ſic fit.

Recip. Aquarum roſarum, endiuiæ, hepaticæ, ana unc. yi. uel yij. roſarum rubearum, ſpodij, ſandali albi, & rubei ana drac. i. ſpicæ, ſcrup. ſem. Puluerizentur omnia ſubtiliter, & cum prædictis aquis, & modico aceti miſceatur, & fiat epithema: epithemetur hepar cũ pecijs in iſta miſura intinctis calidè. Epithema ad idem bonum.

Aliud epithema ad idem.

Recip. Aquæ plantaginis, endiuiæ, ana unc. i. ſem. Miſce pro epithemate. Aliud ad idẽ

Vnctio ad idem.

Recip. Vnguenti Sandalini, infrigidantis Galeni, ana unc. ſem. Miſce, & inungatur regio hepatis hoc unguento tepidè, & non calidè ualde.

Quantum autem ad tertiam intentionem, quæ eſt correctio accidentium: & quandoq; ſolent uenire accidentia mala, ſicut dolor uehementiſſimus inteſtinorum, quæ remouentur cum his, quæ dicta ſunt in cap. de dyſenteria. Accidit etiam aliquãdo ſyncopis (aliàs ſynthesis) & aliquãdo inſtantia uigiliarum: & pro horum omnium, atq; ſimilium correctione, & remotione, recurratur ad capitula propria. Tertia intentio. Accidẽtium correctio. Dolor inteſtinorum. Sincopis. Vigiliæ.

Quarta intẽtio eſt, debitum regimen in uita, & in ſex rebus non naturalibus, quòd totum debet declinare ad contrarium cauſæ facientis ægritudinem, ſcilicet, ad frigus, & humidum. Quarta intentio. Diæta.

CVRA FLVXVS HEPATICI MELANCHOLICI.

Fluxus hepaticus melancholicus.

Cura fluxus hepatici melancholici, feculenti, ſeu fecalis, exigit quatuor intentiones. Quatuor curandi intentiones

1 *Quarum prima eſt, remotio cauſæ facientis fluxum.*

2 *Secun-*

2 *Secunda eſt, hepatis confortatio.*

3 *Tertia eſt, accidentium correctio.*

4 *Quarta eſt, debitum regimen in uita.*

Intentio prima perficitur hoc modo.

Prima intentio.

Primò, remouendum eſt regimem multiplicatiuum huiuſmodi melancholiæ fecalis; & ideò caueat ſibi ab aere uehemēter frigido, uel etiam uehementer calido adurēte.

Vitanda melācholiā cauſantia.

Caueat ſibi ab omnibus generantibus aduſtionem, & ſanguinem aduſtum, ſicut ſunt carnes ſalitæ, cibaria calida, acuta, amara, & multum dulcia.

Carnes quæ bonæ.

Vnde comedat carnes uitulinas iuuenes, caprinas iuuenes, pullinas gallinaceas, ouinas iuuenes; & huiuſmodi carnes contrariantur, & aduerſantur melancholiæ, ſeu humori melancholico.

Caueat à uino potenti, & potius bibat aquam zucchavatam, exiſtente materia, uel cauſa nimis callida hepatis ſanguinem adurente.

Si autem in cauſa fuerint febres adurentes, hepar multum calefacientes, ſicut ſunt ſynocha, cauſon, febris continua, tertiana, febris peſtilentialis; prius iſtius febris cauſa remoueatur, euacuando illum humorem facientem febrem cum phlebotomia.

Phlebotomia.

Synocha.

Cauſon.

Si eſt ſynocha, baſilicæ dextræ; ſi autem eſt cauſon, aut aliæ febres adurentes, peſtiferæ, euacuentur humores illi cum appropriatis, de quibus alibi dictum eſt: attamen in omni euacuatione in tali fluxu ponatur aliquid, quod poſt euacuationem relinquat ueſtigia ſtypticitatis, ſicut in cholerica cum rhæobarbaro, uel myrobalanis citrinis: in melancholica, cum myrobalanis Indis.

Cholera.

Atra bilis.

Poſtea, & ſecundò, attendendum eſt remotioni calidi

tatis relictæ ex febre cum omni modo extinctionis.

Primò, cum infrigidatione aeris, infrigidando aerem. **Aer frigidus.**
Secundò, cum his, quæ in ore retinentur.
Tertiò, cum clyſteribus infrigidantibus. **Clyſteria frigida.**
Quartò, cum cibo, & potu frigido. **Diæta.**
Quintò, cum epithematibus infrigidantibus circa hepar, & cor factis. Sed iſta epithemata infrigidātia nō debent applicari, niſi præcedente euacuatione: & ulterius etiam, non debent applicari circa maiorem partem corporis, quia fugat calidum ad intra, & plus calefaciūt per antiparyſtaſin: & omnes iſti modi extinctionis caliditatis, ac aduſtionis habentur ab Auicenna i. quarti, de cura febrium acutarum, in generali. **Epithemata frigida. Canon. Regula. Auicenna.**

Si autem contingat quòd iſte fluxus proueniat à nimia caliditate hepatis adurente maſſam ſanguineam, & conuertente aliquam partem illius maſſæ ad humorem melancholicum fecalem, tunc euacuatur primò ſanguis ille melancholicus cum phlebotomia uenæ baſilicæ. **Fluxus à caliditate, hepar, et ſāguinē adurente.**

Deinde ſi alius humor ſuperauerit in maſſa illa, fiat omnino humoris illius euacuatio ſuperantis, ſecundùm eius exigentiam. **Phlebotomia baſilicæ.**

Deinde attendatur mala complexio hepatis, ipſam remouendo cum exterius applicatis, & interius adminiſtratis, de quibus dictum eſt ſæpe ſuperius, in cap. de debilitate hepatis à mala complexione calida. **Rēotio malæ cōplexionis.**

Exterius etiam apponendo epithemata infrigidantia, ipſum hepar confortantia cum aliquali ſtypticitate: ſimiliter etiam inunctiones circa hepar, confortantes, & omnino infrigidantes ipſum hepar. **Ab extra. epithemata frigida.**

Ab intra autem ſumendo, remouetur mala complexio hepatis cum diatriaſandalis, electuario diarhodone, zuccharo **Ab intra. Cōfortatiua**

charo uiolato, cum conſerua nenupharina.

Fluxus à mala cōplexione frigida. *Si autem cauſa fuerit huiuſmodi fluxus melancholiæ fecalis, mala complexio frigida hepatis, generans melancholiam fecalem per congelationem, tunc illa melancholia euacuetur cum medicinis appropriatis, de quibus uide ſupra.*

Euacuatio.

Remotio. *Deinde remoueatur illa mala complexio frigida hepatis congelans, cum his, quæ ſumuntur ab intra. & ab illis, quæ applicantur ab extra.*

Ad intra demus hunc ſyrupum.

Syrupus ad idem. *Recip. Syrupi de eupatorio, de calamento, de abſynthio, ana unc. ſem. aquæ abſynthij, aquæ eupatorij, apij, ana unc. i. Miſce, & fiat ſyrupus.*

Ad calefaciendum hepar detur ſequens electuarium.

Electuarium calefactiuū. *Reci. Aromatici roſati, diacalamēti, diatrionpipereon, ana unc. i. Miſce, & fiat electuarium: de quo ſumat mane, & ſero ad quantitatem caſtaneæ magnæ ante cibum per duas horas.*

Ab extra.

Ab extra. *Ab extra uerò ungatur hepar, ſeu hepatis regio cum oleo ſpicato, maſtychino, ſimul miſtis tepidè.*

Vnctio.

Fluxus ab ulcere hepatis *Si autem huiuſmodi fluxus melācholicus fecalis proueniret ab ulcere hepatis, in quo ulcere maneat uirus ſordidum aliqualiter, tunc procedatur in cura hoc modo.*

Mūdificatio ulceris. *Nam primò mundificetur ulcus cum aqua hordei, uel cum aqua mellis, & in aqua bordei diſſoluatur oxymel ſimplex, uel ſyrupus acetoſus.*

Conſolidatio.

Deinde facta mundificatione ulceris, conſolldetur ulcus cum potione, quæ ſic fit.

Recip.

Recip. Aquæ plantaginis, endiuiæ, ana unc. i. ſem. boli armenij, unc. i. ſem. (aliàs drac. ſem. i.) Pulueriżetur bolus, & cum prædictis aquis miſceatur, & detur in potu calidè. Potus.

Conſolidatio.

Item, ad conſolidandum detur de tribus ſandalis, drac. i. pro uice tantùm, admiſcẽdo ſcrup. i. rhæobarbari (aliàs ſcrup. ij. boli armenij.) Conſolidat enim ulcus, & confortat hepar.

Si autem huiuſmodi fluxus melancholicus fecalis proueniat ab eruptione apoſtematis hepatis, euacuetur eo modo, ſicut dictũ eſt in cap. de cura apoſtematis hepatis. Fluxus ab eruptione apoſtematis.

Si uerò huiuſmodi fluxus melancholicus fecalis proueniret ab oppilatione hepatis, quia materia propter retentionem induratur (aliàs aduritur) & conuertitur in materiam fecalem melancholicam; tunc cura eius eſt deoppilare, remouendo cauſam oppilationis, & etiam hepar confortare, ſicut dixi in cura oppilationis hepatis. Fluxus ab oppilatione. Deoppilatio Confortatio.

Si autem talis fluxus melancholicus fecalis proueniat à fortitudine uirtutis expellentis, & ſequeſtrantis illam materiam fecalem ab alijs malis humoribus; tũc talis fluxus dimittatur naturæ forti ad expellendum eam. Fluxus propter robur uirtutis expulsricis. Cura.

Si autem huiuſmodi fluxus fortis, uirtutis expulſiuæ, fortiter proueniens, multum durauerit, & longo tempore perſeueret; tũc retineatur cum his, quæ dicta ſunt, ne uirtutem debilitando proſternat ægrum. Chronicus fluxus. Cura eius.

Secunda autem intentio, tertia, & quarta, requirantur, & uideantur in cap. proprijs.

CVRA FLVXVS OPPILATIONIS VENARVM.

Cura fluxus oppilationis, facti ex oppilatione uenarum meſeraicarum (aliàs inteſtinorum) uenæ portæ, & uena-

Fluxus oppilationis uenarũ meſeraicarum. & uenarum, quæ ſunt inter ſtomachũ, & hepar; & quinque perficitur intentionibus.

Quinq; curãdi intentiones.

1 Quarum prima eſt, aperire oppilationes, & eius cauſas remouere.

2 Secunda eſt, poſt euacuationem, & apertionem oppilationum confortare membra, & reſiduum materiæ euacuare, & attrahere nutrimentum ad membra.

3 Tertia eſt, ipſum hepar confortare.

4 Quarta eſt, ſuccurrere accidentibus.

5 Quinta, debitum regimen.

Prima intentio. Aperitiua. Prima intentio perficitur hoc modo, procedendo cum aperitiuis, ſecundum exigentiam materiæ: & quia materia oppilans ut plurimum eſt phlegma groſſum, uel uiſcoſum, uel etiam cholera craſſa; iccircò in primis procedamus cum inciſiuis, & abſterſiuis temperatè aperientibus: fiat ergo primò ſequens ſyrupus.

Syrupus inciſiuus, et aperitiuus. Phlegma. Cholera. Recip. Syrupi de duabus radicibus, mellis roſati colati, oxymellis ſimplicis, ana unc. ſem. aquæ abſynthij, fœniculi, capillorum ueneris, ana unc. i. Miſce, & fiat ſyrupus, & exhibeatur; & hoc, materia exiſtẽte phlegmatica.

Vbi autem materia eſſet cholerica craſſa, oppilans, detur ſequens ſyrupus.

Syrupus deoppilatiuus. Recip. Syrupi de bizantijs, de endiuia, mellis roſati colati, ana unc. ſem. aquæ cuſcutæ, endiuiæ, capillorũ ueneris, ana unc. i. Miſce, fiat ſyrupus.

Facta digeſtione, detur medicina infra ſcripta; & primò, in forma potabili, materia exiſtente craſſa, phlegmatica, oppilante.

Syrupus in cauſa phlegmatica. Recip. Florum boraginis, bugloſſæ, capillorum ueneris, ana man. ſem. paſſularum enucleatarum, liquiriciæ raſæ, ana unc. ſem. radicum fœniculi, petroſelini, ana drac. i. ſem.

i.ſem.aniſorum.m.ſ.fiat decoctio ſecũdum artem,de qua accipiatur.q.ſ. ad diſſoluendum, diacatholiconis drac.v. agarici electi ſcrup.iiij. (Quidam addunt electuarij indi maioris drach.ij.)ſalis gemmæ, zinziberis, ana gra.iiij. agaricus cum ſale gemma, & zinzibere infundantur in oxymelle ſimplici,per octo horas, deinde fiat fortis expreßio,& cum reliquis diſſoluatur,& fiat potus,qui exbibeatur hora,& tempore conſuetis.

Et obſeruandum eſt unum, quod in hoc fluxu oppilatiuo debemus cauere à fortibus medicinis, & etiam à magna doſi. Vnde procedendum eſt cum medecinis benedictis,quantum poßibile participantibus aliquali ſtypticitate, & à principio cauere debemus in cura huiuſmodi fluxus,à cõſtringentibus fluxum,quia talia ſunt cauſa maioris fluxus,& etiam talia ſunt cauſa mortis, ut inquit Auicenna 16.tertij,tract.2.cap.1. Canon. Medicinæ benedictæ. Styptica. Canon. Auicenna.

Vbi autem materia oppilans ſit cholerica craſſa,tendens ad aliqualem caliditatem,detur ſequens medicina.

Recip. Decoctionis communis, cui adde, cuſcutæ, capillorum ueneris,ana.m.ſ.radicis endiuiæ, fœniculi, ana drac.i.Colaturæ huius recipe.q.ſ.ad diſſoluẽdum,diacatholiconis,electuarij de caſia,ana drach.ij.ſ. rhæobarbari optimi electi drac.ij.ſpicæ gra.v.electuarij roſati Meſuei drach.i.ſ.diaprunis ſolutiui drac.ſ.rhæobarbarũ cum ſpica infundatur in aqua endiuiæ:& adde modicũ uini, per octo horas,deinde fiat fortis expreßio, & cum reliquis diſſoluatur,& fiat potus,qui exbibeatur. Potus in cauſa cholerica

In forma pilulari.

Materia exiſtente craſſa, & phlegmatica, dentur ſequentes pilulæ. Pilulæ in cauſa phlegmatica.

Recip. Agarici trochiſcati, pilularum aggregatiuarũ, ana drac.ſ. miſce, & formentur pilulæ nume.v. cum oxymelle ſimplici, & exhibeantur.

Materia uerò exiſtente calida, utputa cholera craſſa, oppilante, dentur hæ pilulæ.

Pilulæ in cauſa cholerica. Reci. Rhæobarbari electi ſcru.ij. ſpicæ gra.ij. pilularũ aggregatiuarum ſcrup.i.b.p. formentur pilulæ nume.vij. cum ſyrupo de bizantijs, & exhibeantur.

Facta euacuatione materiæ, & aperta oppilatione, in fluxu oppilatiuo, ex meſaraicis, ut oppilatio uenarũ meſaraicarum plus appareat, fiat ſequens fomentatio.

Fomentum ad idem bonum. Recip. Capillorum ueneris, meliloti, anheti. abſynthij, cyperi, ana.m.i. bulliant omnia ſimul in.ſ.q. aquæ, ad cõſumptionem tertiæ partis, deinde accipiatur ſpongia, quæ infundatur in prædicta decoctione, & expreſſa ponatur calida inter hepar, & ſtomachum, ſæpe reiterando.

Secunda intentio.

Cõfortatio. Secunda intentio eſt, confortare uirtutem attractiuam membri, & præcipue hepatis, ut chylum attrahat ad ſe, et bene ſeruet, & digeſtio eius confortetur. Perficitur autẽ

Aperitiua. hæc intentio cum his quæ aperiunt, & quæ ſunt cauſæ penetrationis nutrimenti ad membra.

Electuarium, quod confortat ſtomachum, & hepar.

Electuariũ confortatiuum. Reci. Diacalamenti, Diarhodonis Abbatis, ana unc.ſ. miſce, & fiat electuarium, de quo detur pro uice, ad quãtitatem caſtaneæ magnæ, cum modico uini potentis, ante cibum per horam unam, facta media (aliàs materiæ) digeſtione prima, in ſtomacho, ut attrahatur cibus ad hepar, poſt tres, uel quatuor horas, ab aſſumptione cibi, detur

tur iſtud electuarium.

Accipiendo diacalamēti drac.i.ſ. & detur cū uino potenti, & ſubtili, & pauco, ut penetret, tandē remota oppilatione uenarum, quæ ſunt poſt hepar. Idem electuariū eſt bonum præſcriptum, in maiori tamen doſi, & debet dari celebrata prima, & ſecunda digeſtione. Electuariū ad idem.

Et ad iſtam intentionem eadem hora faciendæ fricationes circa membra totius corporis, & ſint ſatis fortes, quia iuuant ad attractionē nutrimenti ad membra, & tales fricationes debent eſſe continuæ. Fricatio. Canon.

Hoc facto, ſi fluxus non ceſſat, & moderate procedit, dimittatur naturæ. Regula.

Si autem talis fluxus ſuperfluat, tunc debet moderate conſtringere, cum his quæ participant ſtypticitatem, & confortant membrum: & inter omnia laudatur ſequens electuarium. Fluxus ſuperfluus ſtringēdus.

Reci. Paſſularū cum earū arillis drac ij. (aliàs unc. ij.) fiſticorum, auellanarū aſſatarum, ana drach. i. hepatis lupi conditionati ſcrup. i. puluerizanda puluerizentur, & piſtanda piſtentur, ſicut paſſulæ, & cum zucchara taberzeth diſſoluantur in aqua abſynthij, formetur electuarium. De iſto electuario mane, & ſero ante cibum per duas horas aſſumat cochlear medium. Electuariū ad idem.

Tertia intentio.

Tertia intentio, eſt correctio accidentium, quæ corrigantur cum his, quæ in proprijs capitulis dicuntur. Tertia intētio. Accidentia.

Quarta intentio.

Vltima intentio, eſt debitum regimen in uita: primo quo ad aerem: aer patientis tendat ad temperiē in actiuis, & paſſiuis, ad ſiccum: cibus, & potus habeātur, ſicut in fluxu generali dictum eſt. Diæta. Aer. Cibus, potus

ADDITAMENTA PROPRIA.

Electuarium.

Electuariũ reſtrictiuũ.

Reci. Pulueris lapidis hæmatitis,ſubtiliſsime puluerizati drach.iij. pulueris coralliorum rubeorum drach.i.ſ. pulueris radicum tormentillæ rubeæ drac.i. boli armenij puluerizati ſcrup.ij. cretæ rubeæ ſcrup.i. ſandali rubei drach.ſ.trochiſcorum de karabe drac.ij. Pulueris radicis biſtortæ, uel ſerpentariæ drach.i.diacydoniten ſimplicis unc.ij.miſce,& incorporētur cum ſyrupo cydonite,myrtheo,& roſaceo,ana.q.ſ.pro electuario molli.

Aliud ad idem.

Miſtura ad idem.

Reci.*Rodoſacchari unc.ij.pulueris lapidis hæmatitis, trochiſcorum,de karabe,de terra ſigillata, de ſpodio,ana drach.i.miſce,& inauretur.*

Potio.

Potus ad idẽ

Ad idem ualet uinum granatinum,cum coriandro,aliquibus diebus potatum,ſimiliter & myrthidanum.

Fluxus ſplenis oppilatiuus.

DE FLVXV OPPILATIVO SPLENIS, CAP. LIX.

CVRA.

Quinq; curandi intentiones.

CV R A *fluxus oppilationis ſplenis quinq; intentionibus perficitur.*

1 *Prima,cum deoppilantibus ſplenẽ.*

2 *Secunda,cum reſoluentibus reſiduũ materiæ,poſt deoppilationem.*

3 *Tertia,cum confortantibus ſplenem.*

4 *Quarta,corrigendo accidentia.*

5 *Quinta,conſtituendo debitum regimen in uita.*

Prima intentio.

Pro prima intẽtione fiat phlebotomia baſilicæ ſiniſtræ ſi plus

ſi plus querimus diuertere, quàm euacuare. Phleboto- mia.

Sed nota modum Benedicti*, qui non aperit uenam ba- ſilicæ ſiniſtræ, ſed dextræ? & poſt hoc ſaluatellæ ſini- ſtræ manus.* Canon.

Digeratur materia infraſcripto digeſtiuo, quod eſt ſi- mul inciſiuum, abſterſiuum, & aliqualiter aperitiuum. Digeſtiua.

Recip. *Syrupi de epithimo, oxymellis ſimplicis, ana drac. vi. aquæ ſcolopendriæ, capillorum ueneris, pulegij, ana drach. i. ſ. (Alius textus ſic habet.* Recip. *corticum ra dicum capparorum drach. iij. tamariſci, ſcolopendriæ, ca pillorum ueneris, pulegij, ana drach. i. ſ. ſeminis agni ca- ſti, granorũ iuniperi, ſeminis plantaginis, ana drac. i ſ.)* Miſceantur *omnia ſimul, contundantur, & bulliant in lib. iij. aquæ ad conſumptionem medietatis, poſtea colentur.* Colaturæ *adde, maſtyches electi unc. iij. (aliàs. iiij.) aceti, unc. i. ſ. bulliant iterum quouſque ueniant ad formam iu- lepi, uel ſyrupi.* Recipe *de iſto ſyrupo unc. i. ſ. aquarum ſcolopendriæ, capillorum ueneris, fœniculi, ana unc. i. miſce, & exhibe.* Digeſtiuum bonum. Variatio. Textus.

Facta *digeſtione, detur infraſcripta medicina, in for- ma potabili.* Potus ſolu- tiuus ad idẽ.

Recip. *Florum boraginis, bugloſſæ, meliſſæ, ana m. ſ. paſſularum enucleatarum, liquiriciæ raſæ, ana unc. ſ. cor- ticum radicum capparorũ, ſcolopendriæ, ana drach. ſ. fo- liculorum ſenæ, epithymi, ana drac. i. ſ. fiat decoctio ſecũ- dum artem, deinde de eadem accipe. q. ſ. ad diſſoluendum, diaſenæ lenitiui drach. v. diaphœniconis drac. ij. electuarij* Indi *maioris drach. i. confectionis hamech ſcrup. ij. miſce, fiat potus, qui exhibeatur.*

Ad idem in forma pilularum. Pilulæ ad idem.

Reci. *Pilularum indarum, de lapide lazuli, aggregati- tiuarũ,*

uarũ,ana ſcru.i.diagridij gra.ij.diagridium datur, ut ſit calcar aliarum, ſormentur pilulæ vij,& exhibeãtur ante diem,per horã:& poſt quinq; horas ſumatur lauatiuũ.

Lauatiuum bonum. Reci. *Aquæ mellis,factæ ſecũdum artem unc. vi. zuccchari rubei un.ſ.miſce,& exhibeantur calide.*

Facta euacuatione,pro ſecunda intentione, ad confortandum,& deoppilandum ſplenem,& reſoluendum reſiduum materiæ oppilationis,fiat talis unctio.

Vnctio ad prædicta bona. Recip. *Olei capparacei,amygdalini dulcis,lilii,ſcolopendrij,cyperi,corticum radicum capparorũ,florum tamariſci,ana unc.ſ.pulueriz̃etur,& aliæ res in aceto diſſoluantur,& cum prædictis oleis,& pauco ceræ,fiat unctio pro ſplene,qui inungatur mane,& ſero,& ſuperponatur tela tenuis,ſeu lana ſuccida.*

Ad idem fiat ſequens emplaſtrum.

Emplaſtrum ad idem expertum. Reci. *Scolopendriæ, florum tamariſci, capillorum ueneris,cyperi.adianthos,ana.m.i.ſeminis agni caſti,plantaginis,ana drach ij.calami aromatici (aliàs armoniaci, uel aromatici) bdelij,ana drach.i.ſ.uel ij. corticum radicum capparorum,corticum geneſtæ ,ana drach.i. (aliàs ſcrup.i.) farinæ fœnugræci, farinæ bordei, ana drach.ſ. omnia hæc præter gũmi,& farinas,bulliant in.ſ.q.aquæ, ad perfectam decoctionem,deinde piſtentur in mortario, & addantur gummi,& in aceto diſſoluti,& farinæ,et cũ prædicta decoctiõe,& oleo amygdalino dulci.q.ſ.ad impinguandum,fiat emplaſtrũ,quod reſoluit,& aperit oppilationem,ac ſplenem cõfortat.*

Canon. *Pro alia intentione ad materiam, quæ remanſit ex deoppilatione,ſi fluxus perſeuerauerit, tentãte natura euacuationi,& reſolutioni dimittatur.*

Regula. *Si uerò ſuperfluat, reſtringatur cũ bis,quæ dicta ſunt*

in cura

in cura fluxus generalis.

ADIECTITIAE MEDELAE.

Potio partim deoppilatiua, & partim reſtrictiua. *Potus deoppilatiuus, & reſtrictiuus.*
Reci. Aquarum utriuſq; ſaluiæ, acetoſæ, hederæ terreſtris, uerbaſci, ana unc.i.ſ. ſyrupi myrthei, maſtychini, roſacei, ſcolopendriteis, ana unc.ſ. miſce, diſſoluendo in eis, diacapparis drach.i. diacori magiſtralis ſcru.i. fiat potus ieiune ſumendus.

Si reſtrictiuo ſit opus, fiat tale unguẽtũ.

Recip. Vnguenti infrigidantis Galeni unc.i. raſuræ, eboris, maſtyches, boli armenij, ana drach.i.ſ. gummi Arabici, tragacanthi, ſeminis agni caſti, ana ſcrupu.i. Oleorum maſtychini, cydoniteis, roſacei, ana parum, miſce, fiat unctio. *Vnctio reſtrictiua.*

Emplaſtrum ad idem.

Item amurca, ſeu uinacea, cum aceto diſtemperata, ſuper regionem ſplenis emplaſtretur, flatum ſedat.

Ad intra.

Recip. Sanguinis draconis, thuris, maſtiches, mumiæ, terræ ſigillatæ, ana drach.i. boli armenij drac.iiij. lapidis hæmatitis, karabe, ana drach.i. fiat puluis: uel cum conſerua roſarum, aut nenupharis, & ſyrupo aceto ſitatis citri, fiat miſtura. Doſis ſit drach.i. pro uice, in ieiunio. *Puluis, uel electuarium ad idem.*

Hæc ſi non contulerint, recurratur ad curam fluxus, facti ob exhibitionem uiolenti, & noxij cathartici. Notio.

Leonelli Fauentini de mendis morbis primæ partis finis.

LEONELLI FAVENTINI DE MEDENDIS MORBIS PARS SECVNDA.

DE FLVXV POST PVRGATIONEM VIOLENTAM, ACCESSORIVM PROPRIVM, CAP. LX.

Fluxus uiolẽtus poſt purgationem.

SOLET *nonnunquam accidere fluxus poſt nimiam, & uiolentam medicinam catharticam; quod, ut plurimùm, uſu uenit his, qui ab atrocibus pſeudoempiricis, & pharmaceutrijs potionati ſunt: de quibus hic unicum referam exẽplum.* Erat Halæ Oeni *quidam circumforaneus, uenenarius potius, quàm medicamentarius, idiotes inſulſiſsimus,* Hæmomantis *proceritus, circumferens paſsim cryſtallum leoniformem ocellatum, ſculptilem, quo ille prodigioſa* προγνώσι *tranſactos hominum languores, caſusq́; perpeſſos per magicas (ut arbitror) præſtygias noſcitare uidebatur.* Emittebat *ille inquam tres pſecades cruoris ex interſtitio auricularis, & annularis digitorum, quas concauitati lapidis, quæ ad iubam exciſa eſt, irrorabat: tandemq́; loca ſola petens,* Dæmonis *ſui potentia. præmiſſo exorciſmo, ariolabatur: cuius exitiali fallacia, heu quot immatura morte prærepti ſunt, & adhuc, ubiubi ille degit extrema pati coguntur. Is inquã cucurbitas agreſtes, multas incorrectas, ſimul in aheno decoquebat, de quo decocto cyathum i. nonunciarum accipiẽs, impoſito croci exiguo, & puluiſculi* Sebræ Lathyridis, *& ueratri candidi, crudorum omnium,*

Exemplum.

Hala Oeni oppidum.

Circũlatores

Cryſtallus leoniformis

Deceptio circumlato[illegible]

drac.

Deceptio circulatoria. *drac.i.pro infuſione rhæobarbarici falſo propinabat; ſingulum hauſtum aureo Rhenenſi: nonnunquam etiam (uidens uulgi incautiſſimi inſipientiam, & cæcitatem) ſolato uenditabat: unde plurimis dyſenteria, & minimè paucis mors ſubſequuta eſt; quorum complurium periculoſa cura mihi à nebulone poſcinummio illo clanculum ſubdelegata poſtea fuit.* Hos ego tandem *(Superis aſpirantibus) licet ægerrimè, tamen incolumes denuo reddidi; qui ſoſpitati deierarunt ſuo periculo, ſe nũquam poſthac eiuſmodi impoſtoribus, & citeniatris fidem adhibituros, quanto minus uitam ſuam concredituros.* Pereant igitur, *& dignum aliquando ſupplicium hauriant, qui non curandis, ſed trucidandis ægrotantibus, quæſtus* gratia, *capitalem admittere fraudem non uerecundantur, nec minus directa habeant idiotæ, præter etiam hoc, lucriones, myropolæ, denique, & argentangina correpti quicunque medici.* Contra; *nulla non celebratione dignentur, qui obſeruato* Hippocratico *iureiurando, pretium ultra iuſtum non intendunt, adeoq; puram, caſtam, & ſanctam ſuam uitam, & artem præſtant, & conſeruant, & ſuo ſemper iudicio ad languentium utilitatem utuntur, nec ſuæ rei potiſſimùm ſeruiunt.* Verùm *huic malo his ſubſidijs auxiliabimur.*

CVRA.

Cura. SEdabimus *primò dolorem enemate ex oleis, & alijs rebus anodynis parato, non tamen aluiducis.*

Clyſtere intercipiens talem fluxum.

Clyſtere reſtrictiuum. Recip. *Brodij elixationis utriuſq;* Iaceæ, *roſæ caninæ, tapſi barbati, lib.i. cui admiſce* Athanaſiæ, *uel* Mieletæ, *unc.ſem.* Miſce.

Aliud

Aliud ualentius in reſtringendo.

Recip. Succi plantaginis, roſarum, ana trientem, aquæ decoctionis roſarum, meſpili, ſorbi, corni, radicis tormentillæ factæ cum aqua pluuiali, lib. ſem. addendo de opiatis prædictis ſemunciam, & fiat enema. *Aliud ad idẽ ualentius.*

Poſſunt addi uitelli ouorum, nume. ij. uel iij. ſanguinis draconis, ſepi hircini, tragacanti, gummi arab. ad placitũ. *Canon.*

Si dolor eſſet intenſus nimium, detur clyſma conſolidatiuum, & mitigatiuum, tale. *Dolor intenſus.*

Recip. Olei roſati, lib. ſem. ſepi caſtratini, quart. i. mucilaginis pſylij tantundem. Colliquefiant, & diſtemperentur ſimul, & adiectis uitellis ouorum, fiat enema. *Sedatio doloris.* *Cõſolidatiuũ & mitigatiuum enema.*

Aliud reſtringens cum ſecuritate.

Recip. Decoctionis hordei factæ cũ aqua ferrariorum, lib. ij. uel i. ſem. rhodini, omphacini, olei myrthei, ana unc. ſ. miuæ cydoniteis, unc. ij. ſem. uitellũ oui i. ſacchari rubri unc. i. Miſce: & eſt expertũ per me ſæpius. Valet etiam in fluxu hæmorrhoidali, & matricali, ſi rectè adminiſtretur. *Aliud reſtrictiuũ bonũ, expertum.*

Deinde adhibebimus & cataplaſmata mitigantia ex herbis ſtypticantibus; ſed interim etiam, quibus inſit uis ſedatiua, ueluti nymphea, hyoſcyamo, ſolano, plantagine, tragorigano, acedula, roſis, ſerpillo, uerbaſco, folijs cydonij, quercus, lentiſci, oenãthes, agrifolij, &c. in aceto, uel oxygala, ſeu garo ſimul elixatis. Sedato dolore, confortetur patiens cum ſequenti condito. *Emplaſtrum mitigatiuum ſtypticũ, anodynum.*

Recip. Conſeruæ roſarum antiquæ, Micletæ, ana unc. i. ſandali rubei, unc. ſ. pulueris ſeminum pſylij aſſi, plantaginis, acetoſæ, boli armenij, lapidis hæmatitis, ana drac. ſ. coralli rubri, karabe, ana ſcrup. i. pulueris ſiliquarũ dulcium, ſeu ceratiorum, drac. iij. cũ miua cydonite, & ſyrupo roſato, *Conditũ cõfortatiuum.*

roſato,ana q.ſ.fiat conditum.

Miſtura reſtrictiua confortatiua.

Miſtura reſtrictiua, & cõfortatiua. Recip. *Lapidis hæmatiteis,ſcru.i.karabe, coralliorum rubeorum, pſylij aſſati,oßis de corde cerui, ana ſcrup.i. electuarij Athanaſiæ,drach.i. Diſtemperentur cum ſucco plantaginis.*

Aluo impotentius per catharticum citata,detur hæc miſtura,quæ ſtringit,& confortat.

Aliud elect. ad idem, & quęcũq; fluxũ uentris. Recip. *Margaritarum electarum,drac.i. thuris,drac. ſem.maſtyches, drach.i.ſem. nucis moſchatæ,macis,ana drach.ſem. coralli rubei,boli armenij, lapidis hæmatitis, ana drac.ij.Fiat puluis ſubtilis:infundatur prius in unc.i. ſyrupi menthacei modicum calefacti:ſtet ternis horis:poſt adde ſacchari roſacei uetuſtißimi,unc.iij.diacydoniteis ſine ſpeciebus,aromatici roſati,diagalangij,ana unc.i.cum ſyrupo menthaceo,q.ſ.fiat miſtura.*

Durante uerò adhuc fluxu,ſiſtatur ſic.

Potus. Recip. *Argillam furnaceam pluries aduſtam, q.v.decoquatur in aqua chalybeata bene, & detur potui:reprimit enim fluxum breui.*

Puluis expertus in profluio eodem.

Puluis expertus in cõſtringẽdo,& confortãdo quęcunq; fluxũ. Recip. *Boli armenij,terræ ſigillatæ,nucis cõbuſtæ,omnium ana drach.iij.ſeminum acetoſæ,lactucæ,hyoſcyami, portulacæ,enduiæ,plantaginis,acinorum de malis punicis,& uuis,omnium ana drac.i.opij,camphoræ,croci,ſingulorum gran.x. Torrefiant omnia,& fiat puluis ſubtilißimus;quo uti conuenit in dolore dyſenterico,inteſtinali,& etiam uentrali,in cibis,uel cum liquore aliquo ſtyptico, uel cum aliarum potionum prædictarum in ſuperioribus cap. Valet idem puluis in hiſterico, & hæmorrhoidali*

rhoidali fluxibus, per modum inſpergij adhibitus in peſſulis. Valet etiam cæliacis, uel aluinis, & tenaſmonicis.

Emplaſtrum reſtrictiuum.

Reci. Thuris, maſtyches, ana unc. i. boli armeniaci, unc. ſem. tragacanthi, unc. ij. ſucci menthæ, unc. iiij, uel q. ſ. Miſce, &c. Emplaſtrum reſtrictiuum

DE VERMIBVS VENTRIS, CAP. LXI.

L*ICET in pluribus corporis humani partibus, poteſt generari materia uermium, & cauſa efficiens exiſtat in pluribus partibus, tamen de his tãtùm agatur, quæ in inteſtinis generantur.* Vermes uentris.

Sic cauſa generalis uermium eſt in unoquoque, putrefactio humiditatum. Ita cauſa uniuerſalis uermium in hominibus eſt ex putredine de toto. Cauſæ uermium.

Prius ergo determinandum de ſpeciebus earum; ſecũdò, de cauſis; tertiò, de ſignis, tam demonſtratiuis, quàm prognoſticis.

Species uermium tres diſtinguuntur.

1 *Vna, in inteſtinis quidem, quæ dicuntur rotundi, & ſubtiles, generati in inteſtino recto, & aßimilantur tarmis, hoc eſt, uermibus, qui naſcuntur in caſeo putrefacto.* Tria uermiũ genera. Rotundi.

2 *Altera, qui ſunt lati, curti, non longi, & uocantur cucurbitini, ut ſi cucurbitæ naſcuntur in inteſtinis medijs.* Lati.

3 *Tertia, qui ſunt longi, & etiam ſubtiles, & rotundi, qui uocantur lumbrici, qui generantur in inteſtinis ſuperioribus.* Longi.

Diſtinguuntur ex parte materiæ, quæ dicitur eſſe phelmatica. Phlegma.

Poſt,

Canon. *Poſt,ſciendum, quòd ex alio humore non poſſunt generari, quàm ex phlegmate.*

Canones. *Eſt autem phlegma hoc in inteſtinis: eſt enim illa materia modica, quæ non poteſt ibi retineri, cum ſit propè exitum ani, & illi ut plurimum cum fecibus euacuantur.*

Cucurbitini *Cucurbitini uerò generantur in inteſtino colo, & cellulis eius, & multoties etiam ſunt lati, craſsi, & paruæ longitudinis.*

Doctrina. *Contingit enim ut inter unam cellam, & alteram contineatur phlegma uiſcoſum, quod contineat ramum unum cum alio; & uidetur quòd ſit uermis ualde magnus, & longus, & non eſt.*

Lumbrici. *Ita lumbrici ſunt ſubtiles, & longi aliquando ad quantitatem palmæ, uel cubiti; etiam generantur ex phlegmate putrefacto ſubtiliore.*

CAVSAE.

Cauſæ.

Cauſa efficiens eſt duplex.

Cā efficiens eſt duplex. *VNa, præparans, eſtq́; putredinalis. Secunda, inducens formam, & eſt uirtus rectiua totius, mediante calore naturali; & in tali nota, talem formam illius animalis inducit.*

Cā remota, materialis. *Cauſa remota materialis eſt, repletio ex multo cibo malo, ebrietas, & quæcunque habent cibaria diminutè cōquærere, & diſponere ad generationem phlegmatis.*

Lumbrici. *Et lumbrici ſunt quandoq; in roſtris ita acuti, ut quòd uenientes ad ſtomachum inducunt dolorem; & expelluntur quandoque per os, & nares, & aliquando perforantur inteſtina, ut dicunt quidam.*

Cauſæ ſunt uermes aliorū morborū. *Aliquando propter malitiam harum generantur nocumenta cordi, & cerebri: unde ſyncopem, & epilepſiam, aliquando ſubitam mortem inducunt.*

SIGNA VERMIVM.

EOrum, quæ apparent tempore ſomni, apparent etiam tempore uigiliarum: quia aliquando mordicati mouentur in lectis, & expergiſcuntur, clamãt, & uidentur territi ex aliqua cauſa ipſos moleſtante, & apparet in ſomno ſaliua in ore, quia humiditas illa aggregatur in ſomno.

2 Secundò, in uigilia habent ſiccitatem oris, & labiorum, quia calor naturalis exteriora petens, exiccat illas humiditates, dentes ſtrident aliquando in nocte; & garriunt propter hos fumos eleuatos à materia uermium, quæ eſt maligna, & corrupta: tempore uigiliæ adduntur iſta: & quandoque maſticant, ac ſi aliquid haberent in ore, propter uapores malos, eleuatos ad cor, & cerebrũ: quandoque patiuntur pruritum in naribus: quandoque alleuantur, ac ſi eſſet phreneticus: quandoque incurrunt cordis tremorem, & epilepſiam; quæ omnia procedunt ab una cauſa, ſcilicet, malis uaporibus eleuatis: quandoque apparet in uentre inordinatio quædam, & in ſtomacho: & hoc præcipuè, quando patientes ſunt ieiuni, & quando uermes non inueniunt cibum in inteſtinis, & ſtomacho, mouentur quandoque pungendo. Signa uermium.

Aliqui Authores referunt, quòd quandoque perforant inteſtina, & exeunt: quod mirabile: & ideò præcipiunt Authores, quòd nunquam ſine cibo debet eſſe patiens. Canon.

CVRA.

QVatuor ſunt curandi intentiones. Quatuor curãdi uermes intentiones.

1 Prima eſt, prohibere generationem uermium materiæ.

2 Secunda eſt, euacuare talem materiam, iam genitam. Prima intentio.

3 Tertia eſt, interficere uermes.

4 Quarta eſt, interfectos è corpore educere. Diæta.

1 Primò,

1 Primò, conſiderandum eſt regimen ſex rerum, declinans ad frigidum, & humidum; nam propter tale multiplicatur materia phlegmatica, quæ eſt cauſa, & materia uermium.

Craſſæ carnes uitãdæ. Non comedat ergo craſſas carnes, & uiſcoſas, ueluti porcinas, uitulinas, agninas, propter humiditatem multã.

Carnes licitæ. Comedere poteſt de caſtrato, ſeu pullis communiter, quæ habent abſterſionem in ſe, non autem uiſcoſitatem.

Vinum. Vinum ſit ſubtile, antiquum, in modica quantitate.

Quæ uitãda. Vitet dulcia, & unctuoſa omnia.

Secunda intentio.

Secunda intentio. Secunda intentio perficitur digerendo materiam cum digerentibus phlegma, & contrariantibus uermibus.

Digeſtiua.

Vnde fiat iſte ſyrupus.

Syrupus digeſtiuus. Reci. Syrupi acetoſitatis citri, ſyrupi de endiuia, unc. i. ſyrupi de abſynthio, ana unc. i. aquarum abſynthij, graminis, portulacæ, ſingulorũ ana unc. i. Miſce, fiat ſyrupus.

Alius ſyrupus ad idem, magiſtralis.

Syrupus ad idem. Recip. Herbæ agrimoniæ, radicum graminis, ana man. i. ſiliginis. drac. i. coriandri præparati, corticum capparorum, & radicum eorundem, ana drac. ſem. ſeminis portulacæ, centonici, ſingulorum parum. Omnia contundantur, & bulliant in ſ. q. aquæ ad conſumptionem medietatis: colaturæ adde mellis, q. ſ. & reducatur ad formam ſyrupi: cui adde aceti, unc. iij. de iſto ſyrupo recip. unc. i. ſem. cum aquis ſupraſcriptis, unc. iij. & detur.

Digeſta materia, fiat euacuatio cum ſequentibus pilulis.

Euacuatio. Pilulæ ſolutiuæ. Reci. Aloes ſubcitrini, drac. i. myrrhæ, drac. ſem. croci gran. xij. rhæobarbari electi, ſcrup. i. agarici trochiſcati, drach. ſem. turbith electi, ſcrup. ij. zinziberis, ſalis gemmæ, ana

me, ana gra.iiij. omnia puluerizentur, & cum ſyrupo abſynthite, fiat maſſa pilularum, de quarum drach.i.& fiant inde pilulæ num.vij. Hæ nãq; interficiunt uermes, & euacuant materiam.

Vel detur medicina in forma potabili.

Potus ad idem ſolutiuus. Rec. *Florum boraginis, bugloſſæ, uiolariũ.m.ſ. corticũ capparorum, & radicum corũ, corticum fraxineorũ, capilli ueneris, ana drach.i. radicum graminis, ſiliginis, ana ſcrup.ij. bulliant in.ſ.q. aquæ abſynthij, ad conſumptionem medietatis. Colaturæ recipe.q.ſ. ad diſſoluendum, diacatholiconis unc.ſ. ſi patiens eſt iuuenis. Si uerò puer* *Canon.* *infra xiiij. annos, dentur ſolum drach.ij. pro lenitiuo, eleſcoph drac.i. rhæobarbarici electi ſcrup.i. ſpicæ gran.i. Si tamen iuuenis eſſet, dentur electuarij eleſcoph drach.ij. rhæobarbarici ſcrup.ij. ſpicæ gra.ij.*

Tertia intentio. *Tertia intẽtio.*

Vermes interficientia. *Pro tertia intentione medicinarum, interficientiũ uermes, quædam exhibentur intus ſiue per os, quarum nonnulla recenſuimus. Quædam exterius, ut emplaſtra, linimenta, clyſteria.* *Ab extra.*

Balneum. *Educuntur etiam uermes quandoq; per balneationem, ſed raro: ubi uermes eſſent in inteſtino recto, quales ſunt parui.*

Eorum igitur quæ per os exhibentur, quædam ſunt ſimplices, quædam compoſitæ.

Simplices medicinæ. *Simplices laudatæ ſunt iſtæ, præcipuæ calidæ. Semen apij, quod multum ab Auicenna laudatur, in prima tertij, pulueratum, & datum cum ſyrupo acido ſimplici unc.ij. & aquæ graminis tantundem.* *Semen apij.*

Macedonicum. *Item ſemen herbæ, quæ dicitur macedonicum, ſimiliter exhibitum.*

Bb *Dyptamus*

Dyptamus. *Dyptamus albus puluerizatus ſubtiliter,& cum aqua decoctionis eius,uel aquæ raphani unc.ij.potui datus,non ſolum uermes,ſed & fœtum mortuum à matrice expellit, ego exhibeo cum aqua ſauinæ.*

Canon.

Puluis. *Puluis ſeminis gith datus,ut ſemen apij,idem facit.*

Zedoaria. *Item zedoaria tenuiter trita, & eodem modo data operatur.*

Calida. *Quædam minus calida ad idem ualent ſicuti coriandrum præparatum,& inſtar pulueris exhibitum.*

Coriădrum.

Portulaca. *Item ſemen portulacæ,cornu cerui uſtum, & præpatum, doſis eſto utriuslibet drach.i.per ſe, uel cum aquis appropriatis:utputa aqua agrimoniæ,ualerianæ,fœniculi,abſynthij,ruthæ,uiolarŭ,arthimiſiæ.* Ex cōpoſitis *ſunt, theriaca, mithridaticŭ,de quibus poteſt dari drach.i. uel i.ſ.ſtomacho ieiuno,cum uino meraco.*

Cornu cerutinum.

Aquæ competentes.

Peculiariter autem ualet ſubſequens electuarium magiſtrale.

Electuariŭ ad idem. *Reci. Tormētillæ,dyptami albi,ſeminis apij,zedoariæ,ana drach.i.cornu cerui uſti,raſuræ eboris, ſeminis plantaginis,ana ſcru.i. pulucrentur omnia tenuiter, & cum melle cocto fiat electuariŭ arte.doſis drac.i.ieiune.*

Canon.

Si uis dare interficientia uermes,dandum cŭ melle,uel ſaccharo uel lacte,& cum nutrimēto fiat ſic uenenum.

Quarta intentio.

Vermes educentia. Educētia uermes per inferiora,uidelicet per clyſteria.

Clyſtere,p uerminantibus. *Recip. Sebeſten numero xv.bulliant in.ſ.q. aquæ,donec bene intumuerint,deinde manibus fricetur,ut ſuccus exeat. De hac decoctione recipe libram.i.in qua diſſolue, zucchari rubri unc.i.butyri recentis,ſine ſale, mellis crudi,ana*

di, ana unc. ſ. uitellū oui, ſalis parū, & ſine oleo, fiat, &c.

Aliud ad idem.

Recip. *Lactis uaccini, uel aſinini, unc. x. zucchari parum, fiat, &c.*

Quantum ad exteriora fiat emplaſtrū.

Recip. *Succi abſynthij, ruthæ, praſij, mercurialis, ana unc. iiij. farinæ lupinorum lib. ſ. ſeminis apij, naſturtij, macedonici, ana drac. ij. puluerizanda puluerizentur, & ſimul permiſta reducantur ad formam emplaſtri, uel linimenti.* — *Ab extra. Emplaſtrum ad idem.*

Aliud ad idem.

Reci. *Foliorum abſynthij, abrotani, ſaluiæ, ana. m. i. ſ. bulliant in ſ. q. aceti, & aquæ infundatur ſpongia, uel pecia quæ ponatur circa ſtomachum, & uentrem.*

Vnctio ad idem.

Reci. *Olei abſynthitis, ruthacei, amygdalini amari, ana unc. i. ſucci abſynthij, ruthæ unc. ſ. tormentillæ, dyptami albi, zedoariæ, ana drach. i. cornu cerui uſti ſcrup. ij. ſeminis plantaginis, coriandri præparati, ana drach. ſ. raſuræ eboris ſcrup. i. puluerizanda puluerizentur, & cum modico ceræ fiat unctio, partes ſuperiores ſtomachi, & regio cordis ungantur.*

Item ualet theriaca, & mithridatum, circum circa nares, & tempora applicata, pellunt uermes ad inferiora, nec ſinunt eos aſcendere ad ſuperiora. — *Theriaca mithridaticum.*

APPOSITITIAE MEDELAE.

Syrupus diacapparis, ualens contra uermes uentris.

R*Ecip. Corticum capparorum lib. ſ. decoquantur in ſucco radicis ebuli. q. ſ. & addito ſacharo, fiat ſyrupus arte, doſis unc. i. plus'ue, per ſe, uel cum aqua agrimoniæ,* — *Syrupus de capparis ad idem.*

moniæ, uel rapiſtri.

Puluis contra lumbricos,& peſtem expertus.

[*Puluis ad idem,& contra peſtem.*] Recip.*Centonici in aceto fortiſsimo per diem naturalem infuſi,boli armenij præparati,ana unc.i.radicis dyptami unc.ſ.raſuræ cornu cerui combuſti, ſeminis portulacæ,endiuiæ, caulium,ana drach.ij.ſeminis citri,corticũ citri,radicis tormentillæ,tunicæ, terræ ſigillatæ, margaritarnm ſplendidarum,coriandri præparati, ana dra.ij.ſ. fragmentorum ſmaragdi, ſaphyri,hiacynthi,granatorũ, rubini,ana drach.i.coralliorum rubeorum, drac.i.ſ. ſetæ combuſtæ, ſeminis plantaginis,ana drach.ij. oſsis de corde cerui,raſuræ eboris,ana drach.ſ.unicornij ſcrup.i.fiat puluis.Huius pulueris uſus eſt cum conſerua roſarum, & modico uini,& aqua ſcabioſæ acetoſæ,uel portulacæ.Sed* [Pro pueris.] *pueris lactantibus, exhibetur cum modico lactis.* Et *ex* [*Opiatum.*] *hoc puluere poteſt fieri opiatum cum ſyrupo citreo, uel cum ſaccharo roſato.*

Inter alia ἀποτροπαία, præſentiſſimum eſt illud, in forma pulueris, qui eſt expertus aduerſus omne genus uermium.

[*Puluis expertus contra omnium uermium genus.*] Reci. *Lupinorum menthæ,abſynthij, centaurij, cornu cerui uſti,myrrhæ,hermodactilorum, colocyntidis, aloes, ana unc.ſem. ſeminis centonici, ad pondus omnium.doſis drac.ſ.Pueris uerò minus,pro reſpectu ætatis.*

[*Pueri.*] *Item olei de lignis colurnis deſtillati, pueris guttæ.ij. ſenioribus ternæ, ſeu quaternæ datæ ſummo mane, cum* [*Ad idem.*] *mica panis, uermes enecat, & per ſeceſſum deijcit. Eſt* [*Cautio.*] *medicamen forte, ob id cautim agendum, hoc puellis & inualidis exhibendo.*

DE VERMIBVS ANI, CAP. LXII.

DVPLEX *eſt intentio in curatione uermium ani.* *Vermes ani*

Vna uergit ad cauſam coniunctam, & ad ipſos uermes.

Alia ad cauſam antecedētem, & ad ipſum phlegma, ex quo generantur uermes.

Prima intentio.

Quantum ad primam intentionem, debemus applicare remedia, quæ uermes interficiunt, & mundificant anum à phlegmate craſſo, & uiſcoſo. *Prima intentio.* *Vermes interficientia.*

Primo ergo fiat talis ablutio ani.

Recip. Aceti unc. iiij. oxymellis ſimplicis unc. ij. miſceantur, & caleſiant, ac infundantur peciæ lineæ, in tali liquore, & abluatur anus, deinde ſedeat patiens in infraſcripta decoctione. Recipe abſynthij, praſſij, foliorū perſici, ſtæchadis Arabici, ana. m. ij. amygdalarum amararū parū piſtarū unc. ſ. (aliàs unc. iij ſ.) bulliāt omnia in. ſ. q. aquæ, ad conſumptionem tertiæ partis, deinde patiēs ſedeat cum ano in iſta aqua, deinde exiccetur anus, & cum ſequenti inunctione inungatur. *Ablutio ani* *Inſeſſus ad idem.*

Reci. Olei amygdalini amari (aliàs dulcis) olei abſynthitis, olei de nucleis perſicorum, ana unc. i. aloes nō loti, drach. i. ſ. colocinthidis interioris, agarici, ana drach. ſ. pulverizanda pulverizentur, & cum prædictis oleis bulliant unica ebullitione, & cum modica cæra fiat unguentum, & inungatur anus uſq; ad interiora. Eſt enim iſta unctio abſterſiua phlegmatis, & interfectiua uermium. *Vnctio ad idem.*

Quantum ad ſecundam intentionē, quæ uergit ad cauſam antecedentē, digeratur primo illa materia phlegmatica, *Secunda intentio.* *Digeſtiua.*

tica, uiſcoſa, cum infraſcripto ſyrupo.

Secunda intentio.

Syrupus digeſtiuus. Reci. *Syrupi de duabus radicibus unc.i.oxymellis ſcyllitici unc.ſ. (aliàs oxymellis ſcyllitici, & ſimplicis, ana unc.ſ.) aquarum abſynthij, fœniculi, capillorum ueneris, ana unc.i.miſce, fiat ſyrupus, & detur calidus in mane.*

Facta *digeſtione, detur ſequens medicina, in forma pilularum.*

Euacuatio. Pilulæ ſolutiuæ. Recip. *Pilularum aggregatiuarum, pilularum de hiera* Nicolai, *turbith boni electi, ac mundi à cortice ſua, ana ſcrup.i.ſalis gemmæ, zinziberis, ana grana.ij. Quidam addunt piperis parum, pulueriżanda pulueriżentur, & cum oxymelle ſimplici fiant pilulæ numero ſeptem. Et exhibeantur ante diem per horam: illinc à quinq; horis*

Lauatiuum. *detur lauatiuũ, ex brodio cicerum, cum zucchari rubeo,*

Canon. *& abſtineat patiens ab omnibus multiplicãtibus phlegma craſſum, & uiſcoſum. Unde illud regimẽ in uermibus ani*

Regimen. *competit quod competit in regimine aliorum uermium, puta inteſtinorum.*

ADDITIONES PROPRIAE.

Ad intra. Ad intra.

Bolus laxatiuus. PER *os detur talis bolus.* Reci. *Diaphœnici, electuarij Indi maioris, ana drac.ij.hieræ compoſitæ drac.iiij. diacolocynthidis, agarici trochiſcati, ana drach.ſ.miſce, cum ſacchari fiat bolus,*

Aliud ad idem.

Ad idem. *Sinapi confectum, & ſemen porri confectum, in ieiunio ſumptum, prohibet uermes ani generari.*

Ab extra. Ab extra.

Clyſma. *Iniiciatur per anum clyſma, paratum ex ſucco, uel aqua porri, uel ſcordij, & ſucco, uel uino decoctionis me-*

diani,

diani, corticis radicum ſambuci, atramenti ſcriptorij, & oleo caryino.

Poteſt in prædicto clyſteri ſumi, oleum ſinapinum, chryſomelinum, fel uaccinum, ſepum Hircinum, *oleum capparinum.* Additio.

Aliud ad idem.

Recip. Aquarum ruthæ, abſynthij, centaurij, gentianæ, abrotani, quartale.ſ. olei lmini unc.iij. fellis caprini, uel hircini numero.i. mellis anacardini parum, in quibus diſſolue, hieræ picræ unc.ſ. ſalis gemmei ſcrup.i. uel dra.ſ. miſce, fiat enema. *Aliud ad idem.*

Vnguentum ad idem, in quo intingatur licinium filatum, & ano imponatur per noctem integram.

Recip. Pomum citrium nume i. *excauetur uſq; ad corticem, poſt impone ſucci abſynthiteis, pulueris aloetici, fellis taurini, ana.q.ſ. ad infarciendum dictum pomum, bulliant parum ad ignem. In hoc pomo adde etiam ceræ exiguum, & fiat unguentum arte.* De quo etiam *ſi modicum in prædicto clyſteri colliquefiat, erit medicina expertiſſima ad tineolas podicales.* Vnctio ad idem.

Ad idem ualent peſſaria, cap. de ducentis menſibus cõ memorata. *Peſſaria.*

DE HAEMORRHIODIBVS, ET EARVM RETENTIONE, CAP. LXIII.

Hæmorrhoides, & earũ retentio.

Definitio.

HAEMORRHOIDALIS *fluxus eſt fluxus ſanguinis per uenas, quæ ſunt in ano.* *Definitio.*

CAVSAE, ET SIGNA.

Cauſas, & *ſigna pete à* Gordonio, *in cap.* *Cauſæ, & ſigna.*

in cap. proprio.

CVRA.

Triplex curandi intentio.

Cura hæmorrhoidarũ perficitur triplici intentione.
1 *Prima eſt, prouocare ſanguinem hæmorrhoidalem, & aperire hæmorrhoidas, per phlebotomiam ſaphenæ.*
2 *Secunda intentio eſt, ſanguinem ſuperflue emanantem reſtringere.*
3 *Tertia intentio eſt; ſedare dolorem, cum uehemens fuerit, iuxta illas intẽtiões dixit Auicẽna. Quòd medicinæ, quæ fiũt in hæmorrhoidibus quædã ſunt prouocãtes, quædam reſtringentes, quædam ſunt dolorem ſedantes.*

Auicenna. Medicinæ triplices. Prima intẽtio.

Prima intentio.

Apertio. Phlebotomia. Sanguiſugæ. Euacuatio atræ bilis.

Prima intentio in curatione hæmorrhoidarum, in aperiendo eas, perficitur cum phlebotomia uenarum, quæ ſunt ſub poplite, & cum applicatione ſanguiſugarum circa loca hæmorrhoidarum. Si autem phlebotomia non cõtulerit, nec ſanguiſugæ, euacuetur humor melancholicus, qui eſt admiſſus ſanguini, cum digerentibus, & poſtea euacuantibus.

Mollificatio

Sed antequam aperiantur, & prouocentur hæmorrhoides, oportet prius eas mollificare, & poſtea aperire.

Balneũ mollificatiuũ.

Mollificantur autem cum ſequenti balneo.

Recip. Maluarum cum radicibus, radicum altheæ, camomillæ, meliloti, anethi, ſeminis lini, foliorum caulium, ana m. i. (aliàs lib. i.) tapſi barbati m. ſ. bulliãt in ſ. q. aquæ, ad conſumptionem tertiæ partis, deinde patiens ſedeat in tali decoctione, uel recipe ſpongiam uel filtrũ, infuſum in tali decoctione, & ſic applicetur hæmorrhoidibus.

Vnctio ad idem.

Deinde fiat ſequens inunctio.

Reci. Adipis anatis, anſeris, gallinæ, ana unc. i. butyri

recentis

recentis ſine ſale unc.ſ.olei amygdalini dulcis unc.i. liquefiant omnia iſta,& cũ pauca cera citrina fiat unctio, qua ungantur hæmorrhoide.

Ad idem unguentum expertum, ad remolliendum, ac etiam reſoluẽdum hæmorrhoidas, & ad ſedandum dolorem.

Recip. malorum matianorum, à quibus extrahatur totum, quod intus eſt, ſcilicet, pulpa, & reliqua; puta, ſemina, & cortices interiores abijciantur: deinde bulliant in ſ.q. ſapæ, id eſt, uini cocti, quouſq; perfectè coquantur: deinde ponantur in mortario, & piſtentur; & eis adde croci, gran. viij. medullæ panis bene tritæ, unc.ij. uitellum i. oui, olei amygdalini dulcis, olei uiolati, ana q. ſ. uel ana unc.i. Miſce, & reducantur ad formam emplaſtri, commiſcendo bene, & apponatur ſupra hæmorrhoides: & hoc maximè ualet in hæmorrhoidibus mortalibus.

Ad uerrucales autem hæmorrhoides fiat hoc emplaſtrum.

Recip. Vitellum oui i. conquaſſetur bene in oleo roſarum, in æſtate, in hyeme uerò, conquaſſetur cum oleo amygdalino dulci: & adde parum croci, & liniatur locus. Hoc *enim expertum eſt; & remollit hæmorrhoidas duras, & remittit dolores.* — *Linimentum anodynum in dolore hæmorrhoidali, expertum.*

Aliud emplaſtrum ad idem, remollitiuum hæmorrhoidarum.

Recip. Olei amygdalini dulcis, & amari, olei de chryſomelis, olei de nucleis perſicorum, ana unc.i. pinguedinis gallinæ, uulpis, ana unc. ſem. olybani, galbani, drach. ſem. (aliàs ana drac. ſem.) mucilaginis maluauiſci, mucilaginis ſeminis lini, ana unc. ſem Liqueſiant pinguedines, *& cum oleis,* — *Emplaſtrum mollitiuũ ad idem.*

oleis,& modico ceræ fiat unguentum ad modum emplaſtri ſuper hæmorrhoidas duras,& remittit dolorem.

Poſtquam autem hæmorrhoides fuerint mollificatæ, aperiantur. Poſſunt autem aperiri multis modis.

Apertio hæmorrhoidarũ *Primò enim aperiuntur cum phlebotomo, perforando ipſas,& etiam fiat foramen latum, ut ſanguis melancholicus,& craſſus exeat: uel applicentur ſanguiſugæ,& ſtet ſuper hæmorrhoidas, quouſq; bene impleantur,& quouſq; cadant per ſe: deinde poſtquam fuerint remotæ, dimittatur ſanguis ille malus exire,& per ſe fluere, ſecundùm debitam qualitatem.*

Fricationes. Cura. *Poſſunt etiam alio modo aperiri, ſicut per fricationes, cum panno lineo aſpero, ſic faciundo; infundendo pannum illum lineum in ſucco porri, uel cepe; in quo ſucco ponantur drac.ij. aloes pulueriʒati: deinde cum illo pãno ſic madefacto fricentur hæmorrhoides,& ſic fricatæ aperiãtur.*

Ad idem etiam eſt medicamen rumpens hæmorrhoidas.

Ruptoria. *Accipe folia ficuum, tempore quo habentur,& fricentur primò illa folia ſupra linguam, quouſque exeat lac; & poſtquam fuerint ſic præparata, tunc cum eis fricentur hæmorrhoidæ, ſcilicet loca hæmorrhoidarum. rumpuntur enim faciliter;& tantùm de prima intentione.*

Cura ad idẽ. *Nota; ultimum,& expertũ remedium ad hæmorrhoidas eſt, ipſas cum aqua calida extrahere,& poſtea ſanguiſugas apponere.*

Secunda intentio.

Reſtrictio. *Secunda intentio principalis eſt, ad reſtringendum ſanguinem hæmorrhoidalem ſuperfluè fluẽtem, quoniam multoties fluit ſanguis hæmorrhoidalis in quantitate ſuperflua, adeò quòd aliquando debilitatur infirmus,& ſæpe perducit*

perducit ad hydropiſim, ideò oportet hunc ſuperfluum flu xuxum reſtringere.

Reſtringatur autem diuertendo hunc ſanguinem ab illis uijs ad alias: unde phlebotometur baſilica, uel ſaluatella manus dextræ, quæ habent ſanguinem diuertere ab illis locis. Diuerſio.

Similiter dicit Gal. 1. *Terapeut. Si apponantur uentoſæ, aut una, uel plures; & hoc autem, ſine ſcarificatione, ſiue cum ſcarificatione, ſupra uentrem, uel ſupra ſumen, ut ſi ponantur uentoſæ cum ſcarificatione circa lumbos, aut rhenes. Hæ enim uentoſæ diuertunt, & ſtringunt ſanguinem hæmorrhoidalem.* Galenus.

Alio modo reſtringitur fluxus ſanguinis hæmorrhoidalis, cum his, quæ applicantur ab extra, & cum his, quæ ſumuntur ab intra. Diuerſio, & reſtrictio.

Ab intra.

Per ea, quæ ſumuntur ab intra, ſic accipiendo, unc. i. (alias drac. i. trochiſcorum de karabe) & diſſolue in aqua plantaginis, q. ſ. & uino rubeo ſtyptico, & exhibe. Potus ad idẽ

Ad idem ualet.

Si accipiatur drac. i. ſem. tripheræ minoris, deſcriptione Auicennæ 5. Canone, & diſſolue in uino rubeo ſtyptico. Ad idẽ alius

Ad idem aliud, quod eſt optimum inter alia remedia.

Accipiatur puluis ſcoriæ ferri præparatæ ſecũdùm artem, drac. ſ. & diſſoluatur in uino ſtyptico, & exhibeatur. Ad idem.

Modus autem præparationis ſcoriæ eſt iſte.

Accipiantur ſquamæ ferri, quæ cadunt dum cuditur; puluerizẽtur: deinde ponantur in aceto forti, & ſtent per iiij. horas: deinde exiccetur puluis iſte in aere, et denuo piſtetur Præparatio ſcoriæ.

ſtetur, & infundatur iterum in aceto forti, & parum ſtet in eo: deinde remoueatur, & iterum exiccetur; & hoc fiat ter, uel quater: & de iſto puluere exhibeatur, ut dictum eſt. Et de iſto puluere fiat etiam emplaſtrum, quod dicitur emplaſtrum de ſcoria ferri.

Emplaſtrum de ſcoria.

Ad idem aliud remedium.

Recip. Vinum rubeum ſtypticum, in quo infundatur radix hypericonis, uel folia eius per diem unum; & de iſto uino accipiatur ante cibum mane, & ſero, unc. ij.

Ad idem remedium, quod ego expertus ſum in menſibus, & hæmorrhoidibus conſtringendis.

Reſtrictiuum mẽſiũ, & hæmorrhoidarũ

Recip. Coralliorum rubeorum, coriandrorum præparatorum, oſsium dactylorum, ana drac. i. Fiat puluis ſubtilis: & de iſto puluere detur drac. ſem. cum uino ſtyptico calido in mane ante cibum per quatuor horas.

Canon.

Ea, quæ ualent in retentione ſanguinis hæmorrhoidalis ab extra ſunt, pulueres nonnulli, & balnea, &c.

Balneum ad idem ualens, fit hoc modo.

Balneum ad idem.

Recip. Corticum granatorum, balauſtiorum, ſumachij, ſtychados, hypoquiſtidos, roſarum rubearum, florum plantaginis, ana man. i. Bulliant omnia in aqua ferrata: & eſt illa aqua, in qua fabri extinguunt ferra ignita: ſedeatq; patiens in huiuſmodi aqua, ſecundùm anum ſolum.

Emplaſtrum ad idem.

Nota.

Recip. Tapſi barbati, man. i. uel ij. Bulliant in ſ. q. uini ſtyptici ad perfectam decoctionem: deinde piſtentur in mortario: cui adde pulueris gallarum, thuris, ana drac. i. & cũ oleo roſato impinguetur, & fiat emplaſtrũ.

Aliud reſtrictiuum.

Aliud remedium ad idem, & expertum eſt.

Recip. Pulueris bufonis cõbuſti; & eſt rana terreſtris, in furno

in furno exiccata, & de illo puluere ponatur ſuper hæmorrboidas: ſtringit enim à proprietate: nec timetur eius uenenum, quia per aduſtionem reſoluitur.

Ad idem ualet, ſi accipiantur ſanguiſugæ, poſtquàm cadant plenæ ſanguinis hæmorrhoidalis; exiccentur, pulueriꝫentur, & apponantur uenis hæmorrhoidalibus.

Ad idem puluis alius, retinens ſanguinem, undecunque fluat.

Recip. Aloes, thuris, boli armenij, ſanguinis draconis, pilorum leporis minutim inciſorum, ana drach. ii. Omnia pulueriꝫentur ſubtiliter, & miſceantur cum tela aranea, ſumpta ex parietibus molendini, & applicetur: ſtringit enim ſanguinem potenter. Puluis reſtrictiuus ſanguinis, undecunque fluat.

Alius puluis ad idem.

Recip. Pineæ combuſtæ, filtri combuſti, gypſi, gummi arabici, pilorum leporis minutiſſimè inciſorum, ana partes æquales. Pulueriꝫentur ſubtiliter, & miſceantur cum albumine oui, & applicentur.

Tertia intentio.

Quantũ ad dolorem, fiat eius ſedatio, & ſic perficitur. Antequam applicentur ſedantia dolorem, & præcipuè cũ dolor aduenit propter magnam inflammationem, uel poſt inciſionem, uel ex apoſtemate calido, uel frigido ibidem genito; tunc procedere debet remotio, & diuerſio cauſæ eiuſdem doloris; & hoc fit, cum phlebotomia baſilicæ, uel cũ euacuatione materiæ melancholicæ, uel cholericæ, prius tamen ipſam digerendo, & poſtea euacuando; deinde uenire ad ſedantia doloris. Vnde ſedatiuum poſt inciſionem fit tale. Tertia intẽtio. Sedatio doloris. Diuerſio. Phlebotomia Euacuatio.

Recip. Radicum altheæ, man. i. Coquantur in oleo oliuarum dulci decoctione perfecta, & per modum emplaſtri apponatur Emplaſtrum anodynum.

apponatur loco doloroſo, tamen prius debet eſſe piſtata: ſedat enim dolorem.

Aliud ad idē — *Ad idem ualet, ſi accipiatur porri, ſcilicet pars alba, & decoquatur ſub cineribus, & piſtetur cum butyro recē ti, ita quòd reducatur ad formam emplaſtri, uel linimenti.*

Experimentum ad hæmorrhoidas, quando exeunt, probatiſſimum: eſtq; ſedatiuum doloris in omnibus.

Experimentū anodynū. — *Recip. Olei ſeminis lini, unc. ſem. ſtercoris gallinæ pul uerizati, drac. ij. Bulliant ſimul in una lucerna, uel in aliquo alio uaſe, ungatur locus doloroſus, & apponatur.*

Dolor uehemēs cū apoſtemate frig. — *Vbi autem eſſet dolor uehemens cum apoſtemate, ſicut plurimum fit, & præcipuè in apoſtemate frigido, ſedatiuum doloris à principio fiat tale.*

Emplaſtrum ad idem. — *Recip. Meliloti, lentium excorticatarum, ana q. v. Pul uerizētur ſubtiliter, & cum uitello oui, & oleo roſato reducantur ad formam emplaſtri, & apponatur.*

Aliud ad idem.

Aliud ad idē — *Ad idem ualet, accipiendo ij. uitella ouorum, & diſſol uantur in oleo roſato: cui adde croci, gran. vi. & reducan tur ad formam emplaſtri, ac ſuperponatur.*

Aliud ad idem.

Aliud ad idē — *Ad idem ualet cepe i. album, ſcilicet, quod comeditur, & decoquatur ſub cineribus: deinde piſtetur, & cum butyro recenti ſine ſale liquefacto, & cum uitello i. oui, & modico croco fiat emplaſtrum.*

Ad idem, in proceſſu, quando iam apoſtema incipit diſſolui, fiat ſequens emplaſtrum.

Aliud in diſ= — *Recip. Camomillæ, meliloti, anethi, ana man. i. Pulue rizentur*

rizentur ſubtiliter, & cum mucilagine ſeminis lini, & althee, reducantur ad formam emplaſtri, & apponatur. *ſolutiõe apoſtematis.*

Vbi autem eſſet dolor uehemens, ſicut ut plurimũ contingit, ex apoſtemate calido, fiat tale emplaſtrum. *Aliud in dolore uehemẽti, ex apoſtemate calido.*

Accipias pomum unum magnum, & inuoluatur ſtuppa madefacta in aqua, & ſub cineribus perfectè decoquatur; deinde accipiatur pulpa illius pomi, & eidem addatur uitellum i. oui, butyri recentis ſine ſale, unc. ſ. croci, gra. yi. Miſce per modum emplaſtri, ponatur ſuper locum.

Aliud ad idem.

Recip. Herbæ ſolatri, man. ij. piſtentur inter duos lapides, & reducantur ad formam emplaſtri, & applicetur: tollit enim mirabiliter dolorem. *Aliud ad idẽ*

Ad idem ualet, & expertũ eſt ab Alberto.

Recip. Anguillam i. cuiſceretur, & abſcindãtur extrema, deinde reſiduũ anguillæ inciſum piſtetur, & ponatur in olla uitreata ad ignem, & cũ pinguedine, ac liquore, qui remanet in fundo uaſis, inungãtur loca hæmorrhoidarum. *Aliud Alberti ad idem.*

Ad idem ualet, & expertum eſt.

Accipiendo procelliones, & ſunt uermes, qui ſolẽt eſſe ſub lapidibus, uel figuli uaſis, & aliàs onyſci, & tyli dicũtur, uermiculi pluribus pedibus, colore fuſco, qui tacti, arcuant ſe, ac in globum contrahunt, quãtum uolueris, & facies eos bullire in pinguedine gallinæ, & butyro recenti ſine ſale, quouſque diſſoluantur, & perfectè decoquantur; deinde piſtentur, & apponantur per modum emplaſtri. *Procelliones Emplaſtrum ad idem.*

Quando autem iſta non contulerint, fiat ſequens linimentum.

Reci. Vitella ouorum, num. ij. Diſſoluantur in oleo uiolarum, & roſarum, q. ſ. & adde opij puluerizati, ſcrup. ſ. croci, gran. yiij. Fiat linimentum. *Linimentum ad idem.*

Ad

Ad idem, quando alia non contulerint.

Balneum ad idē anodynū. Recip. Florum nenupharis, uiolarum, corticum papaueris albi, hyoſcyami, ſeminis anethi, roſarum rubearum, ana man. ſem. Bullitant omnia in ſ. q. aquæ, & in tali decoctione ſedeat patiens; nam tale balneum ſedat dolorem, aliquo modo ſtupefaciendo.

Ad idem ualet, & utilis eſt ſequens unctio.

Vnctio ad idem. Recip. Olei de ſemine lini, unc. iij. (aliàs. iiij.) ſtercoris catti exiccati, unc. ſem. (aliàs ſtercoris catti exiccati, & ſtoracis coſti exiccati, ana unc. ſem.) Pulverizetur ſtercus felinum ſubtiliter, & cum dicto oleo bulliat ſimul, & tandem fiat unctio, uel linimentum.

ANNEXA PHARMACA.

Experimēta Diuæ Hyldegardis. Holuſculum reſtrictiuum Potus. Vnctio. Diua Hyldegardis in libello de cauſis, & curis morborum, ab ea inſcripto; cuius authographū bibliotheca mea capit; aſſerit certum eſſe experimētum in reſtringendo hæmorrhoidali fluore, ſi quis holuſculum ex gamandrea herba paratum comederit, uel ſuccum frondium rubi, & ſanguinariæ, mero temperatum biberit; poſt, fiat inunctio cum uernice pictoria, ſtatim ſiſtit.

Vnguentum expertiſſimum ad dolorem hæmorrhoidarum, & ſycoſes, ſeu ficus.

Vnguētū in dolore hæmorrhoidali & ficubus, expertum. Recip. Vitellum oui i. olei roſarum, unc. i. pulueris zucchari optimi, & ſubtilis, aut zucchari candi, unc. ſ. croci, ſcrup. ij. uitellum, & oleum roſarum diu agitētur, & miſceantur ſimul; deinde addantur alia, & ſuperpone ficui, & hæmorrhoidibus ſuper panno extenſum.

D. Beyſeri cura. Cura Beyſeri medici.

Linimētum, Linimentum ad idem, ſanans, & mitigans.

Recip. Sulphuris, gummi cedri, cāphoræ, ſucci florum uiolarum

uiolarum purpurearũ, uel hyacinthi, uel ſucci ſolatri mortalis, hyoſciami nigri, ana unc. ſ. uel drach. ij. albuminis ouorũ q. ſ. ad incorporãdum adde parũ pulueris myrrhæ, lycij, gallarũ, ana ſcrup. i. fiant licinia, uel proſthet axylina, uel bombicina, uel de ſerico crudo, bene carpto.

uel l cinium ſanatiuũ, & mitigatiuũ, ad idem.

Puluis eiuſdem expertus ad idem.

Reci. Gallarum (melius opinor) gallæ omphacitidis, q. v. terantur in puluerem.

Puluis eiuſdem, ad idẽ.

Poſt recip. Oxyrhodini, ideſt aceti roſati, & temperentur ſimul, ſuperponatur loco dolenti, ubi Sycoſes apparen‛, & quotienſcunq; inaruerit, denuo ex dicto liquore acido rurſum irrigetur, & ſubhumido pãniculo exceptũ reponatur ſuper locum ut ſupra. Quod ſi apertæ fuerint hæmorrhoydes, aridum apponatur medicamen, per modũ hygremplaſtri: ſin apertæ, Xerion emplaſtrum cõueniet. Huc ſpectant pharmaca retinendis menſibus accõmoda, & quæ alios interaneorum fluxus intercipiunt, proprijs capitibus inquirenda.

Liquametũ ad idem.

Canon.

Notio.

Laudant aliqui ſectionem uenarum talarium, eo quod fluxum optime diuertat.

Venæ ſectio

Si alio nullo medicamine cõpeſci põt hic fluxus, aduſtis capitulis fit cicatrix, quæ ſanguinẽ fundi prohibet.

DE RHAGADIIS ANI, CAP. LXIIII.

Definitio.

RHAGADIAE *ſunt apertiones uenarum, quæ ſunt in ano, doloroſæ ſine tumore.*

Gordo uj de finitio.

CAVSAE, ET SIGNA.

Cauſas, & ſigna pete à Gordonio.

CVRA.

Cura duplex.

CVræ rhagadiarum ani duplex eſt intentio.

Prima intentio.

1 Vna eſt, quæ circa complexionem calidam, & ſiccam uerſatur, & duritiem ſecum.

2 Alia eſt, de materia ſalſa & aduſta.

Quantum ad primam intentionem eſt, mollificare feces, & remouere malam complexionem. Et hoc perficitur cum his, quæ exhibentur per os: uel cum his, quæ applicantur ab extra.

Quantum ad primũ, fiat tale clyſtere.

Cura ab extra. Clyſtere mollificatiuũ fecum, & remotiuũ malæ cõplexionis.

Reci. Maluarum cum radicibus, radicũ altheæ, foliorum caulium, uiolarum, lactucæ, ana .m.i. bulliant omnia in .ſ.q. aquæ, ad conſumptionẽ medietatis. Et de colatura accipiatur lib.i.ſ. in qua diſſolue, ſacchari rubri unc.i.ſ. caſſiæ unc.i. olei uiolati unc.iij. miſce, & fiat clyſtere.

Aliud clyſtere ad eandem intentionẽ.

Reci. Olei uiolati unc.v. buthyri recẽtis ſine ſale unc. iiij. mucilaginis, tragacanthi, pſilij, ana unc.i.ſ. ſacchari rubei unc.i. miſce, & fiat clyſtere.

Deinde patiẽs ſedeat in ſequẽti decoctiõe.

Inſeſſio ad idem.

Reci. Maluarum cum radicibus, foliorum uiolarũ, nenupharis, radicum altheæ, ſeminis caulium, ana unc.i. uel .ſ. bulliant in .ſ.q. aquæ, & poſtquam tepefit aqua iſtius decoctionis, patiens in ea ſedeat.

Quantum ad ſecũdum, uidelicet per os, detur hæc ſequens potio.

Cura per os Syrupus leniter ſolutiuus materiæ ſalſæ, et aduſtæ.

Reci. Prunorum nume.xx. iuiubarum nume.x. radicũ altheæ drach.ij. paſſularum unc.ſ. bulliant omnia in .ſ.q. aquæ, priuſquam pruna, & iuiubæ imbiberint dictã aquã, deinde manibus exprimatur ſuccus. De iſta decoctione accipiatur .q.ſ. ad diſſoluendum, caſſiæ optimæ pinguis, no

uiter

uiter extractæ drac.x.(aliàs unc.x.)miſce,& fiat potus, dulcoretur cum unc.i.ſyrupi uiolati.

Tertia intentio eſt ut prima fuit,applicare ab extra, quod remedium determinatum eſt per decoctionem ſupra ſcriptam,in qua patiens debet ſedere. *Ab extra.*

Quantum ad ſecundam intentionem, ſcilicet ad materiã ſalſam,aduſtã. *Secunda intẽtio curãdi, eſt materiã ſalſam, aduſtam remouere.*

Secunda intentio eſt,remouere ardorem & dolorem, & conſolidare locum.

Primo ergo digeraſ materia hoc modo.

Reci. Syrupi de fumoterræ,uiolati,de lupulis,ana unc. ſem. aquæ lupulorũ, fumiterræ,capilli ueneris,ana unc.i. miſce,& fiat ſyrupus. *Digeſtiua. Syrupus digeſtiuus.*

Facta digeſtione exhibeaſ ſequens medicina ſolutiua,in forma pilularum.

Recip. Pilularum fœtidarum ſcrup.ij.pilularũ de fumoterræ ſcrup.i. reformentur pilulæ nume.vij. & exhibeantur per horam ante diem. *Pilulæ laxatiuæ.*

Si patiens abhorret pilulas,deſ ei ſequens medicina ſolutiua,in forma potabili.

Recip. Myrobalanorum Indorum, rhæobarbari, ana unc.ſ. polypodij,epithimi,ſoliculorum ſenæ,florum boraginis,bugloſſæ,uiolarum,ana m.ſ.bulliãt in.ſ.q. aquæ,ad conſumptionem medietatis, & de colatura accipe.q.ſ.ad diſſoluẽdũ,diaſenæ Rhazis drac.vi.confectionis hamech, electuarij indi maioris, electuarij de ſucco roſarum, ana drach.i.miſce fiat potus,dulcoretur cũ ſyrupo uiolato. *Cholagogũ et ſanguinis mũdificatiuũ in potus forma.*

Facta euacuatione intentio eſt ad ulcus, & rhagadias. Primo mitificando,& hoc fit cũ ſequenti ablutione. *Mitificatio ulcerum, & rhagadiarũ.*

Reci. Aquæ hordei unc.iiij.mellis roſati colati unc.ij. miſce,& abluatur anus. *Ablutio ad idem.*

Deinde fiat unguentũ contra dolorem,& ardorem,& eſt de ceruſa,quod ſic fit.

Vnguentum ceruſarũ ad dolorem, & ardorem.

Reci. Olei roſati unc.iiij.cæræ albæ unc.ſ.miſce ſimul in capſula apud ignem quod cæra diſſoluatur, deinde deponatur ab igne,& cum tepeſit abradatur ceruſa,in tanta quãtitate,quod aliqualiter fiat inſpiſſatio,deinde bene miſce ad inuicem, poſtea addantur duo albumina ouorũ, cõquaſſata cum modico aquæ roſarum. Vltimo addantur camphoræ gra.viij.puluerizatæ ita ſubtiliter,ſicut poßibile eſt,& omnia bene miſce,& fiat inunctio.

Aliquando cum febre,& apoſtemate ſolent fieri Rhagadiæ ani, tunc competit phlebotomia uenæ baſilicæ in manu uel brachio.

ADDITAMENTA PROPRIA.

RHagadiæ curantur iſto unguento, ſi in eodem linamentum tinctũ ſuperligetur,uel ſolum locus unctus cærato contegatur.

Vnctio experta in rhagadijs.

Reci. Vitellũ oui.i.pinguedinis gallinaceæ liquefactæ modicum,croci item exiguum,olei roſacei.q.ſ.fiat unguẽtum arte,abſq; igne,& fiat inunctio cum penna.

Aliud ualentius.

Aliud ad idẽ ualentius.

Recip. Rhodelæi,olei ſaligni,papauerini,camomalini, adipis gallinacei,ceruſæ, plumbi uſti,thutiæ ablutæ, omnium,ana drac.i.cum cæra candicata.q.ſ. fiat unguẽtũ, cum quo liniatur fiſſa ani.

Aliud ad idem.

Recip. Medullæ ſturni, uituli, & quæ eſt in maxilla porci,axungiæ galliniæ, anatis,butyri ſine ſale, olei ſiſamini, amygdalini dulcis,myrtbini,papauerini, ana drac. ij.aloes,lythargirij,cathimiæ lotæ, tragacãthi,ana dra.i. cæræ nouæ.q.ſ.fiat unguentum. Poteſt addi farina uolatilis

tilis molendini.

Cura apoſtematis ani.

Sedatiuũ in dolore apoſtematis expertũ.

Reci. *Vitellũ oui decocti nume.i.uel plures, & piſtẽtur cũ tragacantho, rhodino, & ſyrupo roſaceo, ana quod ſatis eſt, ad incorporandum, & fiat emplaſtrum.* Emplaſtrum Anodynum, ad idem.

Aliud ad idem.

Reci. *Summitatum papaueris albi, hyoſcyami, portulacæ, uitellum oui, micæ panis, olei roſacei.q.ſ. fiat emplaſtrum arte.*

Aliud ad idem.

Recip. *Farinæ ſeminis lini, fœnugræci, pulueris gummi Arabici, foliorum caulium, ana.q.v. olei camomalini q.ſ. fiat ut ſupra.*

Cataplaſma factũ ex gallis, in uino ſtyptico decoctis, apoſtemata, & condylomata reprimit. Cataplaſma ad idem.

Aloes item diſſoluta cum uino, & emplaſtrata, ad idẽ ualet. Item ſuccus arnogloſſæ inunctus. Item fomentatio, facta cum uino decoctionis foliorum oleãdri, & oleæ, tam ſylueſtris quàm alterius, & etiam platani, uel ſmilacis, aut ulmi, uel cupreſſi. Aliud ad idẽ. Fomentũ ad idem.

Poſt fiat inunctio cum lythargyro, in rhodino diſſoluto, & incorporato. Vnctio ad idem.

Item fiat linimentum tale.

Recip. *Floris lactis aſinini, uel caprini unc.iij. bulliat cum ſucco plantaginis, ad debitam uſq; ſpißitudinem: quo liniatur locus, facta prius uaporatione, herbarum poſitarum, in fomentatione præcedenti.*

Puluis, ſeu unguentũ, ad omnia uitia ani, omnemq́ꝫ cancrum.

Recip. *Armoniaci, galbani, maſtyches, olibani, ſarco-* Puluis, ſeu

 collæ,

Vctnio ad omnia ani uitia, omnem quæ cãcrũ.

collæ,myrrhæ, mumiæ, aloes hepatitis,bdelij, lythargyrij,ana dra.i. floris æris, ariſtolochiæ rotundæ, cõſolidæ maioris,ſanguinis draconis,gentianæ,gallarũ,ana dra.i. miſce fiat puluis,uel cũ melle roſaceo.q.ſ.fiat unctio.

Ani pruritus.

DE PRVRITV ANI, CAP. LXV.

CVRA.

Cura uaria. Cauſa ſi uermes. Digeſtiua. Euacuatiua

C V R A *pruritus ani uariatur ſecũdum diuerſitatem cauſæ.*

Cum enim prouenit à uermibus,tunc competit cura iam dicta in præcedentibus:quia oportet primo remouere cauſam antecedentem, quæ facit uermes: quæ cauſa antecedens remouebitur, primo ipſam digerendo, deinde euacuando cum his, quæ immediate ſcripta ſunt de uermibus ani.

*Alia intẽtio eſt in crura pruritus ad materiam ſalſam, & aduſtã,quæ in anum defluit.*Et *iſta intẽtio eſt duplex. Vna eſt ad cauſam antecedentem, quæ eſt materia ſalſa, & phlegma ſalſum, antequam facit pruritum.* Alia *eſt ad cauſam coniunctam.*

Cauſa antecedens.

1 *Quantum ad cauſam antecedentem, digeratur primo materia,cum ſequenti ſyrupo.*

Digeſtio. Syrupus digeſtiuus.

Reci.*Syrupi de fumoterræ,mellis roſati colati ſyrupi acetoſi ſimplicis,ana unc.ſ. aquæ fumiterræ,capilli ueneris, lupulorum,ana unc.i. miſce fiat ſyrupus, exhibeatur quouſq; apparet digeſtio materiæ.*

Solutio. Pilulæ ſolutiuæ, d idẽ.

Et deinde euacuetur cum ſequenti ſolutiuo,in forma pilularũ.

Reci.*Pilularum aggregatiuarum,pilularum de fumoterræ,*

terræ,ana drach.ſem. diagridij gra.iij. uel ij. reformentur pilulæ numero vij.cum ſyrupo uiolarum,exhibeantur ante diem per horam unam.

Illinc ad quinq; horas aſſumat lauatiuũ ex aqua hordei, cum zuccharo rubeo. *Lauatiuum ad idem.*

In forma potabili.

Reci. Decoctionis communis.q.ſ.cui adde foliculorum ſenæ,epithymi, polypodij, ana drach.i. Cuius decoctionis reci.q.ſ.ad diſſoluendum, diaſenæ lenitiui Rhazeis drac. v.diaphœniconis drach.i. ſem. electuarij ſucci roſarum, drach.i.confectionis hamech ſcrup.i.uel ij. miſce fiat potus,detur ut ſupra. *Potus laxatiuus ad idẽ.*

Alia intentio.

Alia intentio circa materiam ſalſam ualet, quando eſt ſub forma cauſæ coniunctæ, quando ſcilicet in ano, & muſculis ani collecta eſt,tũc cura eſt talis. Primo oportet reſoluere,& tandem confortare,ne poſtea recipiat. *Alia intẽtio*

Primo fiat balneum ſequens, in quo patiens ſedeat,uel fiat fomentatio cum eo. *Reſolutio. Cõfortatio.*

Reci. Fumiterræ,lapacij,foliorũ uiolarum,maluarum, roſarum rubearũ,ana.m.i.ſ. bulliant omnia in.ſ.q. aquæ, ad conſumptionẽ tertiæ partis, deinde ſedeat patiẽs in dicta decoctione,uel fomentetur cũ ſpongia,uel panno. *Balneũ, uel fomentũ ad idem.*

Poſt exiccetur locus,& inungatur cũ infraſcripta unctione.

Recip. Olei camomalini, anethini, roſacei, ana unc.ſ. meliloti, fumiterræ,myrtillorũ,ſumachij,ana drac.i.pulueriżanda puluerizentur ſubtiliter, & cum modica cæra fiat unguentum cum quo anus inungatur. *Vnctio ad idem.*

ADIECTITIAE MEDELAE.

Lotio facta,cum aqua elixationis foliorum, & ſtypi *Lotio ad pruritum.*

tum ſaluiæ, pruritum ſedat.

Alia ſimilis. *Idem facit lotio facta ex ſucco ebulorum.*

Vnctio ad idem. *Pruriginum inſuper tollit, inunctio olei ſchænuanthini, uel coſtini.*

Ad idem. *Huic quoq; malo medetur, ſuccus been intinctus.*

Si prurigo ſit cũ exulceratione fiat hoc linimentum.

Linimẽtum ad pruritum cum ulceratione. *Reci. Tragacanthi, ſulphuris citrini, lythargyrij, ana drach. i. terantur, & cum aceto fiat linimentum, quo linatur locus pruriginoſus. Et ſi addatur opij aliquantulũ, dolorem quoq; tollit.*

Ad idem ualet illinitio talis.

Illinitio ad idem. *Recip. Ceruſæ partes ſex, ſulphuris citrini partes .ij. opij partem .i. quæ trita, in aceto temperentur.*

Canon.

Canon. *Huc pertinet cura pruritus genitalium, proprio capite memorata.*

DE EXITV, SIVE EGRESSIONE ANI, CAP. LXVI.

Exitus, uel egreßio ani ſigna. EXITVS *ani ab apoſtemate eius, & inflammatione in extremitatibus eius, ex his quæ depẽdent, cognoſcitur. Cuius ſignum eſt, quod non poteſt intromitti: ut ſi ſit apoſtema cal.dum, à materia ſanguinea, uel cholerica, uel utriuſq;, fiat phlebotomia baſilicæ, manus, uel brachij, ad diuertendum materiã antecedentem.*

Phlemotomia.

Cura apoſtematis. *Curetur apoſtema ut ſæpè dictum, ſecũdum diuerſitatem temporum, diuerſas applicando medicinas, & ſi conuenit,*

uenit, aperiatur apoſtema, mundificetur, & deinde conſolidetur.

Textus uariatio.

Exitus ani ſiue inteſtini recti fit propter multas cauſas. **Textus uariatio.**

1 *Vna eſt, propter apoſtema, & inflammationem anus deſcendit, quæ eſt extremitas inteſtini recti.* **Cauſæ exitus ani tres**

2 *Secunda cauſa poteſt eſſe percuſsio circa dorſum, propter quam anus, ſiue inteſtinũ rectum aliqualiter mollificatur, propter deſcenſum humorum ad locum, & ſic fit exitus ani.*

3 *Tertia cauſa poteſt eſſe paralyſis inducta in muſculis ani, ab humiditate deſcendente, unde anus exit.*

SIGNA.

Signum autem eſt, quãdo prouenit ab apoſtemate, quia non poteſt intromitti: ſignum autem; quando prouenit à percuſsione, uel caſu; quia præceſsit uel caſus, uel percuſsio circa dorſum. **Signa tria apoſtematis**

Signum autem eſt quando prouenit à paralyſi; quia tunc ab ano continuò fluit humiditas aquoſa.

CVRA.

Cura quando prouenit ab apoſtemate. Si enim apoſtema dicitur eſſe calidum, cholericum, uel ſanguineum, uel ex cholera, uel ſanguine permiſtum; tunc fiat primò phlebotomia de baſilica in manu, uel brachio, ad diuertendam materiam factura in apoſtema. **Cura, ſi eſt ab apoſtemate.**

Deinde curatur apoſtema eo modo, quo ſæpius abundantius ſupra dictum eſt. **Canon.** **Cura, ſi ab humiditate.**

Cura exitus ani prouenientis ab humiditate, deſcendente ad extremitatem inteſtini eſt, mundificare corpus à phlegmate aquoſo cum pilulis fœtidis, exhibẽdo ſcrup. ij. ſem. ante diem per horam: deinde uenire ad mollificationem **Solutio pituitæ.** **Pilulæ.**

tionem

Ani mollificatio. *tionem ani. Vbi uerò dicatur extremitas ani incraſſata multũ per humiditatem; ergo primo fiat ſequens balneum.*

Balneũ mollificatiuum. Recip. *Camomillæ, pulegij, calamenti, origani, aniſorum, fœniculi, ana man. ſem.* Bulliant *in aqua, & uino ſimul miſtis, ad conſumptionem tertiæ partis, deinde ſedeat patiens in tali balneo.*

Fomentum. *Exiccatio.* Fiat *fomentatio ſecundùm modum ſupradictum; deinde exiccetur extremitas in inteſtino recto: poſt fiat unctio ſequens.*

Vnctio ad idem. Recip. *Olei maſtychini, ruthacei, liliacei, ana unc. ſem. balauſtiorum, roſarum rubearum, plantaginis, ana unc. ſ. (aliàs drac. ſem.)* Miſce *pro unguento.* Deinde *aſpergatur præſenti puluere, qui conſtringit ne exeat.*

Puluis ad idẽ reſtrictiuus. Recip. *Myrtillorum, ſumachij, balauſtiorum, roſarum rubearum, plantaginis, cupularum glandium, ana drac. i. (aliàs man. i.) boli armenij, ſcrup. i.* Fiat *puluis ſubtilis, cũ quo anus aſpergatur: facta tamen prius ſequenti fomentatione, ſeu balneo, & ita confortetur ut non amplius exeat extrema pars inteſtini recti.*

Fomentum ad idem.

Recip. *Myrtillorum, ſumachij, balauſtiorum, roſarum rubearum, plantaginis, ana man. i.* Bulliant *in ſ. q. aquæ cyſternæ; nam tali aquæ ineſt aliquid ſtypticitatis, & fiat fomentatio, uel balneum; poſt, cum iamiam prædicto puluere aſpergatur anus.*

APPOSITITIAE MEDELAE.

Cura exitus ani experta. Cura exitus ani à me multoties experta.

Lotio. *Vnctio.* *Puluis.* M*Vndificetur inteſtinum prominens cum aqua plantaginis mucronatæ, ſeu millefolij: deinde inungatur cũ acacia, uel licio, aut uiſco liquefacto, & ſuperfuſa aloe puluerata, recondatur.* Hoc *modo complures curaui.*

Poteſt

Poteſt etiam præcedere lauacrum cũ aqua decoctionis tragorigani,cruris galli,myricæ,roſarũ,& conſimilium. **Balneum.**

Puluis ad idem.

Recip. Maſtyches, thuris, nucis cupreſſi, antimonij, corticum granatorum,balauſtiorum,glandium,ana drac. ij.Miſce,fiat puluis. **Puluis ad exitum ani.**

Vnguentum ad idem.

Recip. Aloes,thuris,bdelij,ana drac.ſ. thuris maſculi, ſeu olibani,drac.i.pulueris cõtra ficus prædicti in cap.de hæmorrhoidibus,cuius initium.Recip.Gallarũ,&c.in additionib.drac.i.ceruſæ,drac.ij.pinguedinis anatis, ardeæ, olei roſati,q.ſ.fiat unguentum,addito parum ceræ.

Aliud ad idem.

Reci. Oleorum camomalini,anethini,uiolati,ana unc. ſem.pinguedinis anatis,drac.iij.uitellorũ ouorum,num.i. ſem.thutiæ præparatæ,drac.i .Ceruſæ, lythargirij abluti,ana drac.ſem.croci,gran.y.ceræ,q.ſ.fiat unguentum.

DE VRINAE DIFFICVLTATE, CAP. LXVII.

Definitio.

STRANGVRIA, *ſeu urinæ diſficultas maximum cruciatum inducit, & eſt, cum urina guttatim fluit:Latinè, ſubſtillum;Græce uerò, dyſſuria dicitur.* **Vrinæ difficultas. Chãperij definitio.**

Alia Gordonij.

Stranguria,eſt guttatim urinæ emiſſio.

Alia eiuſdem.

Dyſſuria eſt,uel interpretatur inuoluntaria urinæ retentio,

tentio, ſcilicet, cum aliquis appetit mingere, & non poteſt; aut quando non poteſt, nec appetit.

Definitio Galeni.

Stranguria, eſt urinæ ſtillicidium.

Alia eiuſdem.

Iſchuria, eſt urinæ retentio, periculum afferens.

Octo modi retentionis urinæ.

Puta: inflammatione, duritie, ſanguinis collectione, reſolutione, lapidis procidentia, neruorum compaßione, ulceratione, & lithiaſi.

CAVSAE, ET SIGNA.

C*Auſas, & ſigna pete à* Galeno, Gordonio, *& alijs conſimilibus, &c.*

Aphoriſmi Hippocratici.

1 *Morbi in pluuiarũ multitudine magna ex parte fiũt febres longæ, alui profluuia, putredines, morbi comitiales, & attoniti, quos apoplexias* Græci *uocant, & anginæ. In ſiccitatibus autem, tabitudines, lippitudines, articulorum dolores, ſtillicidia urinæ, dyſſuriæ, & inteſtinorum difficultates. Aphor. 16. lib. 3.*

2 *Autumno uerò & plurimi æſtiui morbi fiunt, & febres quartanæ, & erraticæ, lienes, aquæ inter cutem, tabes, ſtillicidia urinæ, dyſſuriæ, difficultates inteſtinorum, leuitates inteſtinorum, coxēdicum dolores, anginæ, anhelationes, ſeu aſthmata, ilei, morbi comitiales, furores, atræ biles. Aphor. 22. lib. 3.*

3 *Senibus, ſpirandi difficultates, diſtillationes cũ tußi, urinæ ſtillicidia, dyſſuriæ, ſeu urinæ difficultates, articulorum dolores, rhenum paßiones, uertigines, apoplexiæ, mali habitus, pruritus totius corporis, uigiliæ, melancholiæ, alui, oculorũ, & narium humiditates, uiſus obtuſus, glaucedines,*

cedines, auditus graues. Aphor. 31. *lib.* 1.

4 *Recto inteſtino, aut utero inflammationem patiente, urinæ ſtillicidium accidit, & rhenibus purulentis, urinæ aduenit ſtillicidium: hepati autem inflammationem patienti ſingultus aduenit.* Aphor. 55. *lib.* 5.

5 *Vrinæ ſtillicidium, & mingēdi difficultatem, ſeu dyſſuriam, uini potio, & uenæ ſectio ſoluit: incidere autem interiores in talo, eſt bonum.* Aphor. 49. *lib.* 7.

CVRA.

CVra difficultatis urinæ quando prouenit à materia phlegmatica oppilante uias urinæ, per quas urina tranſit à rhenibus ad ueſicam, à ueſica per uirgam extra eijcitur, perficitur quatuor intentionibus. *Quatuor intentiones curandi.* *Strāguriam à cā pituita.*

1 *Prima eſt, remouere cauſam oppilantem, & prohibentem emiſſionem urinæ.*

2 *Secunda, intentio eſt, urinam prouocare.*

3 *Tertia, accidentium correctio.*

4 *Quarta, diæta.*

Prima intentio.

Prima intentio ſic perficitur; digerendo materiam, & ipſam euacuando cauſam. *Prima intētio.*

Et in hoc caſu eſt notādum, quòd non debemus in principio dare digeſtiua, quæ ſunt multum prouocantia, quia traheretur materia ad locū oppilatum, & ad uias urinæ. *Digeſtiua. Canon.*

Fiat ideò digeſtiuum tale.

Recip. *Mellis roſati colati, ſyrupi de byzantijs, oxymellis ſimplicis, ana unc. ſem. aquæ meliſſæ, fœniculi, abſynthij, ana unc. i. Miſce, & exhibeatur.* *Potus digeſtiuus.*

Facta digeſtione, euacuetur materia cum ſequenti medicina.

Recip. *Decoctionis cōmunis, q. ſ. cui adde ſeminis fœniculi,* *Solutiua.*

Potus ſolutiuus. nículi,aniſi,ana man.ſem.Fiat decoctio ſecundùm artem, de qua accipiatur q.ſ.ad diſſoluendum ſequentia ſolutiua.

Variatio textus.

Textus uariatio. Hauſtus ſolutiuus. Recip.Florum boraginis,bugloſſæ,capillorum ueneris ana man.ſem.paſſularum enucleatarum, liquiritiæ raſæ, unc.ſem.ſebeſten,nu.viij.ſeminis fœniculi,aneſi,ana man. ſem.Fiat decoctio ſecundùm artem;de qua accipiatur, q. ſ.ad diſſoluendum,diacatholiconis,drach.v.diaphœniconis,drac.ij.electuarij indi maioris,drach.i.ſem.Miſce;& exhibeatur iſta medicina, quæ materiam euacuat phlegmaticam,& diuertit à uijs urinæ ad inteſtina.

Ad idem in forma pilularum.

Pilulæ ad idē ſolutiuæ. Recip.Pilularum aggregatiuarum,ſcrup.ij.ſem.pilularum Indarum, ſcrup.ſem.uel.i.diagridij,gran.ij.Formētur pilulæ,num.vij.cum ſyrupo de bizantijs, uel cū melle roſato.Facta euacuatione,erit completa intētio prima.

Secunda intentio.

Secunda intentio. Diuretica. Secunda intentio prouocat urinam cum his, quæ ſumuntur ad intra,& ab extra.

Ab extra.

Ab extra,fiat fomentatio talis.

Fomentū diureticum. Recip.Parietariæ,foliorum maluarum, radicum maluauiſci,abſynthij,petroſelini,foliorum anethi,apij,arthetice,ana man.ſem.Contundantur omnia craſſo modo,& bulliant in ſ.q. aquæ fluuialis,ad conſumptionem tertiæ partis:deinde accipiatur ſpōgia,quæ infundatur in prædicta decoctione,& expreſſa,calida ponatur ſupra uētrem, ſupra ſumen,uel pectinem.

Et hoc quinquies facto,fiat inunctio cum ſequenti unguento.

Vnct.ad idē Recip.Olei de ſcorpionibus,liliorum alborum,anethi,ana

ni, ana unc. ſem. parietariæ ſiccæ, ſeminis dauci, apij, cimini, ſcrup. i. Puluerizentur, & cum modica cæra fiat unctio, cum qua ungantur loca prædicta calidè.

Alia ad idem mollificatiua, & aliqualiter prouocatiua.

Recip. *Olei de ſcorpionibus, amygdalini dulcis, liliacei albi, ana unc. ſem pinguedinis gallinæ, medullæ cruris uituli, oeſypi humidi, ana unc. ſem. Liquefiat adeps, & cum pauco cæræ fiat unctio, eodem modo quo ſupra.* *Vnct. ad idē diuretica, & mollificatiua*

Emplaſtrum ad idem, laudatum, & expertum.

Recip. *Radicum paſtinacæ ſylueſtris, man. i. parietariæ, ſenecionum, maluarum cum radicibus, foliorum apij, petroſilij, anethi, origani, calamenti, ana man. ſem. farinæ ſeminis lini, fœnigræci, ana unc. i. Radices incidantur, & cum alijs bulliant ad perfectam decoctionem, deinde piſtētur in mortario; & eis adde prædictas farinas, & cum prædicta decoctione, & oleo ſcorpionum, q. ſ. ad impinguandum, fiat emplaſtrum, quod femori applicetur.* *Emplaſtrum expertū ad idem.*

Aliud emplaſtrum ad idem, & eſt Nicolai.

Recip. *Parietariæ teneræ quantitatem copioſam, remoueantur folia, & ſummitates teneræ ſtipitū accipiantur, & ponantur in olla noua, ita quòd ſit plena bene uſq; ad ſummum: deinde ſtipites illi fortiter comprimantur, et orificium ollæ claudatur bene, ita quòd exeat fumus aliquis, & ponatur ad ignem, & decoquatur ſine aqua; & cum ſic ſteterit ad ignem, ad tempus quo poſſunt decoqui piſces; & accipiatur, & in modum emplaſtri ſuper ſumen ponantur.* *Aliud Nicolainū ad idē.*

Recip.

Aliud ad idem.

Aliud ad idẽ — Recip. *Rhete, id eſt, zyrbum unũ uituli totũ, calefiat in patella, & applicetur circa rhenes: prouocat enim urinã.*

Aliud emplaſtrum, & eſt expertum ſæpe à magiſtro Leonello.

Aliud ad idẽ expertum. — Recip. *Radices dauci, id eſt, paſtinacæ ſylueſtris, decoquantur ſub cineribus, & poſtquam fuerint bene, & perfectè decoctæ, amoto meditullio, piſtentur, & abſq; oleo, (aliàs alio) & ponantur ſuper ſumen, & rhenes ad modum emplaſtri.*

Ad intra.

Ad intra, ad prouocandum urinam, detur iſta potio.

Recip. *Corticum ouorum mundatorum à pellicula interiori, à quibus ouis exierit pullus. Deinde puluerizetur ſubtiliter, & accipiatur de iſto puluere drach. i. & exhibeatur cum aqua ſaxifragiæ.*

Ad idem fiat ſequens potio.

Potus ad idẽ — Recip. *Milij ſolis, drac. i. ſem. Contundatur, & bulliat in aqua parietariæ, fœniculi, apij; deinde coletur: & colaturæ accipiantur unc. iij. (aliàs ij.) in quibus diſſolue lithontriponis Iuſtini, ana drac. i. (aliàs ana obmittitur) Miſce, fiat potus, qui exhibeatur.*

Corradini cura.

Corradinus Potus diureticus. — Reci. *Puleris origani, ſeminis urticæ cum pulueribus cordialibus miſce: cum aqua petroſelini detur.*

Aliud ad idem.

Vnct. ad idẽ — Reci. *Olei deſtillati ex ouis formicinis, & herbæ urticæ, diſtillentur ſimul, & ungatur locus rhenũ, & ueſicæ.*

ADDITIONES PROPRIAE.

Tragæa urinalis, ualens in dyſſuria, & calculo.

Recip. Seminis apij, milij ſolis, petroſelini, fœniculi, aneſi, altheæ, ſaxifragiæ ſingulorum, drach. 1. pulueris lapidum iudaici, ſpongiati, ana drach. ſ. cantaridum arte præparatum ſcrup. 1. ſanguinis hircini, item rite præparati, ſpicæ, ana tantundem, radicum altheæ, carpobalſami, ana drach. ij. ſ. (aliás ſcrup. totidem) ſacchari triunc. miſce, fiat tragæa, doſis à drac. ſ. ad ſcrup. ij. uel (ſi neceßitas inſtet & urgeat) drach. 1. integra, cum uino lympido, & meraciore, propinandus autem eſt hic puluis in balneo, licet & quandocunq;. Tragæa. Diuretica, in dyſſuria, & calculo experta.

Balneum ad idem.

Balneum ſit ex decocto camomillæ, ſenationum, aſari, hyperici, arthimeſiæ, agrimoniæ, origani, maluæ utriuſq;, uel ex herbis diureticis, quas enumerat Galenus *in libro de affectibus rhenum.* Balneum ad idem.

Deinde fiat inunctio cum iſto linimento diuretico.

Reci. Olei ſcorpioniteis unc. ſ. amygdalini amari dra. ij. ſepi arietini, circa rhenes drac. v. pulueris ſeminum alkakengi ſcrup. ſ. rubeæ tinctorum, ſpicæ, maſtyches, ana ſcrup. ſ. miſce, fiat linimẽtum arte, quo liniantur rhenes, & ſuperficies ſuminis. Linimẽtum urinale.

DE SVPERFLVO VRINAE FLVXV, CAP. LXVIII.

Definitio.

Superfluus urinæ fluxus.

Gordonij definitio.

DIABETICA *paſsio, eſt immoderata urinæ effuſio.*

CAVSAE, ET SIGNA.

Cauſas, & ſigna, pete à Gordonio, &c.

CVRA.

Cura, ſi eſt à cōplexione calida.

Contra impedimentum retinendi urinam, & fluxum ſuperfluum urinæ, quod impedimentum prouenit à mala complexione calida membri, propter quam rhenes attrahunt aquoſitatem ab hepate. Hepar *autem ſentiens exiccationē, propter humiditatem attractam à uenis, deſyderat humectationem attrahere ad ſe, à uenis ſtomachi, unde cum illo fluxu urinæ cauſatur uehemens ſitis.*

Sitis.

Quatuor curandi intentiones.

Cura ergo perficitur quatuor intentionibus præcipue.

1 *Prima alterat malam cōplexionem calidam rhenum.*

2 *Secunda euacuat, ac diuertit humiditatem illam à uijs urinæ.*

3 *Tertia corrigit accidentia,*

4 *Quarta ordinat debitum regimen.*

Prima intentio.

Frigida & ſtyptica.

Prima intentio perficitur cū infrigidātibus circa rhenes participantibus aliquali ſtypticitate, quæ ab intra, & ab extra applicari debent.

Ab extra.

Ab extra fiat ſequens unctio.

Linimētum urinæ reſtrictiuum.

Reci. *Olei roſacei, myrthini, ana drach. vi. roſarū rubearum, myrtillorum, ſumachij, coralliorum præparatorum*

rum (aliàs coriandri præparati) raſuræ eboris, ana ſcru. i. pulverizetur, & cum modico ceræ fiat unctio, quæ diabeticis competit.

Aliud ad idem.

Recip. *Spodij, ſandalorum rubeorum, ana drach. i. ſ. antheræ, ideſt, ſeminis roſarum rubearum, portulacæ, ana drac. ſem. camphoræ ſcrup. i. ſucci plantaginis, ſemperuiui, ana unc. i. (aliàs ſ.) lactis muliebris lactantis puellam unc. i. ſ. omnia hæc bene ad inuicem quaſſentur, poſtea infundantur peciæ lineæ, quæ calide parū ſupra rhenes ponantur.* Hoc enim remouet malam complexionem *calidam rhenum, & ſtringit urinam.* Applicamētum rhenes refrigerans diabetem ſiſtens, & dolorem rhenalem mitigans.

Ad idem ualet hoc emplaſtrum.

Recip. *Roſarum rubearum, foliorū plantaginis, corticum granatorum, balauſtiorū, ſumachij, hypocyſtidos, ana m. ſ. farinæ hordeaceæ unc. ij. herbæ bulliant ad perfectā decoctionē, deinde piſtentur in mortario, & adde farinā hordei, & in prædicta decoctione, & oleo myrthino. q. ſ. ad impinguandum, fiat emplaſtrum, quod rhenibus applicetur. Præfata olea, & emplaſtra poſſunt applicari hepati, ad remittēdam malam cōplexionē calidam eius.* Canon.

Ad intra.

Ad intra fiat ſyrupus ſequens.

Recip. *Florum nenupharis, radicum eiuſdem, ana m. i. bulliant in ſ. q. aquæ, ad conſumptionē medietatis, deinde colentur, & colaturæ accipe lib. i. cū ſaccharo taberzeth, & fiat ſyrupus.* Recip. *de iſto iam dicto ſyrupo unc. i. ſ. aquæ plantaginis unc. iij. miſce, & exhibeatur.* Syrupus reſtrictiuus, et doloris mitigatiuus.

Aliud ad idem.

Reci. *Trochiſcorum de ſpodio drach. i. pulverizetur, & diſſoluatur in miua cydoniorum, & exhibeatur ſto-*

macho ieiuno.

Ad idem ualet ſequens electuarium.

Reci. *Diacydoniten cum ſaccharo ſine ſpeciebus, ſacchari roſati antiqui, ana unc. i. ſeminis portulacæ, roſarum, coriandrorum aliquantulum aſſatorum, ana ſcrup. i. miſce, & cum ſyrupo myrthino formetur electuarium. De quo aſſumat in mane ad quãtitatem caſtaneæ magnæ, per duas horas ante cibum.*

Ad idem puluis expertus, & à proprietate ualens.

Recip. *Carnium Ericij in furno exiccatarum, deinde puluerizatarũ. De iſto puluere accipiat drach. i. ſ. et cum uino rubeo. q. ſ. exhibeatur.*

Puluis ad idem.

Reci. *Cupularũ glandium, cornu cerui uſti, quæ pulue rizentur ſubtiliter. Et de iſto puluere accipiatur drach. i. & in uino ſtyptico (ut ſupra) diſſoluatur, & exhibeatur.*

Aliud ad idẽ, quod à proprietate ualet.

Rec. *Criſtæ galli, exiccetur in furno, & puluerizetur. De quo detur drach. i. cum uino ſtyptico.*

Secunda intentio.

Euacuatiua *Secunda intentio completur euacuatione humorum, &*
Digeſtiua. *digerendo cum appropriatis.*
Diaphoretica. *Diuerſiones fiant cum ſudoris prouocatione, cum uomitu. Nam in hoc caſu diuerſiones maxime laudantur.*

Tertia intentio.

Accidẽtium correctio. *Tertia intentio eſt, correctio accidentium, quæ corrigã tur, ut ſæpe dictum eſt.*

Quarta intentio.

Diæta. *Quarta intentio eſt, debitum regimen, quod uergat in contrarium cauſæ, efficientis dolorem.*

ANNEXA PHARMACA.

Reſtrictiuæ pilulæ.

Recip. Coriandri ſicci, roſarum rubearũ, ana drac. v. ſpodij drac. x. ſeminis lactucæ, portulacæ, ana drac. x. boli armenij drach. v. camphoræ drach. ſ. gummi Arabi ci drach. ij. conficiantur cum aqua granatorum, in forma pilularum, & dentur.

Item fiat unctio, cum oleo behenino, circa rhenes.

DE LAPIDE RHENALI, ET VESICALI, CAP. LXIX.

Lapis rhenũ & ueſicæ.

Definitio.

NEPHRITIS, *eſt phlegmone rhenum, cum dolore uehementi, interim cũ urinæ difficultate, & recremẽtis fibroſis, uel arenoſis cũ ſanguine modico.*

Galeni definitio.

Alia eiuſdem.

Lithiaſis, eſt calculi in ueſica generatio, propter quem urinæ excretio prohibetur.

Aliter.

Lithiaſis, eſt affectus, qui ueſicæ diſtentiones adfert. Diſtenditur ipſi coles, & præputium frequẽter attingũt. Oboriuntur autem eis difficultates mingendi, quum lapis productus recrementi uias obturat.

Lithiaſis quid?

In rhenibus calculi fiunt, ubi in illis craſſorum humorum copia, ſimul cũ febrili calore coaceruata ſit. Champerius de eadem materia.

Calculis rhenum. Champerius.

CAVSAE.

Cauſæ lapidis ſunt: materia uiſcoſa, ſimili phlegmati, u l ſanguini, ſanioſa, craſſa. Itẽ anguſtia meatuũ:

Cauſæ calculi.

Dd 3 porrò

Edulia uitãda in calculo. *porrò & caliditas egreſſa ab æqualitate. Materia uerò craſſa, uiſcoſa ex cibis generatur, ut ficus, caſeus, carnes ueterum animalium, aues fluuiales, caro uaccina, caprina, in omni ætate, piſces craſſi, ueteres frixuræ, & aſſuræ, panis azimus, repletio ſuperflua: motus inordinatus poſt*

Potus. *repletionẽ, pira, cotonea, potus aquarum turbidarũ, piſa, fabæ, & ſimilia. Item iuuat ad procreationẽ lapidis, uirtutis expulſiuæ debilitas in rhenibus, & fortitudo retẽti*

Cauſæ calculi. *uæ, retinẽdo ſuperfluitates cũ aquoſitate. Expulſiua enim à forti caliditate debilitatur: unde retentiua confortatur. Iſtæ eædem cauſæ conueniunt in ueſica.*

Canon.

Canon. *Sciẽdum quòd in rhenibus frequẽtior generatur lapis apud pingues. Apud extenuatos uerò frequentius in ueſica, & hoc eſt propter largitatem uiarum.*

Regulæ.

In ſenibus frequentius in rhenibus. In pueris uerò frequentius in ueſica.

Differentia lapidis rhenalis, & ueſicalis.

Differentia lapidis rhenalis, & ueſicalis. *Lapis rhenum eſt leuior, minor, & ad rubedinem, uel citrinitatem declinans.*

In ueſica uerò maior, moleſtior, & ad albedinem, uel citrinitatem declinans: ergo hic diureticis opus.

APHORISMI.

1 *Quicunq; nephretici ſunt, non ſanantur poſt quadraginta annos, intelligẽdo per nephreſim, paſſionem rhenum omnẽ indifferenter.*

2 *Quibuſcũq; in urinis, arenoſa ſubſiſtant ſedimina, his ueſica, aut rhenes lithiaſim patitur. Apor. 79. lib. 4.*

3 *Nephretici, & circa ueſicam dolores, laborioſæ ſanãtur in ſenibus. Et per nephritidem hic intellige ulcerationem,*

tionem, & in fine commentarij Galenus, ſicut alibi dixit Hippocrates: ſenes bis paßionibus cōmoriuntur. Aphoriſ. 6. lib. 6.

4 *Quibuſcūq; in urinis ampullæ, ſeu bullæ ſupernatant nephreticam, & longam ægritudinē fore ſignificāt. Aphoriſmo. 34. lib. 7.*

5 *Quibus ſubſidens pingue, ac ſimul totū conglobatū, bis renum uitium acutū ſignificatur. 35. lib. eodem.*

6 *Quibus autem morbo rhenali laborantibus, prædicta accidunt ſigna, doloresq; circa ſpinæ muſculos fiunt, ſiquidem circa loca exteriora fiant, abſceſſus quoq; exterius futuros expecta. Si uerò dolores magis circa loca interiora fiant, etiam abſceſſus expecta futuros interius. Aphor. 36. lib. eodem.*

7 *Quibus inter rhenes, & uentrem pituita concluditur, & dolorem preſtans non habet exitum in neutrum, bis ſecundum ueſicam conuerſo phlegmate fit morbi ſolutio, Aphor. 55. lib. 7.*

8 *Quum uerò iam magis adoluerint, tonſillæ, & uertebræ, quæ in occipitio ad interiora luxationes, cerebri anhelitus, quos Græci Aſthmata uocant, calculi lumbrici rotundi. Aphor. 26. lib. 3.*

9 *Quibus in urina craſſa exiſtente, carunculæ paruæ, aut ueluti capilli una exeunt, bis à rhenibus excernūtur. Apho. 76. lib. 4.*

CVRA.

Regimen pro curatione lapidis rhenum, & ueſicæ eſt duplex. *Cura lapidis duplex.*

1 *Quoddam eſt prohibitiuum generationis materiæ.*

2 *Aliud eſt regimen curatiuum lapidis iam geniti.*

Primum regimen habet duas intentiones, quarum una *Duæ curādi*

intentiones primi regiminis. *materiam lapidis geniti probibet; altera, eſt doloris mitigatiua, & euacuatiua.*

Prima intentio primi regiminis.

Res non naturalis. *Quantum ad primam intentionem primi regiminis, eſt regimen ſex rerum nō naturaliū, directè cōtrarium materiæ lapidis.*

Aer. *Incipiēdo ergo ab aere: aer craſſus, turbidus*

Potus. *pluuioſus uitādus eſt, nā tales humores babet incraſſare.*

Vinum. *Quātum ad cibum, & potum.* Pro potu, *caueat à uino*

Aqua. *nigro, craſſo, turbido, dulci, & albo.*

Vinum. *Vitet aquas ſtagnales, & aquas ualde frigidas.*

Potus ergo eius ſit uinum album, ſubtile, non multum potens, ſed quod aſsimilatur aquæ in uirtute ſua, ſubſtantia, & colore, quia uias urinæ habet mundificare. De quo

Galenus. *uino dicit* Galenus. 2. Therapeuticæ. *Noſcas enim uinum*

Vinum. *dandum in febribus quidem, uirtute, & colore aquoſum. & ſuper omnia urinam prouocans.*

Panis bonus. *Panis non ſit omnino a furfure mundatus, bene fermētatus, & aliqualiter ſalitus.*

Panis malus. *Ab azymo pane caueat.*

Carnes ſint paucarum ſuperfluitatū, boni chymi, & fa

Aues. *cilis digeſtionis. Vnde cōueniunt & carnes pullinæ, lepo-*

Carnes *rinæ, perdicum, phaſidū, item auium edibiliū in pratis, & arboribus degentiū, uitet aues aquaticas, caueat à carnibus nutrimenti craſſi, ut à bouinis, caprinis antiquis.*

Prauæ. *Caueat à lacte, & caſeo recenti, quia phlegma multiplicant.*

Oua conueniunt, præcipue quātum ad uitella eorū.

Caueat ab omnibus rebus frigidis, & bumidis, & præcipuæ ab berbis, & ſimiliter à fructibus.

Motus & quies. *Quantum ad motum, & quietem. Caueat à ſuperflua quiete, quia infrigidando corpus, ad phlegmatis generationem*

tionem diſponit, ſit exercitium temperatum.

Quantum ad ſomnum, & uigiliam, ſomnus nõ ſit plus iij. horarum, & dormiat capite eleuato. *Somnus.* *Vigilia.*

Habeat euacuationes tam per urinam, quàm per ſeceſſum, & per alias uias. *Vrina.* *Seceſſus.*

Canon.

Et ſi non habuerit naturaliter, habeat artificialiter. *Canon.*

Caueat ab accidentibus animæ, & à coitu, maximè. *Accidentia animæ.*

Circa cibum, & potum, patiens teneat has ſequentes regulas.

Primo modo; non comedat cibum, niſi habeat appetitum, & deſiderium ad ipſum: neq; in eadem menſa comedat diuerſa cibaria: nec repleat ſe multum cibo, & potu, ſed decedat à menſa cum reliquijs famis. *Regulæ in cibo, & potu ſeruandæ.*

Secunda intentio primi regiminis.

Secunda intentio, quantum ad primum regimen, quod eſt prohibitiuum generationis cauſæ lapidis, eſt euacuare materiam, quæ iã parata eſt generare lapidem: quæ intẽtio perficitur digerendo illã materiam, & ẽt euacuãdo. *Digeſtiua.* *Euacuatiua.*

Et quia materia illa eſt materia phlegmatica, ideò primo detur ſequens ſyrupus.

Recip. Syrupi de ij. radicibus, mellis roſati colati, ſyrupi acetoſi ſimplicis, ana unc. ſem. aquæ fœniculi, abſynthij, capillorum ueneris, ana unc. I. Miſce: & exhibeatur iſte potus quouſq; appareat digeſtio: more conſueto detur. *Syrup. digeſtiuus, in materia phlegmatica.*

Facta digeſtione, exhibeatur ſequens medicina euacuatiua, in forma potabili.

Recip. Decoctionis communis; cui adde radicis petroſelini, fœniculi, ana drac. I. aniſorũ, ſeminis apij, ana ſcru. iiij. deco- *Potio laxatiua in calculo*

iiij.decoctionis illius accipe,q.ſ.ad diſſoluendum,electuarij de caſsia,diacatholiconis,ana drac.ij.ſem. diaphœnico nis,drac.ij.eleſcoph,drac.i.Miſce:fiat potus,qui dulcore tur cū modico mellis roſati colati,& exhibeatur,ut ſupra.

Aliud ad idem,in forma pilulari.

Recip. *Pilularum de hiera Nicolai,drac.i.(aliàs drac. i.ſem.) Fiant pilulæ,num.y.& exhibeantur more ſolito. Non enim placet caſsia,ut dicit Herculanus.*

Secundum regimen.

Duæ curādi intentiones.

Quantum ad ſecūdum regimen,quod eſt curatiuum la pidis iam actu geniti,duas habet intentiones generales.

1 *Quarum una eſt,remouere lapidem fixum in loco,in quo eſt; & ad uias ipſum dirigere,per quas debet educi; & illas uias præparare,mollificare,& aperire.*

2 *Secunda intentio eſt,educere lapidem illum,frangēdo,& comminuendo ipſum.*

Secundi regiminis prima intentio.

Prima intentio completur ijs,quæ applicantur ab extra, & ab intra; quæ omnia debent mollificare uias, per quas lapis debet tranſire,& reduci.

Mollificātia ab extra.

Vnde ab extra fiat ſequens emplaſtrum, expertum ad dolorem rhenalem,à lapide cauſatum, & ad mollificādum uias egregium,quod eſt tale.

Emplaſtrum anodynū, & mollificatiuū

Recip. *Ficus pingues, uel caricas,nume.x.uel plures, ſcindantur per medium, & ponantur in ſ.q.aquæ dulcis, & ad cōſumptionem tertiæ partis:deinde accipiantur duæ medullæ panis,& ponantur in aliquo uaſe terreo.& aqua decoctionis fundatur ſuper dictas medullas panis,quouſq; prædicta aqua imbibatur:deinde ponātur in mortario;& eis adde*

eis adde butyri recẽtis ſine ſale,unc.i.ſem.uitella ouorum ij.croci,gran.yi. Miſceantur omnia ſimul piſtãdo,quouſq; reducantur ad formam emplaſtri: quod calidum ponatur ſuper rhenes,in quibus eſt lapis: dilatat enim uias,ut lapis facilius deſcendat.

Ab intra fiat hoc clyſtere.

Recip. *Olei communis,unc.y. uini albi potentis,unc. yi butyri recentis ſine ſale,unc.iiij. pinguedinis anatis, unc.ij.uitellum i.oui,ſalis parum;minus quàm in alijs clyſteribus.* Miſce,*fiat clyſtere.* *Clyſt. ad idẽ*

Secundi regiminis ſecunda intentio.

Secunda intentio,ſcilicet,educere lapidem:unde frangendo,& comminuendo,ſicut ſequitur,compleatur.

Pro quo animaduertendum eſt; quia frangentia,& educentia lapidem, quædam ſunt ſimplicia,& quædam compoſita. *Lapidẽ educẽtia duplicia.*

1 *Simplicium,quædam educunt lapidem,& frangunt eum,à proprietate occulta; & quædam,à qualitate manifeſta;& quædam,utroque modo.* *Simplicia triplicia.*

Educentia lapidem à proprietate occulta,ſunt;lapis iudaicus,cinis ſcorpionum,ouorum,à quibus exierũt pulli,ſanguis hircinus,puluis leporis uſti,puluis cuiuſdam auis combuſtæ,quæ dicitur Cauda tremula,ſanguis etiam cerui præparati,& multa alia,quæ à proprietate ducũt,frangendo lapidem. *A proprietate educentia.*

Incipiendo itaque,primò,lapis iudaicus ab omnibus laudatur in educendo lapide rhenum; qui hoc modo præparatur,& exhibetur.

Recip. *Lapidis iudaici remolliti ſuper cote,ſcru.i.diſſoluatur in aqua decoctionis milij ſolis,q.ſ.& ſtomacho ieiuno exhibeatur;educit enim ſine dolore:& ad retentionem* *Præparatio lapidis iudaici.*

tionem urinæ non minus confert.

Cinis ſcorpionum. Cinis ſcorpionum etiam confert, & ſic præparatur.

Præparatio eius. *Accipiantur ſcorpiones uiui (aliàs mortui) nume. x. & ponantur in olla noua uitrea, & claudatur orificium ollæ cum luto ſapientiæ, & ponatur in fimo; ſtet ibi quouſque ſcorpiones illi ſint exiccati, & non combuſti: deinde puluerizentur ſubtiliter: et de iſto puluere recipe gra. iij. uel iiij. & diſſoluantur in unc. ij. uini albi odoriferi, uel tantūdem aquæ mellis, apij, raphani, uel cicerum rubeorū.*

Oleum ſcorpionum. *Si autem accipiatur oleum de ſcorpionibus, & inungatur locus, in quo eſt lapis, educit lapidem.*

Syringatio. Canon. *Similiter, ſi cum ſyringa inijciatur in locum lapidis; puta, ſi eſt in ueſica; cum autem attingit oleum iſtud, lapidem frangit.*

Oleū liliaceum. *Similiter, hoc idem facit oleum liliaceum.*

Modus autem conficiendi oleum de ſcorpionibus, eſt talis.

Præparatio olei ſcorpionum. *Accipe lib. i. olei amygdalini amari, in quo ponantur xij. ſcorpiones uiui in uno uaſe uitreo, deinde claudatur orificium iſtius uaſis, & ponatur uas in ſolem per uiginti dies continuos.*

Ad idem.

Sāguinis hircini præparatio. *Recip. Sanguinis hircini præparati, ſcrup. i. uel drac. ſem. & diſſolue in unc. iij. uini albi potentis, & in aqua decoctionis ſaxifragiæ; exhibeatur calidè,*

Modum autem præparandi ſanguinem hirci, ponunt Authores talem.

Alius eius præparandi modus. *Accipiunt hircum iiij. annorum, & nutriunt ipſum per aliquot dies cum herbis appropriatis, & aperitiuis, ſicut ſaxi-*

ſaxifragia,fœniculo,petroſelino,folijs lauri, &c. deinde in menſe Auguſto iuguletur ipſe hircus, & ſecundum,ac ultimum ſanguinem abijciunt;medium autem colligunt in olla noua uitreata,bene prius lota;deinde claudunt orificium illius ollæ,& dimittunt ſic illum ſanguinem coagulare,& exiccari parum,deinde ſic exiccatũ diuidunt per fruſta, & ipſum ligant in pecia linea ſubtili, & ſuſpendunt ipſum in aerem ſiccum,uentoſum,quouſq; exiccatur in loco,in quo ſuperius defendatur à rore circũcirca, aut ſit diſcoopertus,& ſtet hoc modo per aliquot dies, deinde accipiatur huiuſmodi ſanguis,qui pulverizetur, & exhibeatur,ut ſupra:& huic pulueri,ut remoueatur odor,Serapio aliquid admiſcet cinnamomi,& ſpicæ. *Serapio.*

Ad idem ualet lapis ſpongiæ. *Canon.*

Et eſt ille,qui inuenitur in ſpongia,qui præparatur eo modo, ſicut lapis iudaicus.Doſis eius eſt,drac.i.cum aqua mellis,uel uino albo,uel alio diure:ico. *Lapidis ſpõgiæ præparatio.*

Ad idem etiam ualet cinis corticum ouorum,à quibus exierint pulli,qui ſic fit.

Piſtentur cortices ouorũ,quouſque bene pulverizentur ſubtiliter; deinde accipiatur ſcrup.i. & exhibeatur cum uino albo ,uel cum aqua ſaxifragiæ. *Præparatio cineris corticum ouorum*

Ad idem ualet auis, quæ Cauda tremula dicitur;quæ eſt mirabilis uirtutis ad frangendum lapidem.

Et eſt,quæ habet pennas circa dorſum colori auri,ſeu aureas,& in cauda puncta alba. Et quidam uolunt, quòd ſit Parix:ſed credo,quòd ſit illa, quæ uulgo dicitur Cauda tremula:& præparatur ſic. *Cauda tremula ad idẽ ualet.*

Accipiatur

Præparatio Caudæ tremulæ. *Accipiatur hæc uolucris cum pennis ſuis:& aliqui uolunt eam eſſe deplumandam ab eius plumis;& ponatur in ollula,ſitq; eius orificium obturatum;& ponatur in furno quouſque exiccetur:& de iſto puluere dentur drac.i.(uel ij.alias) cum aqua ſaxifragiæ,uel cum uino albo potenti.*

Puluis leporis combuſti. Etiam puluis leporis combuſti,prædicto modo datus,ualet ad idem.

Lapis rhenalis, ad lapidem rhenalem ualet. *Item, aliqui affirmant,quòd lapis genitus in rhenibus pulueri zatus,& exhibitus in aqua ſaxifragiæ, ſit medicina laudabilis,& à proprietate educat lapidem rhenalē.*

Experimētum. *Ego,certa experientia ductus,exhibeo cum aqua florū caryophyllorum ſylueſtrium in alpibus,& iugis montium creſcentium,uel cum aqua polygonij.*

Itidē de lapide ueſicali. *Simili modo dicūt de lapide genito in ueſica, quòd educat lapidem ueſicæ,à proprietate.*

Vermes terreſtres. *Aliqui etiam referunt, quòd uermes terreſtres exiccati pulueri zati, & exhibiti, conferunt lapidi, ad educendum eum.*

Vitrum cōbuſtum. *Item,uitrum combuſtum,ad quantitatem ſcrup.ſ. cum aqua ſaxifragiæ exhibitum,ēt frāgit lapidem, & educit.*

Alia ſimplicia. *Idem operatur ſaxifragia, milium ſolis, & ſimilia,ad hoc natura,& proprietate ualentia.*

Apium montanum. *Item, apium montanum, quocunque modo ſumptum, frangit lapidem.*

Cōpoſita ad idem. *Circa compoſita huic ægritudini cōuenientia, nota hāc medicinam, quæ frangit lapidem, & extrahit eum à ueſica, & rhenibus:& ex uarijs,inter quas iſta commendatur,quæ ſic fit.*

Experimētum lapidis eductiuum. *Recip.Seminis batheræ,quæ eſt ſpecies melonis, milij ſolis,ſaxifragiæ,radicum ſcolopendriæ,ana drac.i. Bulliant in ſ. q. aquæ apij,uel portulacæ,uel aquæ ſeminum*

communium

communium frigidorum, ad conſumptionem medietatis: deinde coletur, & colaturæ recip. q. ſ. ad diſſoluendum lithontripon Iuſtini, ana drac. i. Miſce: fiat potus, qui dulcoretur cum modico ſyrupo uiolato, & exhibeatur calidus ante diem per horam; nam à proprietate habet educere lapidem à ueſica, & rhenibus.

Clyſtere ad idem.

Recip. Parietariæ, ſenacionum, petroſilij, apij, trifolij, ſaxifragiæ, camomillæ, ſcolopendriæ, ana man. i. Bulliant omnia prædicta in ſ. q. aquæ fluuialis, ad conſumptionem medietatis: coletur, & colaturæ recip. lib. i. in qua diſſolue zucchari rubei, unc. i. ſ. aquæ uiolarũ, unc. i. ſ. electuarij lythontropon, drac. iij. hieræ ſimplicis, drac. i. ſ. (aliàs unc. ſem.) mellis roſati colati, drac. i. ſ. (aliàs unc. i. ſ.) olei de ſcorpionibus, olei liliacei, ana unc. i. ſalis cõmunis, drac. ij. uitellũ i. oui. Miſce, & fiat clyſtere, quod adminiſtretur. *Ad idem clyſtere.*

Et hæc ambo ſunt experta per magiſtrum Leonellum. *Experimẽta Leonelliana*

Alius modus extrahendi lapidem.

Qui dicitur eſſe per inciſionem; ad quem nos non intromittamus, quia ut plurimum mortalis. *Inciſio lapidis.*

Bibat intra oleum amygdalinum cum ſemine altheæ cõtuſo, & cinnamomo. *Potus ad idẽ*

Fiat circa rhenum regionem linimentum, deorſum trahendo cum unguentis, & oleis. *Ad idem unctio.*

Balneum mirum in modum confert cum parietaria. *Balneum.*

Fiant fomentationes in uirga, ut lapis eò melius exire poßit. *Fomentum.*

ADDITAMENTA PROPRIA.

N*Vtriatur ægrotus diureticis, & utatur demum his remedijs.* *Diuretica. Diæta.*

Purgetur cum his pilulis tanſleteranis, quæ ſunt optimæ, &

mæ, & efficaciſsimæ in ciendo lotio, & eiiciendo calculo.

Pilulæ tăſtetaranæ ſolutiuæ, & diureticæ optimæ.

Recip. *Erucæ ſylueſtris, milij ſolis, aneſi, fœniculi, ameos, carui, ana ſcrup. i. ſeminum cõmunium mundatorum, ſcrup. ij. caſsiæ ligneæ, galãgij, caſtorij, ana ſcrup. i. ſpicæ, pondus denarij i. cinnamomi, cubebarum, capparorũ, ana ſcrup. i ſeminis barmel, ſeu ruthæ ſylueſtris, ſcrup. ſ. cyperi, ſcrup. i. dauci, carpobalſami, tartari albi, cicadarũ præparatarum, cineris nitri, ſucci liquiritiæ, ſeminis iuſquiami, ana tantundem, agarici electi, drach. i. ſem. diagridij, drac. i. ſpecierum benedictæ laxatiuæ, drac. iij. ſpecierum hieræ ad pondus omnium.* Fiat *maſſa cum ſyrupo de radicibus, uel oxymelite diuretico. Doſis, drach. i. uel, ſi uſus expoſcit, pluſculum.*

Doſis pilularum.

Potus ad idẽ

Deinde detur hauſtulus uini decoctionis acori, cyperi, radicum apij, iringorum, & raphani.

Poteſt etiam non incommodè fieri balneum ſic.

Balneum ad idem.

Recip. *Parietariæ, camomillæ, petroſelini, foliorũ lauri, fœniculi, ruthæ utriuſq;, hyperici, origani, cepularum, arthemiſiæ, ana man. i. & fiat balneum.*

Poſt, ungantur rhenes, & loca pudenda cum iſto linimento calidè.

Linimẽtum ad idem.

Recip. *Olei ſcorpionum, cicadarum, & ſcarabeorum, ana parum, olei de nucleis perſicorum, amygdalini amari, nardini, ana parum.* Miſce.

Poſtremò, ſi prædictis parum effectum ſit, utatur ſequẽtibus trochiſchis, qui partim dolorem nephreticum, & calculorum mitigant; partim etiam lapillos per meatus urinales expellunt.

Recip.

Trochiſci ad dolorem nephreticũ, & calculæ rem, ſunt lapidis eductiui.

Recip. Granorum alkekengi drac.iij, ſeminis citrulli, cucumeris, cucurbitæ, ana drac.iij.ſ. boli armenij, gummi, thuris, ſanguinis draconis papaueris albi, amygdalarum amararum, ſucci liquiriciæ, tragacanthi, amyli, granorũ pini, ana drach.vi. ſeminis apij, karabe, terræ ſigillatæ, hyoſcyami, opij, corticum mandragoræ, ana drac.ij. fiant trochiſci, quorũ quilibet ſit drach.i. Et detur ex hijs unus mane, cum iulepo zizypharum, aut aqua mellis, aut lacte caprino, ſicut neceßitas poſtulat poſſunt iſti trochiſci inuolui in puluere cinnamomi.

DE ARDORE VRINAE, CAP. LXX.

Ardor urinæ.

Definitio.

Definitio.

ARDOR *urinæ, eſt lotij acuitas, exacerbeſcens urinales meatus præſertim rhenes, & ipſam uirgam.*

CAVSAE.

Cauſæ. Auicenna.

CAuſæ *ardoris urinæ ſecũdum* Auicennam *fen.* 19 *.lib.* 3 *.trac.* 2 *.cap.* 3 *.ſunt tres.*

Cauſa. Humores.

1 Prima, *eſt humor occultus (aliàs acutus) admiſtus urinæ, qui eſt cholera citrina, uel phlegma ſalſum, uel alius humor aduſtus, qui ſi admiſcetur urinæ, inducit ardorem, & punctionem.*

Flaua bilis.

Q*uando enim prouenit à cholera citrina, apparet urina citrina.*

Phlegma.

Et quando prouenit à phlegmate ſalſo, urina uidetur alba, cum aliquali craßitie.

Atra bilis.

Q*uando autẽ prouenit ab humore aduſto, tunc apparent in urina aduſtiones (aliàs digeſtiones) & pulueres.*

Vlcus.

2 *Secunda cauſa eſt ulcus in ueſica exiſtens, uel in collo*

Ee ueſicæ,

ueſicæ,uel in uirga.

Conſumptio humid.tatis uiſcoſæ in carnibus glã duloſis.

3 *Tertia cauſa eſt,cõſumptio humiditatis uiſcoſæ exiſtẽtis in carnibus glanduloſis colli ueſicæ,quia humiditas ibi exiſtens (aliàs, quæ inibi exiſtens)habet remittere acutatem urinæ.Et ſimiliter etiã adherent partibus illis nervoſis,prohibet ne urina pertingat membra neruoſa.*

CVRA.

Curãdi duæ intentiones.

C*Vra itaq; ardoris urinæ,iuxta has cauſas,duas exigit intentiones generales:*

1 *Quarum prima remouet materiam, cauſantem ipſum ardorem,& malam qualitatem humorum, & membrorũ hepatis,& rhenum.*

2 *Secunda intentio remouet ipſum ardorem, & malam qualitatem.*

Prima intentio.

Pro *prima intentione, quantum ad primam cauſam, minoretur materia illa,quæ facit ardorem iſto modo.*

Reci.*Sebeſten nume.viij.iuiubarum nume.x. prunorũ nume.vi.florum uiolarum,nenupharis,ana.m.ſem.hordei mũdi,et excorticati.m.ſ.bulliãt omnia in.ſ.q.aquæ,ad cõſumptionẽ medietatis,deinde coletur,& de colatura reci pe.q.ſ.ad diſſoluẽdum,caſtæ optimæ pinguis,nouiter extractæ drac.x.miſce,& dulcoretur cum unc.ſ. ſyrupi uiolati,& exhibeatur iſte potus calidus.*

Cauſa primitiua ardoris urinæ exemplum.

Aduerte quòd *ardor urinæ poteſt contingere à cauſa primitiua,ut à uento (aliàs ueneno). Sicut ego uidi bis in actu practico,cum meis præceptoribus,ſcilicet cum* Magiſtro Ludouico de Leonibus,& à Magiſtro Leonello,& *hoc in monaſterio ſancti Saluatoris* Bononiæ. Fratres *enim comederãt ranas,in fine menſis* Iulij,*quæ ſe miſcuerant cum bufonibus. Vnde magnus factus eſt eis ardor urinæ.*

Monaſteriũ Bononiẽſæ.

Eſus Buſonum.

urinæ. Magiſter Ludouicus dedit eis unc.i. caſiæ diſſolutæ in aqua maluæ.q.ſ. &c. Magiſter uerò Leonellus dedit caſiam diſſolutam in aqua ſeminum communium frigidorum, & aqua ruthæ.q.ſ.&c. Potus cõtra eſum buſonum. Ad idem potus.

Poſtea ordinauit iſtam potionem ad urinam prouocãdam, & ad rhenes mundificandos, & biberunt per tres dies, & potio talis eſt. Potio diuretica ad idẽ.

Recip. Aquæ maluæ unc.x. iulepi uiolati uncias.iij. Miſce, &c.

Aduerte quòd pauci euadunt ab illa ægritudine, cum impreßionem fecerit, ut præceptor refert. Canon.

Vltimum, & ſatis efficax remedium eſt, bibere aquam balnei thermarum. Et ſi hoc non proderit, nil auxilij reliquum erit. Nota quòd in cura ardoris urinæ non conuenit medicina ſcammoneata fortis, quia commouet humores, & ducit eos ad uias urinæ. Nec etiam cõueniunt fortia diuretica, quæ habent cum urina educere multas ſuperfluitates. Sed ſi aliqua diuretica debent conuenire, illa ſint leuia, & ducant uirtutes medicinæ ad uias urinæ. Aqua thermarum. Regula. Vitãda quæ in ardore urinæ. Scãmoniatæ.

Auicenna inquit, quod exhuberantia urinæ, eſt cura huiuſmodi egritudinis. Intelligitur illud dictum Auicennæ, quòd exhuberantia urinæ, quæ fit ex cibis, & potibus, generantibus aquoſitatem, confert huic ægritudini, ſicut eſt comeſtio lactucæ, portulacæ, ſemperuiui, cucumeris, cucurbitæ, &c. Diuretica fortia uitãda. Auicennæ cura. Canon.

Ad idem digeſtiuum.

Recip. Syrupi papauerini, uiolati, ana drac.vi. aquarum nenupharis, uiolarum, bugloſſæ, ana unc.i. miſce, fiat potus.

Facta digeſtione materiæ, euacuetur materia cum ſupraſcripto minoratiuo, ſeu lenitiuo. Addendo ei tantum= Solutiuũ ad idem.

 modo,

modo, electuarij roſati Meſuei drach.ij. & fiat euacuatio humoris ſalſi, uel aduſti, & acuti.

Diuertatur illa materia à uijs ductuũ urinæ, ſæpe exhibendo caſiam, eo modo, ut dictum eſt. Et *fiat ſic diuerſio materiæ à uijs urinæ ad uias inteſtinorum.* Et *pro diuertenda materia, prouocantia ſudorem ſunt conuenientia, ſint tamen leuia.*

Secunda intentio.

Remiſsio ardoris urinæ duplex.

Secunda intentio generalis eſt, eſtq; ad ipſum ardorem urinæ remittendum, quæ perficitur cum his, quæ applicantur ab extra, & cũ his, quæ ſumuntur ad intra, & hæc quæ per ſuperius ſumũtur, ut per os, uel inferius, ut per clyſteria conuenientia.

Per os aſſumenda, quæ ſimul remouent ardorem urinæ, & etiam malam cõplexionẽ hepatis, quæ eſt cauſa faciens ardorẽ urinæ, unde fiat tale remiſſiuum.

Potus ardoris urinæ remiſsiuus.

Rec. *Syrupi (aliàs ſeminis) papaueris, lactucæ, endiuiæ, ſcariolæ, ana drach.ſ. (aliàs unc.ſ. &c.) ſebeſten nume.vij. uel viij. bulliant omnia in.ſ.q. aquæ, ad conſumptionem medietatis, deinde colentur, & de colatura accipiantur unc.iiij. in quibus diſſolue, ſyrupi nenupharini, unc.i.ſ. & exhibeatur.*

Ad idem.

Iulep ad idẽ

Recip. *Succi cucurbitæ, ſi haberi poteſt unc.ij. (aliàs drac.ij.) ſucci portulacæ unc.ij.ſ. miſce ſimul, & ponatur in uaſe uitreo, quouſq; fiat reſidẽtia, & depuratio, deinde illi ſucci accipiantur, & cum zucchαro taberzeth.q.ſ. reducantur ad formam iulepi, & exhibeantur.*

Valent etiã ſi eiſdem ſuccis addatur mucilaginis pſillij unc.

lij unc.i.miſce,& exhibeatur ut ſupra.

Per inferius fiat hoc clyſtere.

Reci. *Foliorũ maluæ,uiolarum,nenupharis, radicũ althex,ana.m.i.bulliant in.ſ.q.aquæ,ad conſumptionẽ medietatis,coletur, de colatura recipe lib.i.in qua diſſolue, caſiæ unc.i.olei uiolati unc.ij.mucilaginis pſilij unc.i.ſalis communis drach.ij.miſce fiat clyſtere.* Per inferius ſumenda. Clyſtere ad dicta.

Ad idem ualet clyſtere, factũ ex ſolo lacte mulieris,uel uaccæ.

Item ualet ad idem liquor ſequens, cum ſyringa immiſſus per uirgam,in ipſam ueſicam,& ſic fit. Syringizatio ad idẽ.

Reci. *Albumina iij.uel iiij.ouorum conquaſſatorum ad inuicem fortiter,& amoueatur ſpuma, deinde accipe illã aquam,& ei adde lactis muliebris,pro medietate.* Tandẽ *hunc liquorem inijce per ſyringam in uirgam.*

Ad idem,ab extra applicadum circa pectinem,fiat tale medicamen.

Recip. *Aquæ nenupharis unc.iij.aquæ uiolarum,ſemperuiui,ana unc.i.ſucci ſolatri, ſemperuiui,ana unc.i.lactis mulieris unc.i.ſ.olei uiolarũ unc.ij.miſceantur ad inuicem,& infundantur peciæ lineæ in illo liquore calefacto,quæ expreſſæ ponãtur ſuper pectinẽ ſumen,& perito neon,ideſt ſuper locũ inter anũ,& burſam teſticulorũ.*

Ad idem,alteratiuum membrorum rhenum,ueſicæ,& hepatis, ad intra ſumendum.

Reci. Diapapaueris, *triaſandalorũ, zucchari uiolati, ana unc.ſ.miſce,& fiat electuariũ.Et de iſto ſumat mane & ſero,ad quãtitatem caſtaneæ magnæ,ante cibum.* Electuariũ ad idem.

Ab extra fiat epithema circa hepar,cuius deſcriptionẽ uide ſupra in cura malæ cõplexionis calidæ hepatis. Epithema ad idem.

Vnctio. Vnguentum ſandalinum. Infrigidans Galeni.

Et fiat unctio circa regionem hepatis cum unguẽto ſandalino, & infrigidante Galeni, miſcendo ſimul ambo, eodem modo quo dictum eſt, & ungantur tali unguẽto rhenes, ſiue etiam ſolo infrigidante Galeni, per ſe, abſq; unguento ſandalino: uel utrunq; ſimul miſcendo, & fiat inunctio rhenum.

Cura ardoris urinæ, prouenientis ex ulcere.

Cura ardoris urinæ ab ulcere duplex. Duæ intentiones.

Cura eſt, curare ulcus, exiſtens in ueſica, uel in collo eius, uel in calamo uirgæ, à quacunq; cauſa prouenerit ulcus.

Duplex eſt intentio habenda. Vna ad mundificandum ulcus. Altera ad conſolidandum.

Prima intentio.

Prima intẽtio. Mũdificatio Canon.

Quantum ad primam intentionem complendam ſcias, quod ulceris mundificatio fit, inijciendo per uirgam, uel ueſicam mundificatiuum, & ſit non multæ abſterſionis, ne plus excorietur ueſica.

Fiat ergo primo tale abſterſiuum, & mundificatiuũ ulcerum ueſicæ.

Syringizatio mũdificatiua, & abſterſiua.

Recip. Aquæ hordei, factæ ſecundum artem unc. viij. zucchari fini thaberzeth unc. i. liquefiat zuccharum cum illa aqua hordei, deinde cum ſyringa inijciatur per uirgam, in ipſam ueſicam tepide.

Ad idem alium mundificatiuum, & abſterſiuum ulceris.

Aliud ad idẽ

Recip. Aquæ lactis unc. vi. zucchari fini albi unc. vi. (aliàs unc. i. ſ.) liquefiat zuccharum cum aqua lactis ad ignem, & tepidum totum inijciatur per uirgã cum ſyringa, & aqua hordei prædicta etiam debet eſſe calida.

Secunda intentio.

Ad ſecũdam intentionẽ complendam fiat ſequens medicamen, quod conſolidat, & mundificat ulcus. *Concluſio.*

Accipiendo lactis uaccini. q. ſ. & injciatur de iſto lacte tepido, ad locum ulceris per uirgam. Nam mitigat, & mundificat, ratione caſeitatis, & cõſolidat ratione butyroſitatis (aliàs ſeroſitatis.) *Iniectio conſolidatiua, & mitigatiua.*

Ad idem conſolidatiuũ fortius.

Recip. Albumina ouorum nume. iiij. conquaſſentur ut ſupra dictum eſt, cui adde boli armenij, ſanguinis draconis, ana ſcrup. ij. mucilaginis pſillij, lactis mulieris, ana unc. ij. pulueriżanda pulueriżentur, miſce, & injciatur per ſyringam. *Syringizatio fortior cõſolidatiua ad idem.*

Ad idẽ ſumaẽ per os, ſequẽs electuariũ.

Recip. Lohoch de papauere, diatragacanthi frigidi, ana unc. ſ. boli armenij drach. i. bolus armenus ſubtiliter pulueriżetur, & cum alijs miſce, & fiat electuarium cum modico ſyrupo uiolato.

Ad idem linimentum, applicandum exterius circa pectinẽ, & eſt cõſolidatiuum ulceris.

Recip. Roſarum rubearũ, corticum granatorũ, balauſtiorũ, ſumachij, ana drach. i. ſ. thuris drac. i. boli armenij, ſanguinis draconis, ana drac. ſ. pulueriżẽtur omnia ſubtiliter, & cũ albumine oui reducantur ad formã linimenti, quo liniatur peritoneon, & etiam ſupra pectinem. *Linimẽtum ad idem conſolidatiuũ.*

ADIECTITIAE MEDELAE.

Recip. Lactis ſeminum frigidorum, facti cum aqua ſolatri. q. ſ. unc. vi. mucilaginum communium unc. iij. olei nenupharis, q. ſ. in quibus diſſolue, croci, opij, camphorae, ſucci iuſquiami, ana gra. iij. uel parum, miſce, *Syringizatio ad idẽ. Alia ad idẽ.*

immittatur per ſyringam, eſt expertum in dolore colis, & ardore urinæ.

Vel teratur ſemen iuſquiami, & papaueris albi, cum aqua roſacea.q.ſ. & addatur albumen oui, & inijciatur ſyringizando. Poteſt addi lactis muliebris, ſi lubitum fuerit, & opij diſſoluti parum.

DE MICTV SANGVINIS, ET SANIEI, CAP. LXXI.

APHORISMI.

Mictus ſanguinis, & ſaniei. Aphoriſmi Hippocratici.

1 Si ſanguinem, aut pus minxerint, rhenum, aut ueſicæ ulcerationem ſignificat. Aphor. 75 .*lib*. 4.

2 Quibus in urina pingui, ſeu craſſa, furfura minguntur, his ueſica ſcabie laborat. Aphor. 67 .*lib*. 4.

3 Quicunq; ſanguinem ſponte mingunt, his à rhenibus uenulam ruptam ſignificatur. Aphor. 78 .*lib*. 4.

4 Si ſanguinē mingant, aut grumos, uel ſtillicidiū urinæ habeant, & dolor in imum incidat uentrem, pectinem, & ſemen, circa ueſicam labor eſt. Apho. 80 .*lib*. 4.

5 Si ſanguinem, aut pus minxerint, aut ſquamulas, & odor adſit grauis, ueſicæ exulcerationē ſignificat. Aphoriſ. 81 .*lib*. 4.

6 Quibus in urinali uia, uel uirga, puſtulæ, uel tubercula naſcuntur, ſaniæ facta, & erupta, ſolutio fit morbi. Apho. 82 .*lib*. 4.

7 Mictio noctu plurima facta, paruā ſignificat deiectionem. Apho. 83 .*lib*. 4.

8 Si quis ſanguinem minxerit, & grumos, & ſtillicidio urinæ laboret, & dolor inciderit in fœmur, & imum uentrem, pectinemq;, quæ circa ueſicā male ſe habere ſignificatur.

catur. Aphor. 39. lib. 7.

9 Si urina mingitur purulenta, candidum, ac leue obtinens ſedimentum, ſolutio accidit ægrotantis. Aphor. prædictionum 72. lib. 2.

Mictio ſanguinis multiplex.

Sanguis quando mingitur, eſt multiplex. Mictio ſãguinis quadruplex.

1 Quidam eſt ſanguis purus, & ſolus. 2 Quidam eſt ſanguis miſtus cum ſanie. 3 Quidã eſt ſanguis aquoſus. 4 Quidam eſt ſanguis ſicut lotura carnis.

CAVSAE.

Cauſa mictus ſanguinis puri, & ſolius, dicitur eſſe duplex. Cã mictus sãguinis puri duplex.

1 Vna eſt, ab immunditia (aliàs ab abundãtia) ſanguinis in toto: quapropter (aliàs quia) materia generata expellit ſanguinem illũ per uias urinæ, uel ex ruptura uenæ emulgẽtis, uel ex ruptura uenæ in rhenibus, uel in ueſica. Abundantia ſanguinis. Ruptio uenarum.

Cuius rupturæ cauſa poteſt eſſe, percuſſio, aut caſus ſupra rhenes, uel ſupra ueſicam: aut uena rũpitur aliquãdo propter multitudinem ſanguinis uenam extendentis, & rumpentis; aut ſanguinis acuitas: quandoq; ſanguis ſua aquoſitate corrodit uenam, & rumpit: unde ſanguis emanat per uiam urinæ. Percuſſio. Caſus. Abundantia ſanguinis.

Cauſa mictus ſanguinis, ab aquoſitate.

Cauſa uerò mictus ſanguinis cum aquoſitate urinali, poteſt eſſe duplex. Aquoſitas sãguinis.

1 Prima eſt, debilitas uirtutis ſequeſtratiuæ rhenum, et hepatis, quæ uirtus non bene ſeparat ſanguinem ab aquoſitate urinali. Cã mictus sãguinis ab aquoſitate, duplex.

2 Alia cauſa poteſt eſſe, dilatatio colatorij unde ſanguis deſcendit ab hepate ad rhenes, unà cum aquoſitate urinali ueniens ad rhenes, & ad colatorium, in quo colatur urina, à

na, à ſanguine nutrituro rhenes, fit colatorij dilatatio, & ſimul ſanguis cum aquoſitate urinali tranſit ad ueſicam, & ad poros eius, & ſimul emittitur.

Cauſa mictus ſanguinis ſicut lotura carnis.

Cauſa autem mictus ſanguinis ſicut lotura carnis, eſt, debilitas uirtutis digeſtiuæ hepatis, cùm non poteſt bene conuertere chylum in ſanguinem, tunc conuertit eum in ſanguinem aquoſum, qui eſt ſicut lotura carnis, qui ſanguis eſt diminutè coctus.

Cura mictus ſanguinis puri ſolius, à multitudine ſanguinis.

Euacuatio. Diuerſio. Phlebotomia baſilicæ, uel hepaticæ.

Cura ergo mictus ſanguinis puri, & ſolius prouenientis à multitudine, & ſuperabundantia, ſeu ſuperfluitate ſanguinis aggrauantis naturam, fit cũ diuerſione, & euacuatione: & iſta perficitur cum phlebotomia baſilicæ, uel uenæ communis: & in hoc caſu, iſtarum duarum uenarum illa uena phlebotometur, quæ magis apparet: & hauriantur unc. yi. uel yiij. ſanguinis, ſecundùm exigentiam neceſſitatis.

Secunda intentio.

Cõfortatio.

Secunda intentio perficitur cum cõfortantibus rhenes, & cum alterãtibus ipſos; & hoc fit cum unctione ſequẽti.

Vnctio confortatiua.

Reci. *Olei myrthini, roſati, ana drac. yi. balauſtiorum, corticum granatorum, ſumachij, boli armenij, ana ſcrup. i. uel ij.* Puluerizanda puluerizentur, *& cum pauca cera fiat unguentum, quo ungantur rhenes.*

Quæ uitãda Multiplicãtia ſanguinẽ

Notãdum, *quòd ille, qui patitur fluxum ſanguinis per uirgam, debet cauere ab omnibus multiplicantibus ſanguinem ſicut à uino, carnibus, ouis, & ſimilibus.*

Cura

Cura mictus ſanguinis puri, à ruptura uenæ.

Cura autē mictus ſanguinis puri, quando prouenit à ruptura uenæ, facta à caſu, uel percuſſione, eſt, ut primò fiat phlebotomia diuerſiua à uena hepatis baſilica, & non fiat ita copioſa phlebotomia, ſicut in præcedente caſu. *Phlebotomia diuerſiua.*

Cura mictus ſanguinis puri, à multitudine ſanguinis.

Sed ſi prouenit mictus ſanguinis à multitudine ipſius ſanguinis, quod uena rumpitur, fiat ſequens linimētum ſuper locum dolentem, & etiam percuſſionis, uel ſupra rhenes in dorſo, uel ſupra ueſicam, uel ſumen.

Recip. Olei omphacini, myrthini, ana unc. i. boli armenij, ſanguinis draconis, tragacanthi, gummi arabici, ana drac. ſem. Pulverizentur omnia ſubtiliter, & cum prædictis oleis hos pulueres commiſcendo fiat linimentum, ſeu ceratum: eo linimento liniatur locus percuſſus. *Linimentum ad iā dictum effectum.*

Ad idem.

Recip. Albuminis ij. uel iij. ouorum, cōquaſſentur bene inuicem illa albumina, & eis addantur ſequētes pulueres, ſcilicet, tragacanthi, gūmi arab. ſarcocollæ, ceruſæ lotæ, thuris, ana ſcru. i. Miſceantur cum prædictis albuminibus: quibus adde plantaginis, unc. ij uel iiij. olei roſati, unc. i. aceti, unc. i. Cōquaſſentur omnia adinuicem, & cū pecijs lineis infuſis in tali liquore, locus percuſſus epithemetur. *Epithema ad idem.*

Cura mictus ſanguinis, ab acuitate ſanguinis.

Cura uerò mictus ſanguinis prouenientis ab acuitate ſanguinis corrodentis uenam, eſt, ut primò fiat phlebotomia diuerſiua, ex uena hepatis; deinde mundetur ſanguis ab humore exacuente ſanguinem, ſicut cholera cū ijs, quæ habent *Phlebotomia Euacuantia.*

habent choleram euacuare, & à proprietate reſtringere ſanguinem, ſicut eſt ſequens potio.

Potus reſtrictiuus. *Recip. Rhæobarbari electi optimi, drac. i. ſ. Pulverizetur ſubtiliter, abſq; tamen correctiuo; & decoquatur (aliàs diſſoluatur) cũ aqua, uel ſucco plantaginis, q. ſ. Eſt reſtringere fluxum ſanguinis, à quacunque cauſa uenerit.*

Pro pauperibus autem, loco rhæobarbari ponãtur cortices myrobalanorum citrinorum pùluerizatorum ſubtiliter, in quantitate drach. ij.

Remittatur feruor, & acuitas ipſius ſanguinis cum ſequenti potione.

Potus feruoris, & acuitatis ſanguinis remiſsiua. *Recip. Syrupi uiolati, myrthini, ana unc. yi. (uel aliàs yi. drac.) aquarũ plantaginis, portulacæ, endiuiæ, ana unc. i. Miſce: & exhibeatur iſte potus quater, uel quinquies.*

Electuarium incraſſatiuum ſanguinis, & acuitatis eius remiſſiuum, ſic fit.

Electuarium ad idem. *Recip. Zucchari roſati antiqui, diacydoniton ſine ſpeciebus, ana unc. i. Miſce: & cum ſyrupo roſato formetur electuarium; de quo exhibeatur ante cibum per horam, ad quantitatem caſtaneæ magnæ.*

CVRA MICTVS SANGVINIS, EX DILATATIONE COLATORII.

Cvra autem mictus ſanguinis proueniẽtis ex dilatatione colatorij, eſt; diuertere ſanguinem cum phlebotomia, modo prædicto; & fiat phlebotomia diminuta; deinde confortare rhenes cum linimentis ſupra ſcriptis.

Confortatio

Experimentum. *Et unum ſingulare, quod ualet in dilatatione rhenum, eſt; lac ouinum cum bolo armenio, exhibendo per os in cõuenienti, & debita doſi.*

Circa curam ſaniei, uide Auicẽ. cap. de ardore urinæ, & ulcerum: & Varignanam, cap. proprio.

APPOSI-

APPOSITITIAE MEDELAE.

Potus ad prædicta bonus.

LAc infuſionis rhaponticæ crebrò potũ, mictioni cruentæ, & ſanioſæ medetur.

Alius ad idẽ.

Vinum quoq; decoctionis herbæ gratiæ dei, ſæpius bibitum, ad idem ualet.

Item bibat hæmopturicus per triduum ſingulo mane, ſuccum ſanguinariæ cum uino optimo calido.

Vtatur etiam iſto electuario.

Electuarium ad idem.

Recip. Sacchari roſati antiqui, unc. i. pulpæ tamarindorum, unc. i. ſem. pulueris xyloceratorum, unc. ſ. electuarij de gemmis, diamargariti, ſpecierum temperatarũ, ana drac. i. miuæ cydoniteis, ſyrupi roſati, ana q. ſ. Fiat miſtura. Doſis, à drach. i. uſque ad i. ſem. uel ij.

DE HERNIA, CAP. LXXII.

Hernia.

Triplex ruptura.

Eminẽtia umbilici.

EMINENTIA umbilici eſt tumor quidam circa umbilicum, proueniẽs ex ruptura ſyphach in illa parte, per quã rupturam egreditur uentoſitas, aquoſitas, ſanies, zyrbus, inteſtinum, aut carnoſitas quidem, uel quæ exiſtentia, intumeſcit umbilicus.

Inguinis ruptura.

2 Inguinis ruptura fit ex ruptura ſyphach circa partes inguinis, propter quam rupturã ſimiliter dicta etiam aliqua exeunt, & inducunt dolorem.

Hernia quid? Tres herniæ

3 Hernia uerò, eſt duricies pellis, quæ fit poſt inteſtinorum deſcenſum; & habet tres ſpecies; enterocelam, epiplocelam, & hygrocelam. Enterocela dicitur, quum inteſtina dilabuntur in ſcrotum: epiplocela, quum omentum: hygrocela, quum in alterum è teſtibus humor confluit.

Rami-

Ramicis ſpecies.

Parocela eſt, quum ex abſceſſu aliquo circa ſcrotum materia ſubduruit.

Sarcocela, quum in ipſo ſcroto caro concreuit.

Cirſocela, quum uenæ intumuerunt, tunicis teſtium integris, uel in illo ſcroto.

Vel quum bubonocela dicitur in inguine.

Bronchocela, quæ fit in ceruice, eſt quaſi tumor magnus, & rotundus inter cutem, & aſperam arteriam, qua modo caro hebes, modo humor aliquis intercluditur: interdum etiam minutis oſſibus pili immiſti. De hac materia *uide latius* Gal. *in lib. definitionum.*

Definitio herniæ.

Hernia quid *Hernia propriè dicitur, quãdo tumor burſæ teſticulorum, uel oſſei ex rebus deſcendẽtibus in burſam, ex re ibi genita inflante burſam apparet; & ſunt ſeptem eius ſpecies, ſcilicet, uentoſa, aquoſa, ſanioſa, uaricoſa, carnoſa, zyrbalis, & inteſtinalis.*

Septem herniæ ſpecies.

Hernia uentoſa. 1 *Ventoſa eſt, quæ fit à uentoſitate deſcendente per didimum in burſam teſticulorum.*

Aquoſa. 2 *Aquoſa, quæ fit ab aquoſitate deſcendente didimũ ad burſam oſſeã: inſpiciẽti enim cũ lumine apparet aquoſitas.*

Sanioſa. 3 *Sanioſa, quæ fit à ſanie deſcendente ex apoſtemate quodam ſaniato in uentre.*

Varicoſa. 4 *Varicoſa, ſeu uerruculis, uel ceſa eſt, quæ fit ex tumore uenarum exiſtentium circa teſticulos, uel oſſeum inflatur, & incraßatur.*

Carnoſa. 5 *Carnoſa, quæ fit à carne genita ad intra didimum, ſiue ſit inueſicata, ſiue non.*

Zyrbalis. 6 *Zyrbalis eſt, quando propter dilatationem didimi deſcendit zyrbus ſecundùm aliquam partem ad burſam.*

7 Inteſti-

7 Inteſtinalis eſt, quando ex dilatatione didimi deſcen dit inteſtinum ad burſam, & illud utplurimum eſt monoculus, quia minus eſt allegatus cum meſenterio. Inteſtinalis.

CVRA HERNIAE AQVOSAE.

Cura herniæ aquoſæ, quæ prouenit ab aquoſitate deſcendente per didimum ad oſſeum, duplici perficitur intentione; quarum una eſt, ad cauſam antecedentem, quæ eſt materia phlegmatica aquoſa, inuēta in hepate per uiā indigeſtionis, & fluxionis, à capite ad ſpinā dorſi, & per nucham. Secunda intentio eſt, ad cauſam coniunctam, ſcilicet, ad reſoluendam aquoſitatem illam, quæ eſt in burſa, uel ad extrahendum eam cum perforatione. Cognoſcitur autem ſic aquoſa hernia, quia inſpiciendo cum lumine apparet aquoſitas manifeſta. Duæ curādi intentiones.

Prima intentio.

Prima ergo intentio perficitur, minorando materiam, digerendo ipſam, & euacuando eradicatione.

Pilulæ materiæ minoratiuę.

Recip. Pilularum aggregatiuarum Meſuei, pilularum de rhæobarbaro Meſuei, ana ſcrup. i. elacterij, gran. i. ſem. Formentur pilulæ, num. y. cum ſyrupo de endiuia, præcipuè cùm uenit à uirtute digeſtiua hepatis.

Si uerò ueniat à capite, exhibeantur infraſcriptæ pilulæ.

Recip. Pilularum cochiarum, aurearum Nicolai, ana ſcrup. i. & ß. p. Formentur pilulæ, quæ exhibeantur quando uadit dormitum. Pilulæ capitales ſolutiuæ

Facta minoratione, fiat tale digeſtiuum, quando prouenit aquoſitas à debilitate uirtutis digeſtiuæ hepatis. Digeſtio.

Recip. Syrupi de endiuia, ſyrupi de eupatorio, mellis roſati colati, ana unc. ſem. aquarum abſynthij, eupatorij, endiuiæ, Potus, ſi aquoſitas pro-

uenit à debilitate uirtutis digeſtiuæ *endiuiæ, ana unc.i. Miſce: fiat hauſtus unus.*

Si uerò proueniat à capite, detur tale digeſtiuum.

Digeſtiuum capitale. *Recip. Syrupi ſtæchaditis ſine ſpeciebus, mellis roſati colati, oxymellis ſimplicis, ana unc. ſ. aquarũ bethonicæ, abſynthij, endiuiæ, ana unc. i. Miſce, & fiat ſyrupus: exhibeatur iſte ſyrupus eo modo ut alij, ſecũdum cõſuetudinẽ.*

Euacuatio. *Facta digeſtione materiæ, pro medicina eradicatione euacuatiua, ſi prouenit ab hepate, exhibeantur pilulæ ſuperius ordinatæ, pro minoratiuo cum rhæobarbaro, in maiori tamen doſi, quàm prius, & ordinentur ſic.*

Pilulæ euacuatiuæ. Recip. *Pilularum aggregatiuarum, ſcrup. ij. pilularum de rhæobarbaro Meſuei, ſcrup. i. electuarij, gran. ij. Formẽtur pilulæ, num. vij. cum ſyrupo ſtæchadite, & dentur ante diem per horam.*

Lauatiuum. *Hinc ad v. horas detur lauatiuum more conſueto.*

Si autem proueniat à capite (aliàs calíditate) dentur hæ pilulæ.

Pilulæ ad idẽ Recip. *Pilularum cochiarum, ſcrup. ij. pilularum de biera Nicolai, ſcrup. i. elacterij, gran. i. Formentur pilulæ, nu. vij. cum ſyrupo ſtæchadite: quibus adde elacterij, gran. ij.*

Canon. *Sciendum tamen, quòd in hoc caſu non cõueniunt ſolutiua in forma potabili: poteſt tamen dari lauatiuum.*

Lauatiuum.

Diæta. *Regimen in uita, declinet ad calidum, & ſiccum, quantum ad ſex res non naturales: quod regimen dictum eſt in cap. de hydropiſi.*

Secunda intentio.

Secũda intẽ. *Secũda intentio, quæ eſt ad cauſam cõiunctam, perficitur, illam aquam educendo cum perforatione, uel reſoluẽdo ſenſibiliter, uel inſenſibiliter: ulterius, prohibendo ne aquoſitas illa amplius fluat ad burſam teſticulorum.*

Perforatio ſẽſibilis, uel inſenſibilis.

Prius

Prius itaq; inſenſibiliter reſoluitur cũ fomẽtatiõibus, unctionibus, & cũ applicatis emplaſtris

Reſolutio inſolubilis.

Vnde fomentatio ad burſam pro reſolutione aquæ, fiat talis.

Fomentũ reſolutiuum.

Reci Origani, calamenti, pulegij, abrotani, camomillæ, anethi, aniſorum, ana m i. carui, ameos, ſeminis agni caſti, cimini, ana unc. ſ. cõtundantur craſſo modo, & bulliãt in. ſ. q. aquæ ciſternæ, ad conſumptionem tertiæ partis, uel medietatis, deinde accipe ſpõgiam unam, quæ madefiat in prædicta aqua, poſtea expreſſa, burſæ apponatur, deinde cum illa ſpongia incipit tepefieri, reiteretur, et iterum de nouo infundatur in eadem decoctione calida, & apponatur, & hoc fiat quater, uel quinquies.

Deinde locus fomentatus, & exiccatus, inungaẽ cũ ſequẽti unctione.

Exiccatio.

Recip. Olei caſtorini (aliàs coſtini) rutbacei, liliacei, euorbitis, ana unc. vi. infundantur peciæ lineæ in iſtis miſtis, & expreſſæ ponantur ſupra burſam, ad reſoluẽdum illam aquam.

Vnctio reſolutiua.

Item ad idem fiat emplaſtrum reſolutiuum ſic.

Recip. Menthaſtri, balſamitæ, ideſt, menthæ aquaticæ, origani, calamenti, chamedreos, camepitheos, camomillæ, ana. m. i. farinæ fœnugræci, farinæ fabaceæ farinæ ſeminis lini, ana unc. i. aneſorum, cimini, ana unc. ſ. ſubtiliter puluerizentur herbæ, & bulliant in. ſ. q. aquæ, ad perfectam decoctionem, deinde piſtentur in mortario, et addãtur farinæ & pulueres, & cum decoctione prædicta, & cum oleo rutbaceo (aliàs roſaceo) q. ſ. ad impinguãdum, fiat emplaſtrum, quod inſenſibiliter reſoluit aquam, exi-

Emplaſtrum reſolutiuũ.

ſtentem in burſa teſticulorum.

Euacuatio ſenſibilis. *Vbi autem aquam prædicta adminiſtratio non reſolueritt, tunc euacuetur illa aqua ſenſibiliter, perforando burſam iſto modo.*

Perforatio. Canon. Doctrina. *In ea parte burſæ, quæ magis tendit ad inferiora, fiat perforatio cum lanceola, cauendo ne Chyrurgicus perforet neruum, uel uenam, neq; tangat teſticulum, & tunc facto foramine, dimittat aquã exire. Si autem eſſet debilis, tunc nõ una uice dimittatur exire, ſed reiteretur pluribus uicibus. Et ſi cõtingeret quod clauderetur foramen ſe ſolo (aliàs ſua ſponte) tunc de nouo incidatur, ſed in alio loco, non priore, uel primo.*

Obſeruatio,

Aqua in burſa. Aqua in folliculo. *Animaduertendum etiam, quòd illa aqua aliquãdo eſt in burſa, aliquãdo in folliculo teſticuli, quãdo eſt in burſa, fiat inciſio eo modo, quo dictum eſt. Si autem ea eſt in folliculo, cooperiente teſticulum, tunc ſi illa aqua debet extrahi per inciſionem, fiat hoc modo.*

Inciſio. Canon. *Teſticulus teneatur ſuperius ſupra oſſa femorum, & probibeatur ne teſticulus ingrediatur ad intra Syphach & etiam ne deſcendat iterum ad burſam. Vnde Chyrurgicus, poſtquam teſticulus eſt ſuper oſſa femorum, ponat unã manum ſuperius, ut teſticulus non ingrediatur Syphach, & aliam ponat inferius, prope os femoris, ut teſticulus non deſcendat, deinde perforet folliculum teſticuli, & exibit aqua.*

2. CVRA HERNIAE VENTOSAE.

Cura herniæ uẽtoſæ. Duæ intentiones. *Cura herniæ uentoſæ duas habet intentiones. Vnam ad cauſam antecedentem. Aliam ad cauſam coniunctam, quæ eſt uentoſitas, exiſtẽs in burſa teſticulorum, uel in folliculo teſticuli.*

Prima

Prima intentio.

Prima intentio perficitur cum eiſdem, cum quibus cō-pletur in hernia aquoſa, ſcilicet in euacuando materiam ex qua fit uentoſitas, & eſt materia phlegmatica, eo mo-do, quo dictum eſt in cura herniæ aquoſæ. Euacuatio.

Secunda intentio

Secunda intentio, quæ eſt ad cauſam coniunctam, ſic perficitur. Primo *fomentando burſam cum his, quæ ha-bent reſoluere uentoſitatem.* Reſolutiua uentoſitatū. Fomentatio uentoſitatū.

Fiat ergo primo ſequens fomentum.

Recip. Origani, *calamenti, ſauinæ, ſaluiæ, bethonicæ, rutbæ, camomillæ, ana. m. i. ſeminis aneſi, fœnicul., cimi-ni, carui, ameos, ana unc. ſ. (alias ana drach. i.) contundā-tur craſſo mō, bulliāt in puſca, hoc in uini, et aquæ æqua-libus partibus, ad conſumptionē tertiæ partis, & cū ſpon gia infuſa in prædicta decoctiōe ut ſupra, fiat fomētatio.*

Deinde poſt fomentationē, loco prius exiccato, fiat ſequens unctio.

Reci. *Olei coſtini, euphorbitis, ſambucini, ana drac. vi. miſce, & inungatur locus cum iſtis oleis calidis.* Exiccatio. Vnctio ad idem.

Emplaſtrum ad idem.

Conueniens eſt illud emplaſtrum, quod ordinatum eſt ſuperius in cura herniæ aquoſæ.

Notio.

Nota quòd hæc hernia non curatur cum inciſione ma-nuali, ſicut curatur hernia aquoſa, alijs conferentibus remedijs. Licet aliqui teneant, quòd etiam hernia uen-toſa poßit incidendo curari, ſicut Guilhelmus de Pla-centia adſerit. Canon. Guilhelmus de Placētia.

C 3. CVRA HERNIAE ZIRBOSAE.

Cura herniæ zirboſæ, & inteſtinalis perficitur. Pri-mo cum Herniæ zyrboſæ cura.

Duæ inten= tiones. mo cum medicinis pharmaceuticis. Secundo cum ope= ratione manuali.

Euacuatio. 1 Primum membrum perficitur, cum euacuatione prin cipaliter.

Zyrbi intro ductio. 2 Secũdo, introductione zirbi, & inteſtini in uentrem.

Clauſio fo= raminum. 3 Tertio, cum claudentibus foramẽ, per quod exit zir= bus, & inteſtinum.

1 Quantum ad primum, fiat euacuatio phlegmatum, uel etiam fecum, exiſtentium in inteſtinis, antequã intro= ducantur inteſtina, uel zirbus.

Per os. Ad infra. Talis autem euacuatio poteſt fieri, & per ſuperiora aſſumendo per os. Et per inferiora, intromittendo per cly ſterium, & in hoc caſu conuenientia ſunt.

Cura. Vnde primo cum clyſteri lenitiuo, in quod ponatur ali quid eductiuum phlegmatum, exiſtentium in inteſtinis, euacuatio fiat talis.

Clyſtere le= nitiuum. Recip. Decoctionis communis lib. i. (aliàs lib. i. ſ. aliàs q. ſ.) in qua bullierint radicũ altheæ. m. i. in qua diſſolue, ſacchari rubei dra. i. ſ. (aliàs unc. i. ſ.) mellis roſati colati unc. i. caſiæ unc. i. bieræ picræ drach. vi. olei camomalini (aliàs communis) unc. iij. ſalis communis drach. ij. miſce, & fiat clyſtere euacuatiuum.

Canon. Lenitiuum clyſtere tantũmodo tunc conuenit, quando inteſtina ſunt plena fecibus & fit hoc mõ.

Clyſtere le= nitiuum. Recip. Maluæ, blitis, foliorum maluarum, radicum, altheæ, ana. m. i. bulliant in. ſ. q. aquæ, ad conſumptionem medietatis, coletur, & de colatura accipiatur lib. i. ſ. in quibus diſſolue, ſacchari rubei drach. ij. caſiæ unc. i. olei communis unc. iij. ſalis communis drac. ij. miſce, fiat cly= ſtere lenitiuum.

Quantum ad ſecundum, eſt notandum, quòd difficile eſt intromittere inteſtina in uentrem, propterea, quod inteſtinum quod exit, eſt repletum aliquando fecibus, & quandóq; uentoſitate. Itaq; propter illam nimiam repletionem, non poteſt intromitti. Intromiſsio inteſtini. Canon.

Ideo ſi eſſent feces prohibentes immiſſionem, debent mollificari cum lenientibus hoc modo. Mollificatio Lenitio.

Recip. Olei communis lib. i. deinde infundantur peciæ in hoc oleo, calefacto prius, quæ poſtea illi inteſtino, quod exit, ſiue egreſſum eſt, applicentur, & toties applicētur, donec feces mollificentur. Deinde infirmo reſupinato, & cruribus ad ſuperiora eleuatis, Chyrurgicus paulatim intromittat illud inteſtinum, & non una uice tantū ſimul, ſed per interuallum (alias parum.) Applicamētum. Intromiſsio inteſtini.

Si autem uentoſitas eſt prohibens intromiſsionē, retinens inteſtinum ad extra, ita quod non poteſt, uentoſitate in inteſtino exiſtēte, ipſum inteſtinum intromitti, tunc fomentetur ipſum inteſtinum ſequenti pyria. Ventoſitas prohibitiua intromiſsionis inteſtini

Reci. Camomillæ, meliloti, anethi, parietariæ, ana. m. i. ſeminis lini, fœnugræci, anā unc. ſ. bulliāt in. ſ. q. aquæ, ad conſumptionem tertiæ partis, deinde infundatur ſpongia, & applicetur eo modo ut ſupra. Fomentatio ad idem.

Poſt fomentationem ungatur locus exterius, cum oleo camomalino, & lilino, miſceantur, & calide inungatur, quouſq; uentoſitas pro parte ſit reſoluta. Vnctio ad idem.

Tandem introducatur inteſtinū ad foramen, per quod exit inteſtinum. Intromiſsio inteſtini.

Et ſimiliter debemus conſolidare, ſi poßibile eſt, & hoc fit fomentationibus, unctionibus, emplaſtris, & cæratis cōſolidantibus, & ſtringentibus. Cōſolidatio.

Vnde quantum ad primum, fiat fomentatio conſolidatiua, quæ ſequitur.

Fomentatio cõſolidatiua

Reci. R*oſarum rubearum, myrtillorum, ſumachij, hypocyſtidis, gallarum, nucum cupreſsi, & foliorum eius, ana m.ſ. (aliàs m.i.) radicum conſolidæ maioris, & minoris, herbæ hypericonis, arthcticæ, ana m.ſ. cõtundãtur craſſo modo, & bulliant in aqua plantaginis, & uino nigro ſtyptico, æqualibus partibus, cum quarta parte aceti, ad cõſumptionem medietatis, deinde accipiatur ſpõgia, & infundatur in prædicta decoctione, & applicetur loco calide, & fiat ter, uel quater, uel quinquies, bene exiccetur locus fomentatus, & unctione iſta ungatur.*

Vnctio ad idem.

Reci. O*lei hypericonis, olei abietini, olei omphacini, olei myrthini, ana unc.ſ. corticum thuris, maſtyches, corticum granatorum, mummiæ, boli armenij, ſanguinis draconis, ſarcocollæ, ana ſcrup.i. puluerizanda pulverizẽtur, & cum prædictis oleis, & modica cæra fiat unctio, qua inungatur locus, uel madefiant peciæ in tali unguento, & applicentur loco.*

Q*uo ad ſecundum, fiat tale emplaſtrum, ad conſolidandum (aliàs reſoluendum.)*

Emplaſtrũ ad idem.

Reci. T*huris maſculi, ſarcocollæ, aloes ſuccitrini, mũmiæ; ariſtolochiæ rotundæ, & longæ, conſolidæ maioris, nucum cupreſsi, pſidiæ, uermium terreſtrium, ana drac.ij. (aliàs ana unc.i.) lytbargirij, oppoponacis, bdelij, ammoniaci, galbani, maſtyches, terebinthinæ, ana unc.i. ſanguinis humani unc.i. glutinis piſcis, uiſci quercini, ana drac. vi. (aliàs ana drach.ij.) pellis arietinæ unc.ſ. depilatæ in aceto, & in aqua pluuiali, decocta uſq; ad liquæfactionẽ, diſſoluantur gummi in aceto, pulueriʒanda pulueriʒentur, &*

tur, & in glutinibus liquefactis, fiat emplaſtrũ, quod apponatur loco rupturæ, & procedatur cum iſto emplaſtro, quatuor, uel quinq; continuando dies.

Deinde fiat infraſcriptum cæratum, quod etiã ex eiſdem rebus poteſt confici, quæ prædictæ ſunt, & emplaſtro iam dicto, cõmiſcendo cũ eis picem naualem, & rheſinam pini. q. ſ. & fiat cæratum, extenſum ſupra corium, in forma, & quantitate, ut eſt ruptura. Cæratum ad idem.

Fiat etiam tale cæratum hoc modo.

Reci. Lythargirij, gummi Arabici, tragacanthei, oppoponacis, bdelij, galbani, ana unc. ſ. thuris, ſarcocollæ, aloes ſuccotrini, mũmiæ, ſumachij, berberis (alàs uernicis) ariſtolochiæ longæ, & rotundæ ana drac. ij. conſolidæ maioris, nucum cupreßi, pſidiæ, gallarum, ana drac. ij. ſanguinis humani unc. ſ. uiſci quercini, glutinis piſciũ, ana drac. ij. pellis arietinæ unc. ſ. coctæ in aqua pluuiali, & ſubtiliter piſtetur, puluerizanda puluerizentur, & liquefaciẽda liquefiant in aceto, cum gũmi, & pice nauali, & rheſina pini. q. ſ. fiat cæratum. Aliud ad idẽ

Regimen uerò uitæ declinet ad contrarium cauſæ, ſcilicet calidum, & ſiccum. Regimen uitæ.

Cura herniæ inteſtinalis, fiat cum bona perforatione acus, & fili ligatura. M. Chriſtoph. Bononienſis. Cura herniæ inteſtinalis M. Chriſtoph. Bononiẽſis.

ADDITIONES PROPRIAE.

EGo *puerum undeuigenarium, hernia laborantem curaui, ſola fomentatione, emplaſtratione, & balneatione radicum hyrundinariæ, ſeu uincetoxici.* Idem *remedium ualet & cõtra procidentiam hyſteræ omphali, & etiam ani.* Experimẽtum propri

um in hernię procidẽtia hyſteræ omphali, & ani.

Nonnullos hernioſos ſanaui hoc propotiſmate.

Recip. Viriæ, ſeu pyrolæ, ſaniculi, polypodis, uel eius loco, perfoliatæ, ana. m. i. conſolidæ ſarracenicæ, fruticẽ. Ponantur in olla uitreata, munda, & noua, bulliãt inciſa, & piſtata, in menſura. i. uini meraci, & optimi, ad excoctionẽ trium latorũ digitorũ, dende coletur. Si placet, dulcoretur cũ iulepo roſaceo, uel rob de ribes parũ, de quo bibat patiens mane, & ſero hauſtum bonum.

Cataplaſmetur locus ruptionis, cum ſequenti emplaſtro.

Reci. Limaturæ karabæ, & magnetis, ana un. i. emplaſtri contra rupturã magiſtralis, unc. i. ſ. olei uitellini unc. iij. fiat emplaſtrum tenax ſecundum artem, ponatur ſuper pelle arietina, ex more, & applicetur loco.

Ligatura. Motus uitãdus.

Adhibeatur ligatura, cum ſtrictorio ad hoc parato, caueat à motu indecenti, obſeruet diætam.

Diæta.

Balneum pro crepatis expertum.

Recip. Arthemiſiæ, conſolidæ ſarracenicæ, & maioris, ſaniculi, alchymillæ, agrimoniæ, ſanamũdi, ſiue benedictæ herbæ, & radicis hedere arboreæ, maluæ radicis, & herbæ ſcolopendriæ, ana q. v.

Potus ad idem.

Potus ad idem.

Reci. Arthemiſiæ, maluæ, ſcolopendriæ, conſolidæ maioris, ſarraceniæ, ana. q. v.

Oleum ſanatiuum, bonum pro sauc·s, & crepatis.

Oleum ſanatiuũ expertum pro ſaucijs & crepatis.

Reci. Florum ror·ſmarini, boraginis, bugloſſæ, camomillæ, uiolarum, roſarum, ana. m. i. ſtœchadis, foliorum lauri, maioranæ, ſaluiæ, ana m. ſ. minutiſſime iſta incidãtur, & cũ uino optimo ſtare permittãtur per duos dies,

po[illegible]

poſtea per alembicum deſtilletur; in qua deſtillatione ponatur terebenthinæ, lib. ſem. thuris optimi, maſtyches, bdellij, anacardi, ana, drac. ij. Terantur, & ponantur in prædicta deſtillatione per ij. dies; poſtea deſtilletur: his adde ſecunda die nucis moſchatæ, caryophyllorum, cubebarum, macis, zinziberis, cardamomi, ana ſcrup. ij. ligni aloes, drac. ſem. ambræ, moſchi, drach. ſem. Puluerizentur, & in prædictis ad ij. dies ponantur; & prius iterum deſtillentur: in fine uerò, ignis fiat maior, & exibit oleum; quo utere.

Vnguentum ad idem, expertum.

Recip. *Pinguedinis talpæ, muſtelæ, urſi, caſtrati, ana q. v. ſucci herbæ roriſmarini, bethonicæ, ana q. v. Fiat unguentum, & imponatur, moderatè ungẽdo; & uidebis experientiam. Caueas tamen ne ungas tempore ualde frigido, quia eſt unguentum ſubtiliſſimum.* *Vnguentum ad idem, expertum.* *Canon.*

DE GONORRHAEA, CAP. LXXIII.

Definitio.

GONORRHAEA *eſt emiſſio ſeminis, ſeu ſpermatis inuoluntaria.* *Gonorrhæa quid.*

Definitio Galeni.

Gonorrhæa eſt ſeminis excretio inuoluntaria, morbum ſeminis afferens cum corporis colliquatione, & calore malo. Accidit uaſis ſpermaticis imbecillis, ut cum tremore quodam, ipſis remiſſis, ſemen non ſeruetur. Gale. lib. *definitionum: idem, lib.* 3. *de ſympt. cauſis: idem, de locis affect. lib.* 6. *cap.* 6. *Alia Gal. definitio.* *Idem Gale. alibi.*

Etymologia.

Dicitur enim gonorrhæa à γονὴ *græcè, quod eſt ſemen,* *Gonorrhæa*

unde dicatur. *men, ϛ͂ ἐ͂ιν, quod fluere.*

Et eſt gonorrhæa fluxus ſpermatis inuoluntarius.

Gonorrhæa quid. *Et quia ordinata curatio fit per remotionem cauſæ, ideò etiam in præſenti cap. notabuntur cauſæ, & ſigna.*

Canon. *Cauſæ itaq; iſtius paßionis poſſunt eſſe quatuor.*

CAVSAE.

Cauſæ gonorrheæ iiij.

1 *Materia earum quædam ſe tenet ex parte uaſorum ſpermaticorum:*

2 *Quædam, ex parte ſpermatis:*

3 *Quædam, ex parte rhænum:*

4 *Quædam, ex parte principiorum.*

Ex parte ſpermatis fit gonorrhæa.

Ex parte ſpermatis gonorrhæa.

1 *Aut ex multitudine ſpermatis, ſicut cõtingit in corporibus ſanguineis repletis multo ſanguine, uirtute forti.*

2 *Aut ex parte fluxibilitatis, aut aquoſitatis ſpermatis ſicut in phlegmaticis, & mollibus.*

3 *Aut ex parte acuitatis ſpermatis, ut in cholericis; nam in phlegmaticis cùm exuperat phlegma aquoſum in eis, multiplicat ſperma, quod ſimiliter aquoſum eſt; unde continuo effluit, etiam abſque uirgæ erectione.*

Cholerici. *In cholericis autem, quia eorum ſperma eſt acutum, & mordicatiuum, ſtimulando uirtutem expulſiuam uaſorum ſpermaticorum, faciunt eorum ſperma exire.*

Ex parte uaſorum ſpermaticorum, contingit etiam gonorrhæa.

Ex parte uaſorũ ſpermaticorum gonorrhæa.

1 *Aut propter debilitatem uirtutis retentiuæ eorum, & fortitudinem expulſiuæ.*

2 *Aut propter mollificationem ipſorum; unde relaxantur uaſa retinentia ſperma, & exit ipſum ſperma.*

3 *Aut propter ſpaſmum uaſorum, ſicut cõtingit in epilepſia, in qua cõtrahuntur nerui, & muſculi totius ex ſpaſmo, &*

mo,& ita illi muſculi,qui ſunt circa uaſa ſpermatica contrahuntur,& expellitur ſperma; & ita per illam rationem expelluntur & urina,& feces,ſicut hoc experimẽtum in epilepticis.

Ex parte rhenum etiam gonorrhæa contingit,utpotè.

Ex parte rhenũ gonorrhæa.

Propter nimiam caliditatem rhenum attrahentium cõtinuo materiam ſpermatis ad uaſa ſpermatica, & ipſa uaſa dilatantur.

Ex parte principiorum etiam contingit gonorrhæa.

Ex parte principiorũ gonorrhæa.

1 *Sicut ex parte deſiderij,& concupiſcentiæ coitus,et uenereorum actuum (aliàs accidentium;) unde ex nimia concupiſcentia,& deſiderio, & imaginatione coitus, & actus uenerei mouetur ſperma,& emittitur.*

2 *Et quandoq; ex nimio,& frequenti tactu,& cõuerſatione mulierum,& præcipuè pudendorum mẽbrorum.*

Tres gonorrheæ principales cauſæ

Quidã aũt has oẽs quator cauſas prædictas gonorrheæ paſsionis ad tres tantũmõ cauſas deducunt principales.

1 *Videlicet,ad multitudinem ſpermatis.*

2 *Ad debilitatem uirtutis uaſorum ſpermaticorum.*

3 *Et ad acuitatem,& fluxibilitatem ſpermatis.*

SIGNA.

Signa gonorrheæ ex parte ſpermatis

Signa autem diſtinctiua prædictarum cauſarum, ſcilicet,gonorrheæ paſsionis ſunt hæc; nam ſi gonorrhæa ex parte ſpermatis uenit,tunc ſigna ſunt iſta.

1 *Nam ſi prouenit propter multitudinem ſpermatis, tunc uirtus patiẽtis non debilitatur,neq; extenuatur eius corpus,imò uidetur manere in colore ſuo.*

2 *Si autem ex aquoſitate ſpermatis contingit, ſignum eſt,quia ſperma exit aquoſum ualde, & ſine aliqua decoctione,&*

ctione, & abſque delectatione aliqua.

3 Si autem contingit ex acuitate ſpermatis, ſignum eſt, quia exit quãdo illud tunc mordicat, & exit cum aliqua delectatione.

Signa gonorrhϾ ex parte uaſorum ſpermaticorum.

1 Signa autem gonorrhϾ contingentis ex parte uaſorum ſpermaticorum, tunc exit abſque delectatione, & erectione urgæ.

2 Similiter etiam ſi contingat ex mollificatione uaſorum ſpermaticorum.

3 Si autem prouenit ex ſpaſmo uaſorum, tunc ſignum eſt, quia apparent motus contrarij (aliàs contracti) circa partem uenarum, in qua ſunt uaſa ſpermatica; puta, circa ſumen, & pectinem; & uidetur quòd aliquid trahatur ſuperius.

Signa gonorrhϾ ex caliditate rhenum.

Signa autem gonorrhϾ prouenientis ex caliditate rhenum, ſunt hæc; quia tũc apparet, & ſentitur manifeſta caliditas circa regionem rhenum, & ſperma exiens habet aliquid acuitatis, & mordicationis in exitu ſuo.

Signa gonorrhϾ ex parte principiorum.

Signum autem quòd gonorrhæa prouenit ex principijs; puta, ex appetitu, uel concupiſcentia, eſt hoc; quia præceſſit inordinatus appetitus ad coitum, & inordinata concupiſcentia rerum uenerearum, & multa conuerſatio, amplexus, & tactus mulierum multum impudicus, ſermones, colloquia, cogitationes ſæpius factæ de coitu.

CVRA.

Cura gonorrhϾ ex multitudine ſpermatis.

Cura gonorrhææ, quæ fit à multitudine, & repletione nimia, ex multitudine, ſeu abundantia ſpermatis, eſt hæc; quia multitudo ſpermatis uniuerſaliter cauſatur à multitudine ſanguinis, ideò cura eius eſt, ut fiat phlebotomia; primò, de baſilica (aliàs cephalica) uel uena communi, & extrahantur unc. vi. uel vij. ſecundùm exigentiam

gentiam uirtutis, & impletionis: poſtea fiat ex ſaphena il lius ad ij. uel iij. dies: utatur ſubtili diæta: & abſtineat ab omnibus multiplicantibus ſanguinem.

Gonorrhææ autem factæ ex acuitate ſanguinis cura eſt, mundificare ſanguinem, facta prius phlebotomia ſubtili cum euacuatione reſpiciente materiam cholericam, & debet eſſe talis.

Recip. Myrobalanorum, drac. ij. prunorum, num. v. ſebeſten, nu. viij. iuiubarum, nu. x. uiolarum, man. ſ. Incidēda incidantur, poſt bulliant in lib. i. aquæ, ad cõſumptionem tertiæ partis, uel ij. partium, deinde colentur: & colaturæ recip. q. ſ. ad diſſoluēdum, caſſiæ pinguis nouiter extractæ, rhæobarbari pro nobilibus, drac. i. ſchænuanthos, gra. iij. Pro pauperibus autem, loco rhæobarbari ponatur drac. i. ſem. corticum myrobalanorum citrinorum ſubtiliter pulueriʒatorum, & exhibeatur iſte potus calidè. *Cura gonorrhææ ex acuitate ſanguinis.* *Cortices myrobalanorũ citrinorum.*

Ad idem etiam poſſunt dari pilulæ euacuatiuæ, choleram educentes, & exiccantes, & alia alterantia ſperma. *Cholagogum in forma pil.*

Quando gonorrhæa uenit à multitudine, & acuitate ſpermatis approximantis patienti, fiat talis cura. *Cura gonorrhææ à multitudine, & acuitate ſpermatis.*

Vnde fiant ſequentes trochiſci.

Recip. Trochiſcorum de roſis, drac. ij. ſeminis lactucæ, cucumeris, ana drac. ſem. portulacæ, drac ſem. camphoræ, gran. ij. roſarum rubearum, drac. ſem. Pulueriʒanda pulueriʒentur, & cum mucilagine ſeminis cydoniorum formentur trochiſci, quorum quilibet ſit drach. i. & unus ex iſtis trochiſcis accipiatur in crepuſculo diei, diſſolutus in aqua menthæ, uel anethi. *Trochiſci ad idem.*

Electuarium exiccatiuum ſpermatis.

Reci. *Seminis ruthæ, urticæ, agni caſti, mēthæ, ana drac. ij. mēthaſtri, caryophyllorum, thuris, ligni aloes, ana drac. ſem. lapidis hæmatitis, gallarū, balauſtiorum, ſeminis iuſquiami albi, ana ſcrup. i. Pulucrizentur omnia ſubtiliter, deinde cum melle deſpumato, q. ſ. fiat electuarium, de quo ſumat mane quantitatem medij cochlearis magni, per tres horas ante prandium. Et iſtud electuarium ualet pro pollutione nocturna.*

Syrupus ad idem.

Syrupus ad idem.

Recip. *Succi menthæ, fœniculi, ana lib. ſ. depurētur iſti ſucci, deinde addantur aquæ decoctionis myrthi, unc. iiij. & cum melle cocto, & deſpumato, q. ſ. ſimul (aliàs faciliter) bulliant, quouſq; ueniāt ad formam ſyrupi: de quo accipiatur unc. i. ſ. & diſſoluatur in unc. iij. aquæ decoctionis myrthi, florū nenupharis, cupularum glandium; & iſte ſic exhibeatur in crepuſculo diei calidè: remouet enim aquoſitatem ſpermatis (aliàs phlegmatis,) & aliqualiter ſperma exiccat.*

Ad idem fiat ſequens unctio circa rhenes, & pectinem.

Vnctio ad idem.

Recip. *Olei roſati, myrthini, nenupharini, ana unc. i. (aliàs unc. ſem.) ſeminis lactucæ, cucumeris, portulacæ, ana drac. ſem. roſarum rubearum, myrtillorū, raſuræ eboris, ana ſcrup. i. Puluerizanda puluerizentur, & cum modico ceræ fiat unctio rhenum, & pectinis.*

Si uerò gonorrhæa proueniat ab aquoſitate, & fluxibilitate ſpermatis, tunc euacuetur aquoſitas cum iſta medicina.

Cura gonor.

Recip. *Turbith boni, electi, nō correcti, ſcrup. iiij. diacatholiconis,*

catholiconis, unc. ſem. Puluerizetur turbith ſubtiliter, & cum aqua mellis, q. ſ. diſſoluatur, & fiat potus, qui exhibeatur more conſueto. *rhææ ab aquoſitate ſpermatis.*

Nota quòd turbith non correctum euacuat phlegma aquoſum, & ſubtile. *Potus ad idē. Turbith.*

Ad idem.

Vnctio, præmiſſa euacuatione, ubi aquoſitas, uel fluxus ſpermatis dicatur eſſe cauſa gonorrhææ, & non acuitas. *Euacuatio.*

Recip. Olei maſtychini, ruthacei, liliacei, ana unc. i. ſeminis agni caſti, urticæ, ruthæ, ana ſcrup. i. Puluerizanda puluerizentur, & cum modica cæra fiat unctio circa rhenes; & ultra hæc, dentur quoque ea, quæ à proprietate ualent in gonorrhæa. *Vnctio ad idem.*

Quæ autem à proprietate ualent, ſunt iſta, ſcilicet, farina gallarum, ſemen agni caſti, cornu cerui uſtum, farina glandium, ſemen lactucæ. *A' proprietate ua'ētia ad gonorrhæam regula.*

Ex his ergo poſſunt confici electuaria, unctiones, & pulueres.

Vnde electuarium.

Recip. Cornu cerui uſti, farinæ glandium, gallarum, lapidis hæmatitis, ſeminis agni caſti, lactucæ, ana drach. i. Puluerizentur omnia ſubtiliter, & cū zucchar o, uel melle, q. ſ. fiat electuarium. *Electuarium ad idem.*

Similiter & unctiones fiant eodem modo. *Doctrina.*

Vbi autem ex ipſa gonorrhæa corpus patientis exiccaretur, & demacraretur, tunc patiēti detur electuarium reſtaurativum, & cibaria exhibeantur facilis digeſtionis, & boni nutrimenti. *Demacratio ex gonorrh. Cura.*

Gonorrhææ autem factæ ex ſpaſmo, cura eſt ſimilis curæ epilepſiæ; unde fiat unctio muſculorum circa rhenes, & pectinem ex oleo coſtino (aliàs caſtorino.) *Cura gonorr. ex ſpaſmo. Vnctio.*

ANNEXA

ſtentem in burſa teſticulorum.

Euacuatio ſenſibilis. Vbi autem aquam prædicta adminiſtratio non reſolucrit, tunc euacuetur illa aqua ſenſibiliter, perforando burſam iſto modo.

Perforatio. Canon. Doctrina. In ea parte burſæ, quæ magis tendit ad inferiora, fiat perforatio cum lanceola, cauendo ne Chyrurgicus perforet neruum, uel uenam, neq; tangat teſticulum, & tunc facto foramine, dimittat aquã exire. Si autem eſſet debilis, tunc nõ una uice dimittatur exire, ſed reiteretur pluribus uicibus. Et ſi cõtingeret quod clauderetur foramen ſe ſolo (aliàs ſua ſponte) tunc de nouo incidatur, ſed in alio loco, non priore, uel primo.

Obſeruatio,

Aqua in burſa. Aqua in folliculo. Animaduertendum etiam, quòd illa aqua aliquãdo eſt in burſa, aliquãdo in folliculo teſticuli, quãdo eſt in burſa, fiat inciſio eo modo, quo dictum eſt. Si autem ea eſt in folliculo, cooperiente teſticulum, tunc ſi illa aqua debet extrahi per inciſionem, fiat hoc modo.

Inciſio. Canon. Teſticulus teneatur ſuperius ſupra oſſa femorum, & prohibeatur ne teſticulus ingrediatur ad intra Syphach & etiam ne deſcendat iterum ad burſam. Vnde Chyrurgicus, poſtquam teſticulus eſt ſuper oſſa femorum, ponat unã manum ſuperius, ut teſticulus non ingrediatur syphach, & aliam ponat inferius, prope os femoris, ut teſticulus non deſcendat, deinde perforet folliculum teſticuli, & exibit aqua.

2. CVRA HERNIAE VENTOSAE.

Cura herniæ uẽtoſæ. Duæ intentiones. Cura herniæ uentoſæ duas habet intentiones. Vnam ad cauſam antecedentem. Aliam ad cauſam coniunctam, quæ eſt uentoſitas, exiſtẽs in burſa teſticulorum, uel in folliculo teſticuli.

Prima

Prima intentio.

Prima intentio perficitur cum eiſdem, cum quibus cō-pletur in hernia aquoſa, ſcilicet in euacuando materiam ex qua fit uentoſitas, & eſt materia phlegmatica, eo modo, quo dictum eſt in cura herniæ aquoſæ. Euacuatio.

Secunda intentio

Secunda intentio, quæ eſt ad cauſam coniunctam, ſic perficitur. Primo fomentando burſam cum his, quæ habent reſoluere uentoſitatem. Reſolutiua uentoſitatū.

Fiat ergo primo ſequens fomentum. Fomentatio uentoſitatū.

Recip. Origani, calamenti, ſauinæ, ſaluiæ, bethonicæ, rutbæ, canomillæ, ana m. i. ſeminis aneſi, fœnicul., cimini, carui, ameos, ana unc. ſ. (alias ana drach. i.) contundātur craſſo mō, bulliāt in puſca, hoc in uini, et aquæ æqualibus partibus, ad conſumptionē tertiæ partis, & cū ſpongia infuſa in prædicta decoctiōe ut ſupra, fiat fomētatio.

Deinde poſt fomentationē, loco prius exiccato, fiat ſequens unctio.

Reci. Olei coſtini, euphorbitis, ſambucini, ana drac. vi. miſce, & inungatur locus cum iſtis oleis calidis. Exiccatio. Vnctio ad idem.

Emplaſtrum ad idem.

Conueniens eſt illud emplaſtrum, quod ordinatum eſt ſuperius in cura herniæ aquoſæ.

Notio.

Nota quòd hæc hernia non curatur cum inciſione manuali, ſicut curatur hernia aquoſa, alijs conferentibus remedijs. Licet aliqui teneant, quòd etiam hernia uentoſa poßit incidendo curari, ſicut Guilhelmus de Placentia adſerit. Canon. Guilhelmus de Placētia.

C 3. CVRA HERNIAE ZIRBOSAE.

Cura herniæ zirboſæ, & inteſtinalis perficitur. Primo cum Herniæ zyrboſæ cura.

Duæ inten= tiones. mo cum medicinis pharmaceuticis. Secundo cum ope= ratione manuali.

Euacuatio. 1 Primum membrum perficitur, cum euacuatione prin cipaliter.

Zyrbi intro ductio. 2 Secũdo, introductione zirbi, & inteſtini in uentrem.

Clauſio fo= raminum. 3 Tertio, cum claudentibus foramẽ, per quod exit zir= bus, & inteſtinum.

1 Quantum ad primum, fiat euacuatio phlegmatum, uel etiam fecum, exiſtentium in inteſtinis, antequã intro= ducantur inteſtina, uel zirbus.

Per os. Ad infra. Talis autem euacuatio poteſt fieri, & per ſuperiora aſſumendo per os. Et per inferiora, intromittendo per cly ſterium, & in hoc caſu conuenientia ſunt.

Cura. Vnde primo cum clyſteri lenitiuo, in quod ponatur ali quid eductiuum phlegmatum, exiſtentium in inteſtinis, euacuatio fiat talis.

Clyſtere le= nitiuum. Recip. Decoctionis communis lib. i. (aliàs lib. i. ſ. aliàs q. ſ.) in qua bulliuerint radicũ althee. m. i. in qua diſſolue, ſacchari rubei dra. i. ſ. (aliàs unc. i. ſ.) mellis roſati colati unc. i. caſiæ unc. i. hieræ picræ drach. vi. olei camomalini (aliàs communis) unc. iij. ſalis communis drach. ij. miſce, & fiat clyſtere euacuatiuum.

Canon. Lenitiuum clyſtere tantũmodo tunc conuenit, quando inteſtina ſunt plena fecibus & fit hoc mõ.

Clyſtere le= nitiuum. Recip. Maluæ, blitis, foliorum maluarum, radicum, altheæ, ana. m. i. bulliant in. ſ. q. aquæ, ad conſumptionem medietatis, coletur, & de colatura accipiatur lib. i. ſ. in quibus diſſolue, ſacchari rubei drach. ij. caſiæ unc. i. olei communis unc. iij. ſalis communis drac. ij. miſce, fiat cly= ſtere lenitiuum.

Quantum

Quantum ad ſecundum, eſt notandum, quòd difficile eſt intromittere inteſtina in uentrem, propterea, quod inteſtinum quod exit, eſt repletum aliquando fecibus, & quandóq; uentoſitate. Itaq; propter illam nimiam repletionem, non poteſt intromitti. Intromiſsio inteſtini. Canon.

Ideo ſi eſſent feces prohibentes immiſſionem, debent mollificari cum lenientibus hoc modo. Mollificatio Lenitio.

Recip. Olei communis lib. i. deinde infundantur peciæ in hoc oleo, calefacto prius, quæ poſtea illi inteſtino, quod exit, ſiue egreſſum eſt, applicentur, & toties applicētur, donec feces mollificentur. Deinde infirmo reſupinato, & cruribus ad ſuperiora eleuatis, Chyrurgicus paulatim intromittat illud inteſtinum, & non una uice tantū ſimul, ſed per interuallum (alias parum.) Applicamē tum. Intromiſsio inteſtini.

Si autem uentoſitas eſt prohibens intromiſsionē, retinens inteſtinum ad extra, ita quod non poteſt, uentoſitate in inteſtino exiſtēte, ipſum inteſtinum intromitti, tunc fomentetur ipſum inteſtinum ſequenti pyria. Ventoſitas prohibitiua intromiſsionis inteſtini

Reci. Camomillæ, meliloti, anethi, parietariæ, ana m. i. ſeminis lini, fœnugræci, ana unc. ſ. bulliāt in ſ. q. aquæ, ad conſumptionem tertiæ partis, deinde infundatur ſpongia, & applicetur eo modo ut ſupra. Fomentatio ad idem.

Poſt fomentationem ungatur locus exterius, cum oleo camomalino, & lilino, miſceantur, & calide inungatur, quouſq; uentoſitas pro parte ſit reſoluta. Vnctio ad idem.

Tandem introducatur inteſtinū ad foramen, per quod exit inteſtinum. Intromiſsio inteſtini.

Et ſimiliter debemus conſolidare, ſi poſsibile eſt, & hoc fit fomentationibus, unctionibus, emplaſtris, & ceratis cō ſolidantibus, & ſtringentibus. Cōſolidatio.

Vnde quantum ad primum, fiat fomentatio conſolidatiua, quæ ſequitur.

Fomentatio cõſolidatiua

Reci. R*oſarum rubearum, myrtillorum, ſumachij, hypocyſtidis, gallarum, nucum cupreſsi, & foliorum eius, ana m.ſ. (aliàs. m.i.) radicum conſolidæ maioris, & minoris, herbæ hypericonis, arthcticæ, ana. m.ſ. cõtundãtur craſſo modo, & bulliant in aqua plantaginis, & uino nigro ſtyptico, æqualibus partibus, cum quarta parte aceti, ad cõſumptionem medietatis, deinde accipiatur ſpõgia, & infundatur in prædicta decoctione, & applicetur loco calide, & fiat ter, uel quater, uel quinquies, bene exiccetur locus fomentatus, & unctione iſta ungatur.*

Vnctio ad idem.

Reci. O*lei hypericonis, olei abietini, olei omphacini, olei myrthini, ana unc.ſ. corticum thuris, maſtyches, corticum granatorum, mummiæ, boli armenij, ſanguinis draconis, ſarcocollæ, ana ſcrup.i. puluerizanda puluerizẽtur, & cum prædictis oleis, & modica cæra fiat unctio, qua inungatur locus, uel madefiant peciæ in tali unguento, & applicentur loco.*

Q*uo ad ſecundum, fiat tale emplaſtrum, ad conſolidandum (aliàs reſoluendum.)*

Emplaſtrũ ad idem.

Reci. T*huris maſculi, ſarcocollæ, aloes ſuccitrini, mũmiæ, ariſtolochiæ rotundæ, & longæ, conſolidæ maioris, nucum cupreſsi, pſidiæ, uermium terreſtrium, ana drac.ij. (aliàs ana unc.i.) lythargirij, oppoponacis, bdelij, ammoniaci, galbani, maſtyches, terebinthinæ, ana unc.i. ſanguinis humani unc.i. glutinis piſcis, uiſci quercini, ana drac. vi. (aliàs ana drach.ij.) pellis arietinæ unc.ſ. depilatæ in aceto, & in aqua pluuiali, decocta uſq; ad liquefactionẽ, diſſoluantur gummi in aceto, puluerizanda puluerizentur, &*

tur,& in glutinibus liquefactis,fiat emplaſtrũ, quod apponatur loco rupturæ,& procedatur cum iſto emplaſtro, quatuor,uel quinq; continuando dies.

Deinde fiat infraſcriptum cæratum, quod etiã ex eiſdem rebus poteſt confici,quæ prædictæ ſunt, & emplaſtro iam dicto,cõmiſcendo cũ eis picem naualem,& rheſinam pini.q.ſ.& fiat cæratum,extenſum ſupra corium, in forma,& quantitate,ut eſt ruptura. *Cæratum ad idem.*

Fiat etiam tale cæratum hoc modo.

Reci. Lythargirij,gummi Arabici,tragacanthei,oppoponacis,bdelij,galbani,ana unc.ſ.thuris,ſarcocollæ,aloes ſuccotrini,mũmiæ,ſumachij,berberis (alias uernicis) ariſtolochiæ longæ,& rotundæ ana drac.ij.conſolidæ maioris,nucum cupreſsi,pſidiæ,gallarum,ana drac.ij. ſanguinis humani unc.ſ.uiſci quercini,glutinis piſciũ, ana dra. ij.pellis arietinæ unc.ſ.coctæ in aqua pluuiali,& ſubtiliter piſletur, pulueriżanda pulueriżentur,& liquefaciẽda liquefiant in aceto,cum gũmi,& pice nauali,& rheſina pini.q.ſ.fiat cæratum. *Aliud ad idẽ*

Regimen uerò uitæ declinet ad contrarium cauſæ,ſcilicet calidum,& ſiccum. *Regimen uitæ.*

*Cura herniæ inteſtinalis , fiat cum bona perforatione acus,& fili ligatura.*M.*Chriſtoph.*Bononienſis. *Cura herniæ inteſtinalis M. Crhiſtoph. Bononiẽſis.*

ADDITIONES PROPRIAE.

EGo *puerum undeuigenarium , hernia laborantem curaui, ſola fomentatione, emplaſtratione , & balneatione radicum hyrundinariæ , ſeu uincetoxici .* Idem *remedium ualet & cõtra procidentiam hyſteræ omphali, & etiam ani.* Experimẽtum propri

 Non-

um in hernię procidẽtia hyſterę omphali, & ani.

Nonnullos hernioſos ſanaui hoc propoſiſmate.

Recip. *Virię, ſeu pyrolę, ſaniculi, polypodis, uel eius loco, perfoliatę, ana.m.i. conſolidę ſarracenicę, fruticẽ. Ponantur in olla uitreata, munda, & noua, bulliãt inciſa, & piſtata, in menſura.i.uini meraci, & optimi, ad excoctionẽ trium latorũ digitorũ, dende coletur. Si placet, dulcoretur cũ iulepo roſaceo, uel rob de ribes parũ, de quo bibat patiens mane, & ſero hauſtum bonum.*

Cataplaſmetur locus ruptionis, cum ſequenti emplaſtro.

Reci. *Limaturę karabę, & magnetis, ana un.i. emplaſtri contra rupturã magiſtralis, unc.i.ſ. olei uitellini unc. ij. fiat emplaſtrum tenax ſecundum artem, ponatur ſuper pelle arietina, ex more, & applicetur loco.*

Ligatura. *Adhibeatur ligatura, cum ſtrictorio ad hoc parato, caueat à motu indecenti, obſeruet dietam.*

Motus uitãdus.

Dieta.

Balneum pro crepatis expertum.

Recip. *Arthemiſię, conſolidę ſarracenicę, & maioris, saniculi, alchymillę, agrimonię, ſanamũdi, ſiue benedictę herbę, & radicis hederę arborę, maluę radicis, & herbę ſcolopendrię, ana q.v.*

Potus ad idem.

Potus ad idem. Reci. *Arthemiſię, maluę, ſcolopendrię, conſolidę maioris, ſarracenię, ana.q.v.*

Oleum ſanatiuum, bonum pro ſaucijs, & crepatis.

Oleum ſanatiuũ expertum pro ſaucijs & crepatis.

Reci. *Florum roriſmarini, boraginis, buglosſę, camomillę, uiolarum, roſarum, ana.m.i. ſtechadis, foliorum lauri, maioranę, ſaluię, ana m.ſ. minutiſſime iſta incidãtur, & cũ uino optimo ſtare permittãtur per duos dies,*

poſtea

poſtea per alembicum deſtilletur; in qua deſtillatione ponatur terebenthinæ,lib.ſem. thuris optimi,maſtyches,bdellij,anacardi,ana,drac.ij. Terantur, & ponantur in prædicta deſtillatione per ij.dies; poſtea deſtilletur: his adde ſecunda die nucis moſchatæ,caryophyllorum,cubebarum, macis, zinziberis, cardamomi, ana ſcrup. ij. ligni aloes, drac.ſem. ambræ,moſchi, drach.ſem. Puluerizentur, & in prædictis ad ij. dies ponantur; & prius iterum deſtillentur: in fine uerò, ignis fiat maior, & exibit oleum; quo utere.

Vnguentum ad idem,expertum.

Recip. Pinguedinis talpæ,muſtelæ,urſi,caſtrati,ana q. v.ſucci herbæ roriſmarini,bethonicæ,ana q.v. Fiat unguentum,& imponatur,moderatè ungẽdo;& uidebis experientiam. Caueas tamen ne ungas tempore ualde frigido,quia eſt unguentum ſubtiliſſimum.

Vnguentum ad idem,expertum.
Canon.

DE GONORRHAEA, CAP. LXXIII.

Definitio.

GONORRHAEA *eſt emiſſio ſeminis,ſeu ſpermatis inuoluntaria.*

Gonorrhæa quid.

Definitio Galeni.

Gonorrhæa eſt ſeminis excretio inuoluntaria,morbum ſeminis afferens cum corporis colliquatione,& calore malo. Accidit uaſis ſpermaticis imbecillis,ut cum tremore quodam,ipſis remiſſis, ſemen non ſeruetur. Gale.lib.definitionum:idem,lib.3.de ſympt.cauſis:idem,de locis affect.lib.6.cap.6.

Alia Gal.definitio.
Idem Gale. alibi.

Etymologia.

Dicitur enim gonorrhæa à γονὴ græcè,quod eſt ſemen,

Gonorrhæa

unde dicatur. — men, ῥεῖν, quod fluere.

Et eſt gonorrhæa fluxus ſpermatis inuoluntarius.

Gonorrhæa quid. — Et quia ordinata curatio fit per remotionem cauſæ, ideò etiam in præſenti cap. notabuntur cauſæ, & ſigna.

Canon. — Cauſæ itaq; iſtius paſsionis poſſunt eſſe quatuor.

CAVSAE.

Cauſæ gonorrheæ iiij.

1 Materia earum quædam ſe tenet ex parte uaſorum ſpermaticorum:

2 Quædam, ex parte ſpermatis:

3 Quædam, ex parte rhenum:

4 Quædam, ex parte principiorum.

Ex parte ſpermatis fit gonorrhæa.

Ex parte ſpermatis gonorrhæa.

1 Aut ex multitudine ſpermatis, ſicut cōtingit in corporibus ſanguineis repletis multo ſanguine, uirtute forti.

2 Aut ex parte fluxibilitatis, aut aquoſitatis ſpermatis ſicut in phlegmaticis, & mollibus.

3 Aut ex parte acuitatis ſpermatis, ut in cholericis; nam in phlegmaticis cùm exuperat phlegma aquoſum in eis, multiplicat ſperma, quod ſimiliter aquoſum eſt; unde continuo effluit, etiam abſque uirgæ erectione.

Cholerici. — In cholericis autem, quia eorum ſperma eſt acutum, & mordicatiuum, ſtimulando uirtutem expulſiuam uaſorum ſpermaticorum, faciunt eorum ſperma exire.

Ex parte uaſorum ſpermaticorum, contingit etiam gonorrhæa.

Ex parte uaſorū ſpermaticorum gonorrhæa.

1 Aut propter debilitatem uirtutis retentiuæ eorum, & fortitudinem expulſiuæ.

2 Aut propter mollificationem ipſorum; unde relaxantur uaſa retinentia ſperma, & exit ipſum ſperma.

3 Aut propter ſpaſmum uaſorum, ſicut cōtingit in epilepſia, in qua cōtrahuntur nerui, & muſculi totius ex ſpaſmo, &

mo,& ita illi muſculi,qui ſunt circa uaſa ſpermatica contrahuntur,& expellitur ſperma; & ita per illam rationem expelluntur & urina,& feces,ſicut hoc experimētum in epilepticis.

Ex parte rhenum etiam gonorrhæa contingit,utpotè.

Propter nimiam caliditatem rhenum attrahentium cōtinuo materiam ſpermatis ad uaſa ſpermatica, & ipſa uaſa dilatantur. *Ex parte rhenū gonorrhæa.*

Ex parte principiorum etiam contingit gonorrhæa.

1 *Sicut ex parte deſiderij,& concupiſcentiæ coitus,et uenereorum actuum (aliàs accidentium;) unde ex nimia concupiſcentia, & deſiderio, & imaginatione coitus, & actus uenerei mouetur ſperma,& emittitur.* *Ex parte principiorū gonorrhæa.*

2 *Et quandoq; ex nimio,& frequenti tactu,& cōuerſatione mulierum,& præcipuè pudendorum mēbrorum.*

Quidā aūt has oēs quator cauſas prædictas gonorrheæ paßionis ad tres tantūmō cauſas deducunt principales. *Tres gonorrheæ principales cauſæ*

1 *Videlicet,ad multitudinem ſpermatis.*

2 *Ad debilitatem uirtutis uaſorum ſpermaticorum.*

3 *Et ad acuitatem,& fluxibilitatem ſpermatis.*

SIGNA.

Signa autem diſtinctiua prædictarum cauſarum, ſcilicet,gonorrheæ paßionis ſunt hæc; nam ſi gonorrhæa ex parte ſpermatis uenit,tunc ſigna ſunt iſta. *Signa gonorrheæ ex parte ſpermatis*

1 *Nam ſi prouenit propter multitudinem ſpermatis, tunc uirtus patiētis non debilitatur,neq; extenuatur eius corpus,imò uidetur manere in colore ſuo.*

2 *Si autem ex aquoſitate ſpermatis contingit, ſignum eſt,quia ſperma exit aquoſum ualde, & ſine aliqua decoctione,&*

ctione,& abſque delectatione aliqua.

3 Si autem contingit ex acuitate ſpermatis, ſignum eſt, quia exit quãdo illud tunc mordicat, & exit cum aliqua delectatione.

Signa gonorrhææ ex parte uaſorum ſpermaticorum.

1 Signa autem gonorrhææ contingentis ex parte uaſorum ſpermaticorum, tunc exit abſque delectatione, & erectione uirgæ.

2 Similiter etiam ſi contingat ex mollificatione uaſorum ſpermaticorum.

3 Si autem prouenit ex ſpaſmo uaſorum, tunc ſignum eſt, quia apparent motus contrarij (aliàs contracti) circa partem uenarum, in qua ſunt uaſa ſpermatica; puta, circa ſumen, & pectinem; & uidetur quòd aliquid trahatur ſuperius.

Signa gonorrheææ ex caliditate rhenum.

Signa autem gonorrhææ prouuenientis ex caliditate rhenum, ſunt hæc; quia tũc apparet, & ſentitur manifeſta caliditas circa regionem rhenum, & ſperma exiens habet aliquid acuitatis, & mordicationis in exitu ſuo.

Signa gonorrhææ ex parte principiorum.

Signum autem quòd gonorrhæa prouenit ex principijs; puta, ex appetitu, uel concupiſcentia, eſt hoc; quia præceſſit inordinatus appetitus ad coitum, & inordinata concupiſcentia rerum uenerearum, & multa conuerſatio, amplexus, & tactus mulierum multum impudicus, ſermones, colloquia, cogitationes ſæpius factæ de coitu.

CVRA.

Cura gonorrhææ ex multitudine ſpermatis.

Cura gonorrhææ, quæ fit à multitudine, & repletione nimia, ex multitudine, ſeu abundantia ſpermatis, eſt hæc; quia multitudo ſpermatis uniuerſaliter cauſatur à multitudine ſanguinis, ideò cura eius eſt, ut fiat phlebotomia; primò, de baſilica (aliàs cephalica) uel uena communi, & extrahantur unc. yi. uel yij. ſecundùm exigentiam

gentiam uirtutis, & impletionis: poſtea fiat ex ſaphena il lius ad ij. uel iij. dies: utatur ſubtili diæta: & abſtineat ab omnibus multiplicantibus ſanguinem.

Gonorrhææ autem factæ ex acuitate ſanguinis cura eſt, mundificare ſanguinem, facta prius phlebotomia ſubtili cum euacuatione reſpiciente materiam cholericam, & debet eſſe talis.

Recip. Myrobalanorum, drac. ij. prunorum, num. v. ſebeſten, nu. viij. iuiubarum, nu. x. uiolarum, man. ſ. Incidēda incidantur, poſt bulliant in lib. i. aquæ, ad cōſumptionem tertiæ partis, uel ij. partium, deinde colentur; & colaturæ recip. q. ſ. ad diſſoluēdum, caſsiæ pinguis nouiter extractæ, rhæobarbari pro nobilibus, drac. i. ſchænuanthos, gra. iij. Pro pauperibus autem, loco rhæobarbari ponatur drac. i. ſem. corticum myrobalanorum citrinorum ſubtiliter puluerizatorum, & exhibeatur iſte potus calidè. *Cura gonorrhææ ex acuitate ſanguinis.* *Cortices myrobalanorū citrinorum.*

Ad idem etiam poſſunt dari pilulæ euacuatiuæ, choleram educentes, & exiccantes, & alia alterantia ſperma. *Cholagogum in forma pil.*

Quando gonorrhæa uenit à multitudine, & acuitate ſpermatis approximantis patienti, fiat talis cura. *Cura gonorrhææ à multitudine, & acuitate ſpermatis.*

Vnde fiant ſequentes trochiſci.

Recip. Trochiſcorum de roſis, drac. ij. ſeminis lactucæ, cucumeris, ana drac. ſem. portulacæ, drac ſem. camphoræ, gran. ij. roſarum rubearum, drac. ſem. Pulueriza nda pulueri zentur, & cum mucilagine ſeminis cydoniorum formentur trochiſci, quorum quilibet ſit drach: i. & unus ex iſtis trochiſcis accipiatur in crepuſculo diei, diſſolutus in aqua menthæ, uel anethi. Trochiſci ad idem.

Electua-

Electuarium exiccatiuum ſpermatis.

Reci.Seminis ruthæ,urticæ,agni caſti,mẽthæ,ana drac. ij.mẽthaſtri,caryophyllorum,thuris,ligni aloes,ana drac. ſem.lapidis hæmatitis,gallarũ,balauſtiorum, ſeminis iuſquiami albi,ana ſcrup.i. Puluerizentur omnia ſubtiliter, deinde cum melle deſpumato,q.ſ.fiat electuarium, de quo ſumat mane quantitatem medij coch learis magni,per tres horas ante prandium.Et iſtud electuarium ualet pro pollutione nocturna.

Syrupus ad idem.

Syrupus ad idem. *Recip.Succi menthæ,fœniculi,ana lib.ſ.depurẽtur iſti ſucci,deinde addantur aquæ decoctionis myrthi, unc.iiij. & cum melle cocto,& deſpumato,q.ſ.ſimul (aliàs faciliter) bulliant,quouſq; ueniãt ad formam ſyrupi:de quo accipiatur unc.i.ſ. & diſſoluatur in unc.iij.aquæ decoctionis myrthi,florũ nenupharis,cupularum glandium;& iſte ſic exhibeatur in crepuſculo diei calidè:remouet enim aquoſitatem ſpermatis (aliàs phlegmatis,) & aliqualiter ſperma exiccat.*

Ad idem fiat ſequens unctio circa rhenes,& pectinem.

Vnctio ad idem. *Recip.Olei roſati, myrthini, nenupharini, ana unc.i. (aliàs unc.ſem.) ſeminis lactucæ, cucumeris, portulacæ, ana drac.ſem.roſarum rubearum,myrtillorũ,raſuræ eboris,ana ſcrup.i.Puluerizanda puluerizentur,& cum modico ceræ fiat unctio rhenum,& pectinis.*

Si uerò gonorrhæa proueniat ab aquoſitate, & fluxibilitate ſpermatis, tunc euacuetur aquoſitas cum iſta medicina.

Curá gonor- *Recip.Turbith boni,electi,nõ correcti,ſcrup.iiij. diacatholiconis,*

catholiconis, unc. ſem. Pulverizetur turbith ſubtiliter, & cum aqua mellis, q. ſ. diſſoluatur, & fiat potus, qui exhibeatur more conſueto. *rhææ ab aquoſitate ſpermatis.*

Nota quòd turbith non correctum euacuat phlegma aquoſum, & ſubtile. *Potus ad idē. Turbith.*

Ad idem.

Vnctio, præmiſſa euacuatione, ubi aquoſitas, uel fluxus ſpermatis dicatur eſſe cauſa gonorrhææ, & non acuitas. *Euacuatio.*

Recip. Olei maſtychini, ruthacei, liliacei, ana unc. i. ſeminis agni caſti, urticæ, ruthæ, ana ſcrup. i. Pulverizanda pulverizentur, & cum modica cæra fiat unctio circa rhenes; & ultra hæc, dentur quoque ea, quæ à proprietate ualent in gonorrhæa. *Vnctio ad idem.*

Quæ autem à proprietate ualent, ſunt iſta, ſcilicet, farina gallarum, ſemen agni caſti, cornu cerui uſtum, farina glandium, ſemen lactucæ. *A' proprietate ua'ētia ad gonorrhæam regula.*

Ex his ergo poſſunt confici electuaria, unctiones, & pulveres.

Vnde electuarium.

Recip. Cornu cerui uſti, farinæ glandium, gallarum, lapidis hæmatitis, ſeminis agni caſti, lactucæ, ana drach. i. Pulverizentur omnia ſubtiliter, & cū zucchoro, uel melle, q. ſ. fiat electuarium. *Electuarium ad idem.*

Similiter & unctiones fiant eodem modo. *Doctrina.*

Vbi autem ex ipſa gonorrhæa corpus patientis exiccaretur, & demacraretur, tunc patiēti detur electuarium reſtauratiuum, & cibaria exhibeantur facilis digeſtionis, & boni nutrimenti. *Demacratio ex gonorrh. Cura.*

Gonorrhææ autem factæ ex ſpaſmo, cura eſt ſimilis curæ epilepſiæ; unde fiat unctio muſculorum circa rhenes, & pectinem ex oleo coſtino (aliàs caſtorino.) *Cura gonorr. ex ſpaſmo. Vnctio.*

ANNEXA PHARMACA.

Vnguentum ad gonorrhæam, ubi eſſet caliditas, & acuitas.

Inũctio ad gonorrhæã calidã, & acutã

Recip. Olei roſati, unc. ſem. ſandali utriuſq;, terræ ſigillatæ, cupularum glandium, gallarum, omphacitidis, acatiæ, myrthi, lapidis hæmatitis, coriandri ſicci, ana drac. i. camphoræ, drac. ij. Et ſi uis fortius habere, bulliat cum prædicto oleo roſato, addito oleo myrthino, & oleo de canabe ſylueſtri, ana unc. ſem. additis etiam ſuccis iuſquiami, ſolatri, lactucæ, & parum aceti, ad ſuccorum conſumptionem; exinde addatur cæra alba; fiat unguentum, quo ungantur lumbi, & genitalia.

Epithema ad idem.

Poſt unctionem ad dimidiam horam, ſuperponatur pecia intincta in ſucco aranciorum conquaſſatorum cum albumine ouorum.

Canon.

Item, non laxetur uenter, neque dentur aperitiua, neque urinæ prouocatiua.

Confectio reſtauratiua contra extenuationem corporis, & ad confortationem membrorum principalium, & gonorrhæam.

Confectio re ſtauratiua, et confortatiua ad idem.

Recip. Been albi, & rubei, doronici, cedoariæ, macis, cinnamomi, caryophyllorum, croci, cardamomi, ana drac. ſem. xyloaloes, ſeminis ozymi caryophyllati, margaritarum ambarum, fragmentorum hyacynti, ſaphyri, ſmaragdi, ana ſcrup. i. coralliorum amborum, tragacanthi, gummi arabici, ana drac. i. ſerici crudi, mellis roſati, corticum citri, karabæ, limaturæ eboris, ana ſcrup. i. trochiſcorum diarhodonis, drac. i. pinearum, fiſticorum paſſularum, ana unc. ſem. zucchari liquefacti in aqua mellis, & roſarum, q. ſ. fiat confectio, uel electuarium aromatizatum cũ aliquantulo moſchi. Doſis, drac. iij. cum uino diluto, mane, &

ſero, ante cibum per duas horas.

Item bibat patiens aquam deſtillationis aceti acerrimi, cum acore citriorum malorum miſtam. Potus ad idem.

Item bibat alumen oui recens nati, cum exiguo opiati alicuius reſtringientis.

De hac materia lege Bauerium, *&* Chermiſonẽ, *in ſuis* Prophylacibus, *ſeu* Conſultis Medicis, *quorum proceſſus mihi probabilis, & expertus eſſe conſtat.* Aliud ad idem. Bauerius. Chermiſon.

DE POLLVTIONE NOCTVRNA SPERMATICA, VEL DIVRNA, CAP. LXXIIII.

Definitio.

POLLVTIO *eſt euacuatio materiæ tertiæ digeſtionis.*

Pollutio ſpermatica in ſomno, & uigilijs accidit. Et ideo eſt quẽadmodum dicit Ariſtoteles *ſexto problematum.* Ariſtoteles in problematibus. *Corpus quod debet uti coitu, debet eſſe calidum interius, quia ſperma eſt tale.*

Corpus autem in ſomno magis calidum, & humidum noctu interius. Propter *iſtã cãm in die rarò accidit pollutio, quia interius in uigilia minus calidũ, & humidũ eſt.* Pollutio in die rarò accidit.

Ex *forti imaginatione, & cõcupiſcẽtia reperi, & uidi quendam ruſticum iuuenem, qui ex ſola inſpectione mulieris, incurrebat pollutionem in die.* Pollutio ex concupiſcẽtia. Exemplũ.

Pueris uerò non accidit pollutio, nec in die, nec in nocte. Et cauſa eſt, quia materia nutrimentalis eorum non ſuperfluit pro generatione ſpermatis. Nam *nutrimentum ipſis eſt neceſſarium pro augmento corporũ eorum.* Pueris non accidit pollutio. Ratio.

CAVSAE.

Cauſæ quadruplices.

Cauſæ etſi ſint uariæ, reducuntur tamen ad quatuor, uel tres cauſas.

1 *Prima ad cauſas multiplicantes ſperma, ſicut ſunt cibus, & potus.*

2 *Et ſecundario ad cauſas mouentes ſperma.*

3 *Et cauſas exacuentes ipſum ſperma.*

4 *Et ad nimiam imaginationẽ circa res coitus. Vnde ſpecies coitus, & cõcupiſcentiæ receptæ, & imaginatiua, & ſpeculatiua et cogitatiua, mouent uirtutẽ naturalem expulſiuam, ad expellendam materiam ſpermaticam.*

Cauſæ ergo in ſumma ſunt tres.

Cauſæ triplices.

1 *Nam quædam ſunt primitiuæ, ſicut nimia repletio ex cibo & potu. Et receptio medicinarum mulliplicantium ſperma, & incitantium ad uenerem, & frequẽs imaginatio, ac cogitatio fortis circa uenerea, & de coitu.*

2 *Quædam ſunt cauſæ antecedentes, ſicut ſunt materiæ ſpermaticæ, exuberantes in toto corpore.*

3 *Quædam ſunt cauſæ coniunctæ, ſicut eædem materiæ ſpermaticæ, exiſtentes in uaſis ſpermaticis.*

SIGNA.

1 *Circa præſentem paßionem occurrit unum ſignum prognoſticum, quòd pollutio in principio ægritudinis naturalis eueniens, ſignificat multitudinẽ materiæ, facientis morbum, & ita longitudinem ægritudinis.*

2 *In proceſſu uerò ægritudinis pollutio adueniẽs, ſignificat breuitatẽ ægritudinis, quia ſignificat materiã eẽ digeſtã, & uirtutẽ expulſiuã eſſe potentem, ad expellendũ.*

CVRA.

Cura pollutionis ſpermaticæ.

Cura pollutionis ſpermaticæ diurnæ, & nocturnæ, conſiſtit in curatione, & diuerſione materiæ. De quibus

quibus dictum eſt in cap. præcedenti de gonorrhæa. Diuerſio.

Et etiam conſiſtit in prohibitione prouocantium, & attrahẽtium materiam ad inferiora, quæ habent trahere materiam ſpermaticam, ad membrum uirile, & incitare ad uenerem & pollutionem. Euacuatio. Quæ uitãda ſint.

Ideo uomitus in hoc caſu conuenientior eſt, ſolutione uentris. De his ſuperius dictum eſt, de gonorrhæa. Vomitus.

Præſuppoſitis ergò illis, pollutio curatur cũ frigidis, calorem debilitantibus, & uenerem ſopientibus. De quibus infra dicemus. Vnde dicitur ab autoribus, quod dormire ſupra folia ſalicum, & tenere ſolatrum ſupra ſe, prohibet pollutionem. Frigida. Folia ſalicis Solatrum.

Rhazes uerò undecimo Continentis dicit, quòd ſternere herbam agni caſti, & rutham recentem, & dormire ſuper, hæc remouet pollutionem. Rhazes. Agnus caſtus.

Auerrhoes 6. Colliget, dicit de iſta. Quòd Salernitani cum ibant ad conuiuia, ſecum portabãt herbam agni caſti, & ſedebant ſuper eam, & remouebatur, ac ſopiebatur in eis Venus, & deſiderium coitus. Auerrhoes de agno caſto.

Auicenna, in fen. 20. lib. 3. tract. 2. dicit, quòd portare laminam plumbi ſtrictam ſupe rhenes, remouet pollutionem. Sed debet perforari illa lamina multis foraminibus, ne uapores retineantur intra, quia tunc maiorem caliditatem introducerent, prohibendo reſolutionem uaporum. Auicenna. Lamina plũbea ad idem confert.

Dicit inſuper, ſi quis portauerit herbam acetoſæ, uel ſemen eius ſuper ſe, & iſtud ſemen ſit collectum à uirgine maſculo puero, quod talis non poterit emittere ſperma, nec in ſomno, nec in uigilia, qui tale ſemen portauerit. Hæc Gilbertus Anglicus. Herba uel ſemen acetoſæ æquiualet.

Quidam referunt accidiſſe, quod ſequitur. Fuiſſe quẽ- Exemplum

curæ pollutionis ſpermaticæ.

dam nobilem, qui per quatuor menſes paſſus ſit cõtinue pollutionem, & per quandam mulierem curatum eſſe, cũ ſequenti remedio.

Quando dormitum ibat, ligabat filum, uel cordulam ad collum, quæ cordula deſcẽdebat uſq; ad collum uirgæ, & cum ea uirgam ligabat, non multum ſtringendo. Et quando in ſomno inflabatur, & erigebatur membrũ, propter ligaturã illius cordulæ incurrebat dolorẽ uirgæ, & ſic excitabatur, & ita curatus eſt.

ADDITAMENTA PROPRIA.

Balneum ad idem.

F*iat ſemicupium ex aceto decoctionis uerbaſci, agni caſti, foliorũ rubi, myrthi, lactucæ, portulacæ, barbæ hircinæ, &c.* Deinde *ſuperligetur rhenibus lamina plumbea.* V*ncto prius loco, cum infrigidante* Galenico.

Potus ad idem.

Hanc *paßionem cohibet potus uini rubelli auſteri, cui ſit impoſitus cinis raninus.* Doſ. *drach.i.uel.ſ.*

Vel *detur idem puluis, cum unc.i.* Syrupi *radicum papaueris, cum aqua nenupharis lymphati.*

Ad idẽ experimentum.

Poteſt *in iiſdem potionibus dictis dari puluis lapidis hæmatitis, & congelatur fluxus hic ſeminalis.*

Doctrina.

Ad *hoc eadem ferè ualent, quæ in priori capite propoſita ſunt.*

DE SATYRIASI, ET PRIAPISMO VIRGAE, CAP. LXXV.

Definitio.

Satyriaſis, & Priapiſmus.

Galeni definitio.

SATYRIASIS *eſt continua uirgæ erectio, cum deſyderio, & appetitu ad coitum.*

Satyriaſis eſt affectus cum intenſione pudendorum, quum ipſorum particulæ

culæ quoq; tenduntur. Quibuſdam etiam ſeminis eiectio cum uoluptate fit. Accidit autem & neruorum tenſio, ſeminiſq; eiaculatio.

De Satyriaſi uide apud eundem, in Methodo medendi libro ſecundo. *Galenus.*

Definitio Priapiſmi, ex Galeno, de locis affect. lib. vi. cap. vi.

Priapiſmus eſt quũ coles in longitudine, & latitudine totus augetur, nullo ſtimulante ad libidinẽ, aut deſyderio, aut acquiſito calore, ut quibuſdam accidere conſueuit. *Priapiſmus quid.*

Alia eiuſdem, ibidem.

Priapiſmus eſt permanens colis, aut auctio, aut tumor.

Cauſas priapiſmi uide ibidem.

Priapiſmus unde excitetur, uide apud eundẽ de morbis curandis, lib. 14. &c.

Gordonij definitio.

Priapiſmus, eſt immoderata, & continua uirgæ erectio ſine appetitu, & deſyderio.

Leonellus.

Ambæ iſtæ ægritudines ſunt paſſiones uirgæ uirilis, & ſunt ægritudines in cõpoſitione ſcilicet, figura, & in ſitu, in quo membrum diſponitur præternaturaliter. *Priapiſmus*

Eſt ergo ægritudo Priapiſmus, frequens, & continua erectio uirgæ, ſine cõcupiſcentia, & deſiderio ad coitũ.

Differentia inter Satyriaſim, & Priapiſmum.

1 *Differunt autẽ in hoc Satyriaſis, & Priapiſmus, quia in Priapiſmo ultra erectionem uirgæ, non eſt deſiderium ad coitum. In Satyriaſi uerò ultra erectionem uirgæ, eſt deſyderium coitus.* *Differentia inter Priapiſmum & Satyriaſim duplex.*

2 *Secundo differunt, quia in Satyriaſi emittitur ſperma*

poſt coitum, & uirga poſt uomitũ detumeſcit, & remittitur in ſua intẽtione. In Priapiſmo aũt poſt coitum remanet uirga, & tenſa, & erecta. Vnde prouerbium dicitur.

Prouerbiũ ioculare.

Qui coit cum monacha, uel moniali, quando talis moritur, remanet uirga eius tenſa. Vnde dicitur in carmine apud uulgares.

Carmen iocoſum.

Qui monacha potitur, uirga tendente moritur.

Cur poſt mortem uirga remaneat tenſa.

Sed aliam cauſam præter illam aſsignat, quare ſcilicet poſt mortem remanet uirga tenſa. Et eſt, quia in Priapiſmo, & Satyriaſi, uẽtoſitate, & ſpiritu replentur arteriæ uirgæ. Vnde intumeſcit, & erigitur uirga, adueniente uerò morte, reſoluitur ſpiritus, remanentibus uentoſitatibus in uirga, & in arterijs uirgæ. Vnde aduenıẽte morte, condenſantur, & congelantur uenſitoſitates, relictæ in uirga. Et hac de cauſa remanet tenſa, & erecta poſt mortem eorum, iſta cauſa rationabilis eſt.

Cauſæ quadruplices.

CAVSAE.

Poſſunt tamen eſſe quadruplices cauſæ.

1 Prima, eſt multiplicatio uentoſitatis, una cum ſpiritibus, quo replentur orificia arteriarũ, membri uirilis, unde extenditur membrum ultra menſuram.

2 Secunda cauſa eſt, uel põt eſſe caliditas nimia, in mẽbro exiſtens, uel in concauitatibus uirgæ, uel in uenis, & arterijs uirgæ, quæ humiditatem reſoluit in uentoſitate, & ita intumeſcit membrum.

3 Tertia cauſa põt eſſe multitudo ſpermatis, ueniens ad uirgã: unde cũ in meatibus anguſtis uirgæ retinetur ſperma, & nõ eijcitur, tunc remanet uirga tenſa, & dura.

Signum deſyderij coitus.

4 Vltima cauſa poteſt eſſe deſyderium grande, & concupiſcentia fortis, & magna imaginatio ad coitum, facit erigere uirgam. Cuius ſignum eſt, quia cum quis imaginatur

natur uelle coire, eius uirga erigitur. Et ſigna erectionis uirgæ in generali ſunt manifeſta. In ſpeciali autē, ſi ſit à uentoſitate, eſt multiplicatio, uel abundantia uentoſitatis in toto corpore. Vnde in melancholicis plus aduenit hæc paſſio, quia in talibus ut plurimum multiplicantur uentoſitates, ex eorum uictu, & in eis uentoſitas multa generatur, & augetur. Vnde tales plus appetunt uenerea, & minus, ſeu parum poſſunt. Signũ à uentoſitate melācholici ad hoc procliues.

Signum autem erectionis uirgæ, quod fit à multitudine ſpermatis, quia illud corpus eſt ualde multiplicatiuum ſpermatis, quia eſt calidum & humidum naturaliter illud corpus. Et hac de cauſa in ſanguineis plus multiplicatur ſperma, & ſunt tales potentiores in coitu. Signum erectionis uirgæ, à multitudine ſpermatis.

Signum autem erectionis uirgæ ex deſyderio, & concupiſcentia, & forti imaginatione uenerearum rerum eſt, quia talia præceſſerunt. Sanguinei procliues ad hoc.

CVRA.

Cura Priapiſmi, & Satyriaſis, prouenientis à uentoſitate eſt, primo ut utentur illa, quæ uentoſitatem habent generare, & augmentare, & utatur illis, quæ uentoſitatem diſſoluere, & carminare habent, & hoc quo ad ea, quæ ad intra ſumuntur.

Ab extra uerò applicentur ea, quæ diſſoluunt, & carminant uentoſitates.

Vnde fomentetur uirga cũ ſequenti fomentatione.

Reci. Pulegij, calamēti, origani, ana. m. ſ. carui, ameos, aneſi, fœniculi, cimini, ana drach. ij. bulliant in ſ. q. aquæ, ad conſumptionem medietatis, deinde cum ſpongia infuſa in ea fomentetur uirga. Fomentum uentoſitatũ carminatiuum.

Cura erectionis uirgæ, prouenientis à nimia caliditate mem- Cura erectionis uir-

gæ à nimia caliditate genitaliũ mẽbrorum. membrorum genitalium eſt, ut primo uitentur ea, quæ caliditatem generant, & augent. Ideo utatur frigidis, & caliditatem extinguentibus. Confert tenere uirgam in aquã frigidam, uel inungere radicẽ uirgæ, cũ oleis frigidis, ut cũ oleo roſato, nenupharino, cũ modico aceti.

Cura. Item ad idem ualet, tenere membrum extra aerem diſcopertum circa coxas.

Lamina plũbea. Item ad eandem intentionem ualet apponere laminam plumbeã perforatam circa pectinem, ut ſupra dictũ eſt.

Phlebotomia, uomitus, conferunt. Cura erectionis uirgæ, prouenictis à multitudine ſpermatis, perficitur primo cũ euacuatiõe, facta per phlebotomiã, & per uomitũ, nõ aũt per euacuationẽ, per fluxũ uẽtris, ne trahãtur materiæ ad inferiora (aliàs interiora.)

Phlebotomia. Fiat ergo phlebotomia ſecundum modum, quẽ diximus ſuperius, in cap. de gonorrhæa, & pollutione ſpermatica.

Vomitus. Vomitus autẽ prouocetur poſt phlebotomiam, cum aliquo uomitiuo non multum agitante materiam.

Vnde fiat iſtud uomitiuum leue, & faciens uomitiuum ſine moleſtia, quo ego ſemper utor.

Vomitiuum lene. Reci. Radicum aſari unc. i. bulliant in unc. x. uel. q. ſ. ad conſumptionem medietatis, deinde coletur, & colaturæ adde oxymellis ſimplicis unc. ij. & fiat uomitiuũ, deinde

Ad idem. antequã iſtud uomitiuũ exhibeatur, primo gallinã unam decoque in uaſe ſatis magno, quouſq; decoquatur ad medietatẽ, & poſtquã gallina illa decocta fuerit, tunc exhibeatur primo potio uomitiua tepida. Poſt eius aſſumptionem ſtet patiẽs per quartã partẽ horæ, & nõ plus, & poſtea accipiat ſcutellam unã illius brodij, & trãſglutiat.

Vomitus prouocetur. Poſtquam ſumpſerit brodium iſtud, poſt exiguum ſpatium ponat digitum in ore, uel pennam in oleo communi intinctam, & prouocet ſibi ipſi uomitum. Et hoc toties faciat,

faciat, donec perfectè mundificetur ſtomachus patientis. Stomachi mũdificatio.

Inſuper, patiens erectionem uirgæ ex multitudine ſpermatis, uitet illa, quæ augent, & multiplicant ſperma. Sperma multiplicãtia uitanda.

Cura erectionis uirgæ, prouenientis ex nimio deſiderio, & concupiſcentia coitus, eſt; ut talis uitet, & fugiat deſiderium, & imaginationem rerum uenerearum.

ADDITIONES PROPRIAE.

Svnt ſatyriaſis, & priapiſmus quodam modo diſcrepantes ſeminalium uaſorum affectiones; quorum hoc noſtri ueretri palpitationem, & inflationem. Aliud eiuſdem penis ſine tentigine, & renuente Minerua obturgeſcentis, iugiter in longitudinem, & gyrum, latitudinem'ue explicationem interpretatur. Definitio.

Prioris uitij cura exiſtit primùm in ſectione uenæ ſub præputio, uel duarum uenularum inferiorum iuxta præputium. In mulieribus autem: quod tamen rarius accidit: ſaphenarum. Attenuanda diæta, abſtinendum mero, & rebus ſementificis, adeoq; diureticis omnibus. Phlebotomia iuxta præputium. Saphena. Diæta.

Applicanda lumbis, ipſis etiam pudendis, ſi adſit inflatio; cataplaſmata ex ſolatro, portulaca, lactuca, hyoſcyamo, nymphea, aut cicuta confecta. Cataplaſma ad idem.

Epithemetur coles cum camomilla. Epithema.

Potetur ſyrupus nympheites, & ruthaceus. Potus.

Deponendæ ſuperfluitates catharticis, & uomitorijs conſentaneis. Euacuatio.

Fiant fricationes, & diuerſiones ad remota. Frictio.

Venus uitanda, niſi cum propter coitus abſtinentiam ſpermatis redundantiam ſubeſſe coniecturauerimus. Coitus uitãdus.

Hac paſsione ſatyriaſi laborans uiroſa quædam ueſtalis, adhibito Mutoniati cuiuſdam monachi; peſsi uice; phallo, ſeu rutabulo, perfectè curata eſt. Id, quod præceptor meus Exẽplũ huius curæ in quadã moniali.

Experimentũ Doctoris Toſeti Patauini medici.

meus Toſetus Patauinus medicus (ut fuit humuntio ſacetus) ſe conſultore factum fuiſſe, palàm teſtatus eſt.

DE DIMINVTIONE COITVS, CAP. LXXVI.

Definitio.

Coitus diminutio. Definitio.

DIMINVTVS coitus eſt naturalibus rebus gerendis ineptitudo: hoc affectu detenti, nulla libidine, nulloq́; deſiderio ſtimulãtur in uenerem, & animo dejecto, mœſtiq́; ſunt: ob id his ſatyriaca antidotus egregiè ſuccurrit.

Alia definitio.

Alia definitio.

Eſt inſtrumentalium generandi partium ignauitas, & rebus gerendis ineptitudo.

Alia.

Alia definitio.

Diminutio coitus eſt, ipſius ſpermatis penuria, ſpermatica uaſa exinaniens.

CAVSAE.

CAuſæ diminutionis, & impotentiæ coitus quamuis uariæ exiſtant, aſsignantur tamen tres principales magis.

Cauſæ diminutionis coitus tres.

1 Nam earum quædam ſe tenent ex parte uirtutis:
2 Quædam, ex parte inſtrumentorum:
3 Quædam, ex parte materiæ.

Ex parte uirtutis.

Ex parte uirtutis, & hoc contingit ex uarijs cauſis.

1 Nam uel uirtus concupiſcibilis eſt diminuta, uel debilitata: & hoc, quia uirtus imaginatiua, & cogitatiua ſunt diſtractæ ad alia negotia, ſicut contingit in religioſis cogitantibus,

gitantibus, & imaginantibus diuina: ſimiliter & aſſiduè ſtudentibus, & etiam in hominibus negotiatoribus; tales omnes diſtrahuntur à cogitationibus uenereorum.

2 Quandoq; uerò contingit propterea, quia homo exiſtens in actu coitus, acquirit, & incidit in aliquam imaginationem turpem, & ad aliquem actum abhominabilem, unde remanet impreſſio in mente illius, & quotieſcunque uenit ad exercendum actum coitus, recordatur illius rei abhominabilis, & ſpurcæ, & tunc ceſſat à coitu; unde contingit aliquando quòd aliquis paratus ad coitum, cùm incipit uelle coire, deijcitur, & ille appetitus à uirga erecta cadit, nec amplius erecta ſtat.

3 Quandoque & contingit ex debilitate uirtutis uitalis, ſicut accidit in illis, in quibus calor naturalis eſt ualde debilis, ſicut in extenuatis.

4 Quandoq; ex parte uirtutis naturalis debilitate: utputa, quando in membris non fit bona digeſtio.

5 Quandoq; ex parte uirtutis animalis ſenſitiuæ, quia ad actum coitus omnia iſta conferuntur.

Ex parte inſtrumentorum.

Ex parte inſtrumentorum cauſa coitus diminutionis eſt, & ſic contingit. Secunda cauſa.

1 Aut ex parte uirgæ, & etiam membrorum genitalium; aut ex parte membrorum principalium deſeruientium eis, tam præparatoriæ, quàm delatoriæ; aut ex membris medijs inter genitalia, & principalia membra.

2 Ex parte uirgæ contingit propter paucitatem inflationis uirgæ, ſicut contingit quando in mirach non eſt materia uentoſabilis, neque etiam in inteſtinis, unde non cõmunicatur uirgæ.

3 Quandoque etiam contingit ex parte corporis totius; puta,

tius, puta, quando in toto corpore paucæ ſunt humiditates uentoſabiles.

4 *Item, etiam ex parte uirgæ eſt diminutio coitus propter malitiam complexionis exiſtentis in uirga, quæcūq; ſit illa mala complexio, maximè uerò propter malam cōplexionem frigidam, & ſiccam melancholicam.*

5 *Quandoq; etiam cōtingit propter nimiam longitudinem uirgæ: unde ratione illius ſuperfluæ longitudinis uirgæ, quæ aggrauat uirgam, uirga non erigitur, nec poteſt ſurſum eleuari: & ſi erigitur, ſtatim iterū cadit, ſimiliter ēt & aliorum mēbrorum genitaliū ratione, et teſticulorū.*

6 *Cōtingit etiam propter malam complexionem ipſorum, cuiuſcunque generis ſit illa mala complexio, maximè uerò frigida, & ſicca.*

7 *Aut propter nimiam paruitatem eorum, cùm parum ſpermatis cōtineant.*

8 *Aut propter nimiam eorum magnitudinem; unde tūc uirtus ſpermatis in ipſa cōtēta diſſoluitur, et diſpergitur: uirtus autem unita fortior eſt ſeipſa diſperſa.*

9 *Aut propter ſolutionem cōtinuitatis, factam in ipſis, uel ab extrinſeco, uel ab ulceribus intrò.*

10 *Ex parte uaſorum ſpermaticorum utplurimum contingit, ſicut propter oppilationem factam in eis ab aliqua cauſa oppilante; unde non deſcendit ſperma ab eis ad teſticulos, quia ſunt obſtructæ.*

11 *Ex parte etiam mēbrorum principalium, & ſic contingit aut propter defectum materiæ ipſius; & hoc contingit à corde, ſcilicet; quando non transfunduntur ſpiritus à corde per arterias ad teſticulos.*

12 *Aut propter defectum materiæ ſpermatis; & hoc contingit ex parte hepatis; nam materia ſpermatis eſt materia hu-*

teria humoralis, quia humores in hepate generantur.

13 *Aut ex parte ſpiritus multi, & ipſius ſpermatis, & hoc contingit ex parte cerebri; nam maior pars ſpermatis, ſecundùm communiter opinantes, deciditur à cerebro.*

14 *Propter nocumentum autem factum in aliquo iſtorũ mẽbrorum principalium, cõtingit etiam diminutio in coitu: unde dicunt* Authores, *quòd cùm deficit imaginatio ad coitum, etiam ſperma contingit deficere; hoc ex cerebro.*

15 *Cùm uerò deficit deſiderium, & erectio uirgæ; & hoc contingit à corde.*

16 *Cùm autem deficit concupiſcentia, et appetitus coitus eſt hoc, & contingit ex defectu hepatis.*

17 *Ex parte membrorum mediorum etiam poteſt eſſe diminutio coitus; unde ex nimia debilitate iſtorum inter membra principalia, & genitalia.*

18 *Sicut ex parte rhenum, & ſtomachi contingit diminutio coitus, unde nimia debilitas iſtorum mẽbrorum mediorum poteſt eſſe cauſa diminutionis coitus.*

Mala enim complexio rhenum, & ſtomachi utplurimum frigida eſt in cauſa diminutionis coitus. Canon.

Ex parte materiæ.

1 *Ex parte etiam materiæ ſpermaticæ contingit diminutio coitus; & hoc, aut propter paucitatem materiæ.* Tertia cauſa.

2 *Aut propter quietem, & immobilitatem.*

3 *Aut propter priuationem mordicationis materiæ.*

1 *Ex parte paucitatis materiæ; utputa, quando pauca quãtitas ſpermatis generatur, ſicut in extenuatis, & macris; & ſimiliter in ſenibus põt cõtingere propter paucitatẽ cibi, ex quo debet generari ſperma tanquã ex materia.* Paucitas materiæ.

2 *Vel propter aliquid aliud, ut in macilentis, & ſenibus propriè ægritudines uaricum.*

Quies. 1 Ex parte quietis;utputa,cùm ſperma tardè ad membra mouetur genitalia.

2 Vel quia exiſtit craſſum, & ferè congelatum; unde nō mouetur ſperma ad mēbra genitalia,niſi tardè,et lētè.

3 Vel quia meatus,uel uiæ ſunt aliqualiter ſtrictæ,& oppilatæ,per quas ſperma à membris debet decidi, uſque ad membra genitalia.

Priuatio mordicationis materiæ. 1 Ex parte priuationis mordicationis materiæ,ut quādo ſperma non mordicat;& ideò, quia non incitat uirtutem expulſiuam ad expellendum.

Tres in sūma cauſæ diminutionis coitus. In forma (aliàs ſumma) autem aßignantur tres cauſæ diminutionis coitus:nam quædam ſunt primitiuæ;quædam antecedentes;quædam coniunctæ.

Primitiua cauſa. 1 Primitiuæ cauſæ ſunt,indebitum regimen in uita,ſcilicet,ſex rerum non naturalium,tendens ad frigidum, & ſiccum,aut frigidum,& humidum exceßiuè.

2 Antecedēs cauſa dicitur eſſe mala complexio exiſtēs in membris principalibus,& uicinis eis,& intermedijs.

3 Cōiuncta,eſt eadem mala diſpoſitio exiſtēs in mēbris genitalibus,præmißis uarijs cauſis ipſius diminutionis coitus.

Cura diminutionis coitus.

CVRA.

Conuenientia quæ? Duplex cura. Qvantum ad curam paßionis, qua mediante aliquis ad coeundum ineptus redditur. Ideò ſciendum eſt,quòd multiplicantia, & augmentantia ſperma,& incitantia ad coitum ſunt duplicia:nam quædam ſunt cibaria;quædam medicinalia.

Cibaria.

Cibaria. Carnes. Cibaria ſunt,caro ouina,arietina pinguis, caro paſſerum,columbarum,perdicum,phaſiadum,cothurnicum, teſticuli uulpis,coagulum leporis.

Frumentum Ex granis,eſt;triticum perfectè coctum cum carnibus

hœdinis pinguibus, & cōfectum cum lacte, & melle; & ſimiliter oryza cocta cum carnibus pingibus, & confecta; cicera alba fracta, fabæ ſimiliter factæ, coctæ eodem modo, ſcilicet, cum carnibus pinguibus. Oryza. Cicera. Fabæ.

Ex herbis, ad eandem intentionem, ſunt conuenientes napi, rapæ, paſtinacæ, ſemen cepe, & cepa ipſa, granum ſiſami, mentha, eruca, pulegium, radices raphani, & huiuſmodi fructus, ut ſequitur; amygdalæ dulces, auellanæ, fiſtici, iuiubæ, ſebeſten. Herbæ conuenientes. Fructus.

Similiter omnia cibaria, quæcunque ſunt calidæ, & humidæ complexionis, ex quibus generantur uentoſitates; nam talia multum generant ſpermatis, quia ſunt multum calidæ, & humidæ complexionis. Cibaria calida, & hũida

Et quia uentoſa faciunt erectionem uirgæ, ideò talia cō ferunt plurimum coitus diminutioni uirgæ. Vētoſis utēdum.

MEDICINALIA.

MEdcinalia ſunt, ſicut radices, pulueres, electuaria. Vnde fiat ſequens electuarium ſatis efficax. Medicinalia

Recip. Teſticulorum uulpis, cerebellorum paſſerũ, columbarum, ana unc. i. Elixentur primò; deinde poſtquam elixa ſunt, aſſentur in patella cum oleo amygdalino dulci; & poſtquam aſſata ſunt, aſpergantur ſequenti puluere. Electuarium ad coitũ prouocādum bonum.

Recip. Cinnamomi electi, caryophyllorum, piperis nigri, zinziberis, ana unc. ſem. Fiat puluis ſubtilis, et aſpergantur ſupra ſcripta: & poſſunt piſtari omnia ſimul, & reduci ad formam electuarij. Puluis ad idē

Aliud electuarium.

Recip. Zinziberis conditi, iringi conditi, diaſatyrionis deſcriptione Meſuci, diagalangæ, ana unc. ſem. Piſtentur zinziber, & iringi conditi, cum alijs electuarijs miſceantur bene, & formetur electuarium. Electuarium aliud ad idē.

De præ-

Doſis electuarij. De prædicto electuario aſſumat unum cochlear mane in aurora,& aliud cochlear ſumat ante cœnã per ij. horas.

Vinum albũ dulce. Poſt ſumptionem bibat medium cyathum uini albi dulcis.

Aliud electuarium.

Aliud elect. ad idem. Recip. Seminis napi, cepe, ſeſeleos, erucæ, ana unc.ſ. farinæ cicerum alborum farinæ ſiſami, ana drac.ij. Pulueriẓanda pulueriẓẽtur,& cum melle deſpumato,& zuccharo fino,q.ſ. fiat electuarium.

Puluis ad idem, efficax ualde.

Recip. Seminum ſuperius ſcriptorum, extremitatũ ſtinci, ana drac.i. cinnamomi electi, galangij, caryophyllorũ, cardamomi, croci, ana ſcrup.ij. granorum ſiſami, cubebarum, ana ſcrup.i. auellanarum aſſatarum, amygdalarum dulcium, ſiſticorum excorticatorum, ana drac.i.ſem. Pulueriẓentur omnia ſubtiliter, & de iſto puluere cum uino bono, drac.i. aſſumat. Ex iſtis pulueribus etiam poteſt confici magdalæon cum oleo amygdalarum dulcium: deinde accipe drac.i. illius magdalæonis, pulueriza, & cum melle, & ſaccharo, ſicut dictum eſt.

Magdalæon ad idem.

Canon. Aliquando etiam de puluere ſuperius ſcripto põt patiens uti, & comedere in ferculis ſuis, et diſtemperare de eodem puluere cũ uitello oui ſorbili, & uino dulci, & facere parum: hæc enim omnia multiplicãt ſperma, & ualet ad erectionem uirgæ, & fœcunditatem ex conſequenti.

Vnctio ad eandem intentionem.

Vnct. ad idẽ Recip. Olei de piperibus, de croco, de coſto, ana unc.i. ſtoracis calamitæ, coſti, caryophyllorũ, piperis albi, & nigri, cinnamomi, ana drac.ſ. Pulueriẓanda pulueriẓentur, & cũ modica cæra fiat unctio, cum qua ſpina dorſi uerſus rhenes, pecten, & uirgam, & etiã peritoneon inungatur.

Canon. Et quia utplurimum diminutio coitus fit propter malam com-

lam complexionem frigidam: ideo preſcripta remedia maxime ualent.

Electuarium magiſtri Leonelli, pro erectione uirgæ, præmiſſis uniuerſalibus euacuãtibus. *Euacuationes fiant.*

Recip. *Radicum ſatyrionis, pinearum præparatarum, fiſticorum, auellanarum aſſatarum, ana unc. ſ. ſeminis bauciæ, naporum, ceparum, ana drach. i. zinziberis, cardamomi, cubebarum, ana drach. ſ. been albi, & rubei ſcrup. ij. piſtanda piſtentur ſubtiliter, & cum penidijs, & melle deſpumato. q. ſ. fiat electuarium.* *Electuarium Leonelli pro erectiõe uirgæ.*

Vnctio eiuſdem, pro eadẽ intentione.

Recip. *Olei ſpicati drach. ij. piperis longi, cubebarũ, coſti dulcis, nucis moſchatæ, ana drach. i. puluerizanda puluerizentur, & cum modica cæra fiat unguentum, cum quo ungatur ſumen, & uirga.* *Vnctio eiuſdẽ ad idem.*

ANNEXA PHARMACA.

V*Tatur cibis ſementificis, deinde utatur electuario ſequenti.*

Recip. *Cantharidarum drach. ſ. ſtinci marini, boleti ceruini, uirgæ tauri ana drac. i. boracis ſcrup. ij. piperis nigri, longi, zinziberis cardamomi, ana ſcru. i. cubebarũ, drac. ſ. pinearum, piſtaciarum, radicis ſatyrionis, palmæ Chriſti, ana drac. i. linguæ auis, ſeminis erucæ, ana drac. ſ. ſacchari unc. v. fiat confectio, uel electuarium.*

Item mane & ſero cõcubiturus, ſumat hauſtulum ſubſcripti apozematis ſatyriaci.

Recip. *Boleti ceruini, loton. i. caſtorij, macropiperis, ana loton. ſ. zinziberis albi drach. i. pyrethri, tantũdem. Inciſa omnia, & comminuta parum, ponantur in uaſe uitreato nouo, & mundo, & ſuperfuſa optimi uini ſemimẽſura, bulliat ſecundum artem, uaſe bene delutato; de co-* *Apozema Satyriacũ ad idem.*

lato bibat mane,& ſero parum.

Vnctio Verpæ.

Vnctio ad idem.

Fiat linimentum ex melle, macropiperæ, ſaccharo,& lini eo membrum. Eſt egregium illectamentũ matricis.

Aliud ualentius ad idẽ.

Aliud ualentius.

Reci. Axungiæ cothurnicinæ loton.i. hellebori tenuiſſi me triti drac.ſ. incorporẽtur,& unge mẽbrũ genitale.

Electuariũ ad idem expertum.

Electuarium ad idem efficax.

Recip. Caſtorij,boleti ceruini,macropiperis,zinzibe ris,galangij,nucis myryſticæ,ſangninis draconis, bora cis,ſcingorum,ana unc.ſ. erucæ drach.ij. temperẽtur cũ melle,& fiat electuarium arte.

Aliud ad idem æquiualens.

Recip. Pyrethri, teſticulorum uulpis, charyophyllo rum,cinnamomi,piperis longi,tormentillæ,caſtorij,zin ziberis,ana lotonem.i.polypodij tantundem, ſacchari lo tones.viij.mellis menſuram.ſ. farinæ triticeæ.q.ſ.fiat ut ſupra.Doſis ſit aurei dimidium.Et eſt ſatyriaca Antido tus,ut præſentanea,ita ualentiſſima.

DE DOLORIBVS IVNCTVRARVM, CAP. LXXVII.

Species dolorum iuncturarũ nouem ſunt.

SPECIES *iuncturarum affectionum ſunt,Arthritis,Chiragra,Gonagra,Po dagra,Tenontagra,Paralyſis,Scelotyr be,Peroſis,& Iſchiadicus morbus.*

Definitio.

Arthetica quid?

1 *Arthetica eſt, cum currit materia ad iuncturas digi torum,pedum,& manuum, & eſt ibi tumor aliquãdo, ab articulis,& artubus nomen ſumens.Gordonius hæc.*

Alia

Alia Galeni.

1 *Articularis morbus eſt, inflammatio articulis accidēs magnum dolorem neruis patientibus adfert.*

2 *Chiragra eſt cum materia comprehenſa eſt in ligamē tis, et lacertis manuū, & ibi ſentitur dolor.* Ex Gordonio.

3 *Gonagra eſt, genuum dolor intenſus.*

4 *Podagra eſt, quādo materia cōprehenſa eſt in ligamē tis, & lacertis pedū, & ibi ſentitur dolor.* Ex Gordonio.

Podagra (ſecundū Galenum) eſt affectus pedibus eue niens, laborem afferens neruis patientibus, quibuſdam cū aduſtione, quibuſdam cum frigore.

5 *Tenontagra eſt maiorum neruorum dolor.*

6 *Paralyſis eſt affectus, motum uoluntarium offendēs, in partibus, uel parte quadam cōtingens. Fit autē neruis, uel muſculis patientibus.*

7 *Scelotyrbe eſt ſpecies paralyſis, ut rectè ambulare nō poßis. Interim in rectum, interim in obliquum, in dextrā inclines, uel in ſiniſtram. Aliquando crus attrahas, ueluti magno paſſu incedentes.*

8 *Peroſis eſt naturalis actionis offenſa, ſiue impedimē-tum, uel cuiuſdam particulæ ablatio.*

9 *Coxarū dolor (uel Iſchias) diuturnus, diſſolutus, diffi-cilis, aduſq; poplites, & ſuras conſequitur.* Galenus. *Iſchias.*

Iſchiadicus morbus, eſt cum materia currit ad ligamē tum ancharum in loco uertebrarum. Gordonius. *Alia Gordonij definitio*

APHORISMI.

1 *Duobus doloribus ſimul eundem locum infeſtantibus uehementior alterum obſcurat.* Apho. 46. *lib.* 2. *Aphoriſmi Hippocratici.*

2 *Non febricitantibus, ſi tormina (aliàs ſtrophus) acci-derint, genuum grauitas, & lumborū dolor, purgari infe-rius oportere ſignificatur.* Apho. 20. *lib.* 4.

3 *Laßitudinem habẽtibus in febribus circa articulos, & circa maxillas potißime abſceſſus fiunt.* Apho. 31. lib. 4.
4 *Sed ſi ante morbum aliqua parte laborauerit, hic morbus firmatur.* Apho. 33. lib. 4.
5 *Quibus febres longæ, his tubercula, uel dolores in articulis fiunt.* Aphor. 44. lib. 4.
6 *Tumores articulorũ, atq; dolores abſq; ulcere, & podagricos quoq;, atq; cõuulſa, horum plurima frigida aqua large effuſa leuat, extenuat, ſoluitq; dolorẽ. Nam modicus torpor dolorem ſoluit.* Aphor. 25. lib. 5.
7 *In inſaniẽtibus, ſi uarices, uel hæmorrhoides ſuperuenerint, inſaniæ fit ſolutio.* Apho. 21. lib. 6.
8 *Quæcũq; rupta ex dorſo ad cubitum deſcendunt, uenæ ſectio ſoluit.* Apho. 22. lib. 6.
9 *Eunuchi neque podagra laborant, neque calui fiunt.* Aphor. 28. lib. 6.
10 *Mulier podagra non laborat, niſi menſtrua defecerint.* Apho. 29. lib. 6.
11 *Puer podagra non laborat, ante uſum uenereorum.* Aphor. 30. lib. 6.
12 *Quicunq; calui ſunt, his magnæ uarices non fiunt. Quibus uerò caluis uarices magnæ ſuperueniũt, hi rurſus capillati fiunt.* Apho. 34. lib. 6.
13 *Qui gibbi ex aſthmate, aut tußi fiunt, ante pubertatem moriuntur.* Apho. 46. lib. 6.
14 *Quicũq; morbi podagrici fiũt, hi ſedata in quadraginta diebus inflammatione finiunt.* Apho. 49. lib. 6.
15 *Dolores podagrici uere, & autumno magna ex parte mouentur.* Apho. 55. lib. 6.
16 *Quibuſcunq; à coxendicũ dolore diuturno moleſtatis excidit coxa, & rurſus incidit, his mucores ſuperueniunt.*

niunt. Aph. 59. lib. 6.

17 *Quibuſcunq; à coxendicum dolore moleſtatis diuturno excidit coxa, his crus tabeſcit, & claudicant, ſi non urantur. Apho. 60. lib. 6.*

CVRA.

Circa curam doloris iuncturarum aduertendum eſt. Primò debemus ab initio curare, antequam dolores uehementes fuerint, ut dicit Auicē. *in fen. 22. lib. 3.* In *principio doloris iuncturarū cura pōt eſſe facilis, cū aūt quieſcūt, difficillimæ curationis exiſtunt, imo ut plurimū ad uitā perſeuerarunt.* Et *quia dolores iuncturarū pendent quādoq; à materia miſta, & hoc eſt ut plurimū: ideo primo ponēdo curā doloris iuncturarū, pendentis à materia calida.* In *cuius cura plures intentiones ſunt habēdæ.* *Cura dolorum iuncturarum.* Auicenna. *Ab initio curandum, ne radices agat morbus.* *Cura in cauſa calida.*

1 *Prima intentio eſt, in euacuādo materiā minoratione.*

2 *Secunda intentio, in digerendo.*

3 *Tertia intentio, in eradicatione.*

4 *Quarta intētio, erit in applicādo remedia localia.*

5 *Cui cōiungitur quinta intētio, ad mitigandū dolorem.*

6 *Sexta intentio, in confortando membrum mandans, ne amplius mandet, & membrū recipiens, ne de facili recipiat, & pariter erit intentio circa cauſam coniunctam.*

7 *Vltima intentio eſt, ordinare debitum regimē, quæ ordine doctrinæ præcedit omnes alias intentiones.*

Septem curandi intentiones.

Prima intentio.

Quātū ad primā intētionē, cōſiderare debemus, an materia peccās ſit ſolū ſanguis, uel materia miſta ſanguini. *Quæ ſit materia peccās*

Sanguine tamen dominante, uel æquato cū alio humore, in quo caſu incipiendum eſt à phlebotomia. Phlebotomia.

Vbi autē alia ſit materia, miſta ſanguini, & dominātē tali materia ſanguini miſta, nullo modo fiat phlebotomia. Euacuatio leuis.

Imò debemus incipere ab euacuatione leui materiæ peccantis. Nam Auicenna in capite allegato dicit. Phlebotomia facit currere humores ad loco doloroſa.

Regulæ eiuſdem quando humores nō ſunt miſti ſanguini.

Quando tales humores non miſcentur ſanguini, iſtæ regulæ ſumuntur eo modo ab Auincenna, circa phlebotomiam, & euacuationem, quarta primi. Et ab eodem prima tertij, tractatu ſecundo, à principio.

Cauſa ſi ſanguis fiat phlebotomia.

Vbi autem materia ſit ſanguinea, faciens dolorē iuncturarum, eo modo, quo dictum eſt, facienda eſt phlebotomia. In qua conſideranda ſunt iſta.

1 *Primo, de qua uena debeat fieri.*

2 *Secundo, quantitas ſanguinis euacuandi.*

Fiēda phlebotomia diuerſiua, & minaratiua.

Pro primo, faciēda eſt phlebotomia minoratiua, & diuerſiua, à latere contrario loco doloris, ut ſi dolor ſit in ſiniſtro pede, fiat phlebotomia ex baſilica dextri brachij. Et ſi dolor eſt in pede dextro, fiat phlebotomia ex baſilica brachij ſiniſtri.

Quantitas ſanguinis euacuandi.

Quantitas ſanguinis euacuādi, menſurari debet ſecundum quantitatem repletionis, & uirtutis.

Emiſſio ſanguinis qualis.

Si ſit magna repletio, & corpus repletum, auferatur quantitas ſex uel ſeptem unciarum.

Et ſi ſit corpus minoris repletionis, minor quantitas extrahatur. Et huiuſmodi phlebotomia fit, exiſtētibus regulis pro phlebotomia fienda.

Pauca emiſſio.

Cholerę minoratio.

Facta phlebotomia minoratiua, quia ut plurimum ex phlebotomia fit ebullitio cholerę, intentio erit minorare cholerā, quia poſt phlebotomiā materia peccās eſt cholera, fiat ergo infraſcripta medicina lenitiua, et minoratiua.

Lenitiuum cholerę, & minoratiuū

Recip. Caſiæ nouiter extractæ drach. x. diſſoluatur in decoctione florum, & fructuum. q. ſ. & exhibeatur hoc lenitiuum, in crepuſculo calide.

Regula·

Regula.

Nota quòd in euacuatione cuiuſcunq; humoris, debemus incipere à re leni, & ſic gradatim procedere ad fortiora, & hoc in omni euacuatione, tam materiæ frigidæ, quàm calidæ. Et hoc colligitur ab Auicenna, *loco allegato. Et hoc uidebitur in cura de doloribus iuncturarũ, pendentibus à materia frigida.* Modus euacuandi, per ſolutiua. Auicenna.

Secunda intentio.

Quantum ad ſecundam intentionẽ, facta minoratione digeratur materia illa cholerica cũ digeſtiuis appropriatis, habentibus iſtã proprietatẽ, quod habeant aliquid ſtypticitatis, ne ſua lenitate faciat humores currere. Et *iſta regula attẽditur etiam in ſolutiuis, quod habeãt aliquid ſtypticitatis, pro cõfortatione, & prohibitiõe curſus, quæ ſumitur ab* Auicẽ. *lib. 3. cap. de lapſibus hepatis.* Secunda intentio. Digeſtiua choleræ. Sypticitas. Auicenna.

Digeſtiuum autem conueniens in artetica calida eſt hoc.

Rec. *Syrupi roſati, ſyrupi granatorũ, ana dra. vi. aquæ plantaginis, roſarũ, ana unc. i. uel ij. miſce, & fiat potus, & exhibeatur iſte potus, quouſq; fiat digeſtio in urina.* Digeſtiuũ in arthetica calida.

Tertia intentio.

Quantum ad tertiam intẽtionẽ, digeſtione facta, detur medicina eradicatiua in forma pilularũ, hoc modo. Tertia intẽtio.

Recip. *Pilularum de hermodactylis minorum* Meſuei, *ſcrup. ij. ſ. (Quia euacuant materiam calidam à iuncturis) rhæobarbari electi ſcrup. i. ſpicæ gra. i. ſ. pulueriza͂da puluerizentur, & cum ſyrupo de granatis reformentur pilulæ numero. vij. & dentur ſicut ſæpe dictum eſt. Et poſt iſtud fiat lauatiuum, ut moris eſt, ex aqua hordei, & zuccharo.* Eradicatio. Pilulæ eradicatiuæ. Lauatiuũ.

Si autem patiens mallet medicinam in forma potabili, detur Potus eradicatiuus.

detur medicina ſequens eradicatiua.

Potus eradicatiuus. *Reci. Florum boraginis, buglosſæ, uiolarum, ana m. ſ. paſſularum enucleatarum, liquiritiæ raſæ, ana unc. ſ. corticum myrobalanorũ citrinorum drach. i. ſ. hermodactylorum drach. i. bulliant iſta omnia in ſ. q. aquæ fontanæ, uel cyſternæ, ad conſumptionẽ medietatis, deinde coletur, & colaturæ accipiatur q. ſ. ad diſſoluendum, electuarij de caſia drac. vi. electuarij ſucci roſarum drac. ij. rhæobarbari electi ſcrup. iij. miſce, & fiat potus.*

Pro pauperibus, accipe cortices myrob. citrinorum. *Vbi autem eſſet pauper, loco rhæobarbari ponantur cortices myrobalanorum citrinorum drac. i. ſ. & iſte potus exhibeatur, eo modo, quo dictum eſt.*

Quarta, & quinta intentio.

Localia anodyna. *Quarta, & quinta intentio eſt, circa remedia localia, & cum hoc mitigantia dolorem.*

Cura. *In principio doloris iuncturarum, à materia calida, & cholerica apponantur repercuſſiua, & infrigidantia.*

Epithema ad idem. *Reci. Olei roſacei, omphacini, ana drach. i. ſ. uel unc. i. ſ. infundantur peciæ lineæ, & ponantur ſupra locum doloroſum.* Aliud ad idem. *Aliquando peciæ infuſæ in aqua roſarum, uel ſolatri, idem operantur.*

Emplaſtrum ſequens ad idem prohibens materiæ curſum,

Emplaſtrum anodynũ in arthritide. *Recip. Caſiæ nouiter extractæ unc. ij. pulueris hermodactylorum unc. ſ. (aliàs drach. ſ.) uitellum unius oui, miſce, & cum oleo roſato reducatur ad formam linimenti, & emplaſtri.*

Aliud emplaſtrũ ad idẽ, & eſt emplaſtrũ, quo communiter utunt medici.

Recip. Medullam panis infuſam in lacte (aliàs aceto) ita quòd imbibatur lacte illo multum, deinde accipiatur, & po-

& ponatur in mortario: cui adde caſsiæ nouiter extractæ unc. i. uitellum unius oui, olei ruthacei, omphacini, q. ſ. Fiat *emplaſtrum.*

Notio.

Et nota, quòd à principio curæ ſemper debemus procedere cum mitigantibus dolorem. **Mitigatiua doloris.**

Aliud emplaſtrum ad idem, mitigatiuum uehementiſſimi doloris.

Recip. *Raparum raſarum, q. v. ad placitum, roſarum rub. foliorum caulium minutim inciſorum, ana, &c. & bulliant ſimul in ſ. q. aquæ: deinde accipiātur: & eis adde uitellum i. oui, & cum oleo roſato confice emplaſtrum.* **Aliud ad idē anodynū optimum.**

Ad idem balneum factum ex decoctione raparum, quando alia non contulerint.

Accipiatur aqua frigida, et ponatur membrū, et pes in illa aqua: uel ſuperfundatur loco dolenti, multum ēt ualet.

Fomentatio ad idem.

Recip. *Succi, uel aquæ raparum, aquæ fontis, propter penetrationem.* Fiat *epithema ſuper locum dolentem.* **Fomentū ad idem.**

Si autem illa non contulerint.

Cum emplaſtro ex caſsia ponatur drac. i. opij ſubtiliter puluerizati cum ſcrup. i. croci: & ita fiunt ea, quæ in principio doloris unctiurarum, materia calida, conueniunt. **Anodynū ad idem.**

Et quātum ad repercuſsionem, & ſedationem doloris, in augmento oportet procedere cum his, quæ molliter reſoluunt, & repercutiunt, ſicut ſunt ſequentia. **Reſolutiua, & repercuſſiua mollia.**

Epithema.

Recip. *Olei camomalini, roſati, ana unc. i.* Infundantur *lineæ pectæ, & apponatur ſupra locum doloroſum.* **Epithema ad idem.**

Ad

Ad idem ualet infraſcriptum emplaſtrum.

Emplaſtrum ad idem.

Recip. Camomillæ, meliloti, roſarum rub. foliorum uiolarum, ana man. i. farinæ hordei, farinæ ſeminis lini, ana unc. i. ſem. Puluerizãda puluerizentur, & cũ oleo roſato, & camomalino, q. ſ. ad impinguandum, fiat emplaſtrum.

Reſolutiua à fine augmẽti uſq; ad medium ſtatus.

A' fine augmenti uſq; ad medium ſtatus, reſolutiua apponantur circa locum doloroſum cũ pauca repercuſſione; unde fiat primò ſequens fomentatio.

Fomentũ ad idem.

Recip. Abſynthij, camomillæ, meliloti, anethi, roſarum rub. herbæ arteticæ, herbæ paralyticæ, ana man. ſem. Bulliant in ſ. q. aquæ, ad cõſumptionem tertiæ partis: deinde accipiatur filtrum, uel ſpongia; & infundantur in prædicta decoctione; quæ expreſſa, apponatur loco doloroſo ter, uel quater; & fiat fomentatio loci.

Deinde inungatur locus cum infraſcripta unctione.

Inunctio ad idem.

Recip. Olei camomalini, lilini, roſati, ana unc. ſem. Miſce, & cum hac unctione ungatur locus dolens.

Alia ad idẽ.

Ad eandem intentionem ualet oleum camomalinum ſolum, in quo bullierint uermes terreſtres; reſoluit enim, & confortat.

Reſoluentia, et cõfortãtia

In declinatione autem, reſoluentia, & confortantia conueniunt.

Fiat ergo infraſcripum remedium.

Medicamen ad idem bonum.

Recip. Faldellas ſtuppeas, quæ infundãtur in urina pueri; deinde aliqualiter exprimantur, & inuoluantur in cineribus calidis bene; moueantur, & poſtea conquaſſentur in dicto cinere; poſt, ligentur ſic dictæ faldellæ ſtuppeæ ſuper locum doloroſum: reſoluit nanque, & conſolidat locum doloroſum.

Ad idem

Ad idem ualet infraſcriptum emplaſtrum.

Recip. Camomillæ, roſarum rub. ſtœchadis arab. maiora-næ, radicum hermodactylorum, ana man. ſem. Bulliant in ſ.q. uini rubei ſtyptici (aliàs nõ ſtyptici) quouſq; perfectè decoquantur: deinde piſtentur in mortario, & cum oleo camomalino, & maſtychino, q.ſ. ad impinguandum, fiat emplaſtrum, quod loco dolenti apponatur.

Ad idem ualet hoc balneum.

Recip. Pulegij, calamẽti, roſarum rubearum, ana man. i. Bulliant in ſ.q. aquæ ferratæ, ad conſumptionem tertiæ partis: uel bulliat in uino rubeo ſtyptico, & balneetur locus dolens, embrocando, uel lauando.

Vel accipiatur ſpongia ad quantitatem loci dolentis, & infundatur in prædicta decoctione, fortiter exprimatur, & ſupra locum dolentem applicetur, ita quòd per noctem permaneat: exiccat enim, reſoluit, & confortat. *Epithema ad idem.*

Electuario ſequenti debet patiens uti pro confortatione membrorum nutritiuorum, ne fiat generatio materiæ facientis dolorem.

Recip. Saluiæ minutiſsimæ, inciſæ, & non piſtatæ, ſeu contuſæ, lib. i. (aliàs lib. ſem.) mellis, q.ſ. ad hoc, ut perfectè prædicta ſaluia decoquatur: deinde facta ſufficiẽti decoctione, addantur infraſcriptæ ſpecies. *Electuarium ad idẽ, & eſt cõfortatiuũ mẽbrorum.*

Reci. Specierum aromatici roſati, deſcriptione Gabrielis, ſpecierum diatriaſandali ſine camphora, ana unc. ſem. Miſceantur cũ prædicta decoctione ſaluiæ, & parum bulliãt quouſque perueniant ad formam electuarij. *Species.*

De iſto electuario ſumat patiens in mane, ante cibum per tres horas, ad quantitatem caſtaneæ magnæ: & ſero quando uadit dormitum, accipiat quantitatem auellanæ. *Vſus electuarij.*

Quinta intentio, quæ erat intentio de medicinis mitigantibus *Anodyna.*

gantibus dolorem; quæ medicinæ ſatis fuſe comprehenſæ ſunt ſub intentione quarta.

Myrobalani kebuli. *Itidem ualent myrobalani kebuli conditi.*

Sexta intentio.

Regimẽ uitæ *Sexta intentio, quæ ordine doctrinæ debet præcedere omnes alias, eſt de regimine uitæ; quod regimen debet eſſe tale.*

Aer qualis. *Caueat patiens ab aere multum calido, uel frigido, uel pluuioſo, niuoſo, & uentoſo à principio.*

Diæta qualis. *Sit diæta ualde tenuis à cibo, & potu: dimittat carnes, & oua, uſque ad vij. dies: deinde poteſt comedere de pullis paruis, & auibus degentibus in arboribus; & oua ſorbilia poteſt aliquando ſumere.*

Potus qualis *Vino omnino abſtineat, & bibat aquam mellis factam cum ſaluia. In declinatione tamen facta purgatione, uti poteſt uino rubeo habente aliquid ſtypticitatis: ſecundùm tamen Auic. non debet bibere uinum, quouſque ſuper infirmo currant quatuor tempora.*

In fine declinationis, primò conuenit exercitium, ſed uſque ad illud tempus, ſcilicet, ante declinationem ægritudinis exercitium dimittatur.

Somnus. *Dormiat patiens per vij. horas in nocte; & nullo modo in die dormiat, niſi fortè in nocte non poſſet dormire.*

Accidentia animi. *Omnia accidentia animi uitare debet, & hoc quantum ad dolorem iuncturarum à cauſa calida pendente ſufficiat.*

CVRA DOLORIS IVNCTVRARVM À CAVSA FRIGIDA.

Cura doloris iũcturarũ à cã frigida ẽ quintuplex. *CVra doloris iuncturarum à cauſa frigida complectur quinq; modis: minoratione materiæ, digeſtione, euacuatione, eradicatione, ſedatione doloris, & reſolutione materiæ,*

materiæ, actu facientis dolorem.

Prima intentio.

Pro prima intentione notandum, quòd rarò à principio competit euacuatio, quæcūque ſit illa, ſiue eradicatione, ſiue minoratione: nam minoratiua ſi ſit debilis, nihil diuertit: quia fluente materia ad locum doloris, fieret agitatio; ideò tutius eſt hanc dimittere euacuationem: à principio etiam à fortiori euacuatione dimittatur. *Prima intentio.*

Secunda intentio.

Secunda intentio eſt, digeſtio materiæ, & completur in digerendo materiam, quæ eſt frigida, utplurimū phlegmatica: non oportet procedere cum digeſtiuis multum aperitiuis, quia facerent materiam fluere ad locum; ideo fiat tale digeſtiuum.

Recip. M*ellis roſati colati unc.i. ſyrupi ſtæchaditis, unc.ſem. aquæ abſynthij, bethonicæ, ana unc.i.ſem. Iſtud digeſtiuum exhibeatur, ut ſupra, uſque ad quinque, uel ſeptem dies.* *Digeſtiuum a*

D*entur medicamenta ſolutiua, & in iſtis ſeruētur regulæ ſequentes.* *Solutiua ſuſurpanda.*

1 *Prima eſt, quòd cū medicinis ſolutiuis miſceantur ſtyptica, quæ prohibeant dilatationem uiarum ad iuncturas.* *Tres obſeruationes in euacuatiuis habendæ.*

2 *Secunda eſt, quòd à leuioribus, & non à fortioribus incipere debemus.*

3 *Tertia eſt, quia rariſſimum eſt quòd cum materia frigida ex ſe non penetraret à natura: ideò oportet aliquid admiſcere, quod reſpiciat choleram.*

Tertia intentio.

Recip. P*ilularum cochiarum, pilularum hermodactylorum maiorū, ana drac.ſem. rhæobarbari, ſcrup.ſem. (aliàs drach.ſem.) uel loco rhæobarbari, & melius, in hoc caſu* *Eradicatio. Pilulæ eradicatiuæ.*

accipiat

accipiat cortices myrobalanorum indorum,ſcrup.ſem. Et *reformētur pilulæ,nu.yij.cum ſyrupo ſtæchadite,et exhibeatur talis medicina.*

Canon. Notandum, *quòd in hoc caſu magis conueniunt pilulæ,quàm potiones, quia maiorem moram trahunt in ſtomacho,& poſſunt plus à longinquis trahere.* Tamen *ſi patiens non poſſet ſumere pilulas, fiat ſequens lenitiuum in forma potabili.*

Potus lenitiuus, & ſolutiuus. Reci. Florum *boraginis,bugloſſæ,ana man.ſem.ſtæchadis arabici,iuæ,herbæ paralyticæ,ana drac.i. paſſularum enucleatarum,liquiritiæ raſæ,ana drac.ſem.* Fiat *decoctio ſecundùm artem.*

Recip. *Prædictæ decoctionis,q.ſ.ad diſſoluendum,diacatholiconis,drac.y.electuarij eleſcoph,drach.i.ſem. electuarij indi maioris,ſcrup.iiij. electuarij ſucci roſarum, ſcrup.i.* Miſce, *fiat potus,& exhibeatur,ut ſupra.*

Et *euacuationes ſunt reiterandæ in hoc caſu, & hac ægritudine,ueniendo poſtea ad digeſtiua, & ſolutiua fortiora.* Et *hæc dicta pro ſecunda,& tertia intentione.*

Quarta,& quinta intentio.

Quarta, & quinta intentio. Quantum *ad alias intentiones,quæ ſunt,mitigare dolorem, & reſoluere materiam, fiat emplaſtrum ſequens mitigatiuum doloris.*

Anodyna, et reſolutiua. Emplaſtrum mitigatiuum doloris. Recip. *Medullæ panis infuſi in decoctione camomillæ, abſynthij,maioranæ,iuæ,quouſque imbibatur humiditate: deinde accipiatur illa medulla, & ponatur in mortario: cui adde medullæ caſiæ nouiter extractæ,unc.i. uitellum i.oui,olei camomalini,unc.i.croci,ſcrup.ſem.* Fiat *emplaſtrum,& loco dolenti applicetur.*

Epithema ad idem. Ad *idem ualet oleum amygdalinum dulce cum oleo ſeſamino,& camomalino,& cum modico olei roſati, & infundere*

ſundere pecias,& applicare loco dolenti.

Ad idem ualet infraſcripta unctio.

Recip. Pinguedinis taxi,uulpis,cati ſylueſtris,ſi habe=ri poteſt,ana unc.1.olei camomalini,uulpini,ana unc.ſem. (aliàs ana unc.i.) Liqueſiant pinguedines,& cum prædictis oleis,& modica cæra fiat unguentum. *Vnctio ad idem.*

Balneum reſolutiuum, & confortatiuum doloris iuncturarum.

Recip. Iuæ,primulæ ueris,pulegij,calamenti, artheticæ,abſynthij,ana man.i.roſarum rubearum,hypocyſtidis, ana man.ſem. Bulliant hæc omnia in uino rubeo, & cum pauca quantitate aquæ,ad conſumptionem medietatis; deinde balneetur membrum dolens; & poſtquam balneatum eſt,exiccetur,e tinungatur cum infraſcripta unctione. *Balneũ reſolutiuũ,& cõfortatiuũ ad idem.* Exiccatio.

Recip. Olei uulpini,lateritij,ana unc.ſem. olei maſtychini, unc.ſem. Inungantur iuncturæ cum iſtis prædictis oleis omnibus ſimul miſtis. *Vnctio ad idem.*

Poſtquam autem materia non eſt in aliquo fluxu,et remanent iuncturæ laxæ,uel laſſæ,accipiantur ſaldelle ſtuppeæ, infundantur in urina pueri, & aliqualiter expreſſæ,& inuolutæ in cineribus calidis applicentur locis doloroſis; nam confortant iuncturas, & exiccant reſiduum materiæ. *Epithema in materia non fluxa,uel nõ laxis iũcturis.*

Quantum ad regimen uitæ, in doloribus iuncturarum à materia frigida: à principio debet eſſe tenue; & non bibat uinum,ſed aquam mellis per totum regimen; declinet ad calidum,& ſiccum. Canon. Regimen uitæ. Potus.

Oleum de lumbricis ualet poſt uniuerſalem euacuationem. Oleum lumbricorum.

Item accipe ſapam,in qua decoquantur ſurfures, tantum ut Emplaſtrum ad idem.

tum ut totam farinam emplaſtri accipiat: adde uitellum oui, ſalis parum, cicerum quantum uidetur bonum. Fiat *emplaſtrum.*

Cõſilium Ni*colai* Floren*tini.* Nicolaus *laudat emplaſtrum, ſiue oleum de ranis; mirabiliter ualet à proprietate ad iuncturas, & eſt reſolutiuum in caſu conueniente, quo ſæpe uſus eſt* Leonellus.

Vſus eſt etiam unguento de meliloto.

Recip. Herbæ *arthetica, paralyticæ, iuæ, pulegij, calamenti, ſampſuci, camomillæ, meliloti, ana man. i. opoponacis, bdelij, amoniaci, ſerapini, ana drach i. farinæ fœnu græci, unc. i.* Herbæ *bulliant in ſ. q. aquæ ad perfectam decoctionem: deinde contundantur, & cum oleo laurino, lilino, & terebentina, q. ſ. ad mitigandum (aliàs ad impinguandum:) deinde addantur gummi diſſoluta in uino, & farinæ, & fiat emplaſtrum: & hæc omnia ſunt reſolutiua, & membrorum confortatiua.*

APHORISMVS.

Aphoriſmus Paruos *habentes oculos non facilè podagra corripiuntur, ſed magnos, & prominentes.* Gal. *in* 6. Aphor. *particula,* Commen. 37. *& alibi.*

ADDITAMENTA PROPRIA.

Epithema ad dolores iũctu rarum. A*Rnoldus laudat epithemationem factam cum filato canabino, ſeu ſtuppeo, in lixiuia decocto, & calidè applicato: & ego expertus ſum, & reperi uerum.*

Emplaſtrum artheticæ doloris mitigatiuum.

Emplaſtrum in arthetica mitigatiuũ. Recip. *Opij, croci, ana unc. i.* Pulverizentur, *& cum tribus uitellis ouorum, & oleo roſato, uel uiolato confiſciatur, & loco dolenti emplaſtretur: quod ſtatim dolorem mitigat.*

In ar-

In arthetica omnigena unctio.

Reci. Seminis pſilij unc.iiij·aquæ.q.ſ.coquatur ad uiſcoſitatem, quam per pannum exprime, colato adde ceræ unc.iij.olei communis unc.vi.deinde ferueſiat ad liquefactionem ceræ, ſemper mouendo cum ſpatula, & in pila diutius contere, donec bene condenſetur. Cum iſto liquamento unge articulos, & neruos dolentes. Vnctio, ſeu liquamẽtum in morbo articulari.

Oportet autem ut debita euacuatio per pharmaca, cucurbitulas, uel phlebotomiam, & diætationem moderatam præcedat. Canon, ſeu animaduerſio.

Ego aliquando utor balneo, ex ſummitatibus ulmi parato ſi frigida ſit intemperies in uino pleno, ſin calida, aceto roſaceo decoctis. Lauacrum pro neruicis & articulariis.

Porrò de iuncturarum uitijs omnigenis lege Rhazen in libro de ægritudinibus neruorum, & iuncturarum. Ibi enim pulcherrime, & ſaluberrime tractat de omnibus artuum uitijs, & noxis. Rhazes.

Ego in omni Articulari morbo utor oleo balſamino tali.

Recip. Terebinthinæ lib.i.opoponacis, galbani, ſerapini, ana unc.ſ.granorũ iuniperi.m.ij.thymiamatis lib.i. Mittatur in botiam magnam uitreatam, non lutatam, in cineribus ad fornacem, unguentum fiat lentiſſimo igne ad decem horas, nec eſt opus infra hoc claudere uas luteo ſapientiæ. Sed poſt hoc claudantur ipſa uaſa bene, & ſigillentur, & fiat ignis paulatim fortior, gradatim aſcẽdendo, ita quod in botia nullus percipiatur ſonus, iuxta declarationem. Deinde aſcendatur ad fortiorẽ ignem, donec totum oleum aſcendat. Et eſt ad podagram frigidam, & ad omnia uitia iuncturarum frigida expertum. Oleum balſaminũ pro neruis, et in podagra.

Balneum ad idem. *Sed primo præcedat hoc balneum, non neglectis uniuerſalibus.*

Rect. *Granorum iuniperi, radicum ebuli, florum camomillæ, ana.q.v. conquaſſentur per diem.i. ponãtur in uino,& calide fiat embrocatio.*

Et ſi purgatione opus eſt, purgetur ægrotus arthriticus cum Tragæa *ut infra.*

Tragæa pro arthriticis, ſolutiua. Recip. *Cinnamomi, cardamomi, ana ſcrup.i. roſarum, maſtyches, ana ſcru.ſ. zinziberis drach.ſ. thurbithi drac. iij.ſ. hermodactylorum drach.i. diagrydij ſcrup.i. ſacchari thaberzeth.q.ſ. fiat* Tragæa, *quæ ſuauiter euacuat, à iuncturis.* Doſis *delicatis, & inualidioribus drach.ſ. robuſtioribus drach.i.*

Aliud Catharticum quo ego ſum uſus, cũ olim laborarem ex pedibus.

Pilulæ arthriticæ propriæ, expertæ. Reci. *Specierum hieræ drach.ſ. ſpecierum benedictæ laxatiuæ drach.i. hermodactylorum, turbith, ana tantũdem, electuarij de ſucco roſadrũ drac.iij. uel.iiij. zinziberis ſcrup.i. myrobalanorũ citrinorum drach.ij. fiat maſſa pilularis.*

Leonelli Fauentini de Medendis morbis Partis ſecundæ Finis.

LEONELLI FAVENTINI DE MATRICALIBVS AFFECTIBVS, COMPENDIOLVM SALVBERRIMVM.

Definitio Matricis.

MATRIX *eſt membrum à natura deputatum ad cõceptionem, ſituatum inter ueſicam, & inteſtina: ex parte dorſo alligatum, & femori ut apparet, & oſſi ſacro, ſeu lato, quod Alkati uocant, ex duabus tunicis compoſitum. Quarum intrinſeca eſt ueноſa, & exterior neruoſa. Collum habens exterius protenſum, cuius orificium uerſus os matricis habet panniculos tenues commiſſos ex uenulis paruis, quodãmodo coperiẽs eius foramẽ, & propter hoc in deuirginatis ſcinditur eugiũ, caro eminula inter cunni ſymplegadas, quo panniculo rupto fit notabilis cruentatio indidem promanans.* Hanc *uirginalem pelliculam, quæ primo coitu abrumpitur, authores modo hymen, modo peritonion, &* εὔγιον, *ſed plerunq; florem uirginitatis uocitant.* (*Deſcriptio uteri muliebris.* / Eugium *quid?*)

Item de ſitu, colligantia, qualitate complexione, iuuamentis, deniq; de morbis qui locellos muliebres infeſtant, Mundini *Anatomen legito. Significatur eadẽ matrix multis* Polyonimis *utpote,* Loci *muliebres, uulua, mater, matrica, folliculis, uter, conceptaculum, ſpermotheca, bulga,* ὑστέρα, μήτρα, δέλφυν. *Et hoc in fœmininis ſolum, in reliquis autem animalibus uulua, uel uolua dicitur.* (Mundinus. / Diuerſæ ma*tricis nomẽclaturæ.*)

LEONELLI FAVENTINI DE SVPPRESSA MVLIEBRI PVRGATIONE, CAP. I.

In mora,ſeu præternaturali retentione menſium,fiat talis proceſſus.

Phlebotomia.

Auicennas.

PRIMITVS *ſi mulier ſit ſanguinea, & repletio ſit in toto fiat phlebotomia de baſilica dextra, ex qua hauriantur unciæ quatuor uel quinque ſanguinis. Adſerit enim Auicēnas, quod in hoc caſu uenæ ſectio ſit prouocationis hæmorrhagiæ locellorum irritamētum, ſine alia euacuatione, quia natura exonerata à pondere, & ſanguinolenta mole, adeoq; multitudine eius ſanguinis, ſic fit potens ad expellendum ſuperfluum ſanguinē à matrice. Et ita per menſtrua illinc per biduū fiat phlebotomia ſaphenæ, unde detrahatur quadrans, uel ad ſummam trientalis menſura ſanguinis.*

Notio.

Communiter tamen, ubi non eſt tanta repletio ſanguinis, incipiendum eſt à phlebotomia ſaphenæ.

CAVSA.

Retinentur autē menſes propter multitudinē phlegmatis craſſi, miſti cum ſanguine, quod oppilat uenas ad matricem tendentes.

CVRA.

Scopus ferè curationis eſt, ſubtiliare, digerere, & demū euacuare. Cōpetit igitur primo ſequēs digeſtiuū.

Digeſtiuum in ſuppreſſione menſium.

Reci. Syrupi de Matricaria, de duabus radicibus, oxymelitis ſimplicis, ana unc. ſ. aquarū endiuiæ, fœniculi, capilli ueneris, ana unc. i. miſce fiat ſyrupus, ſiue potus, qui exhibeatur mane calidus, ante diem per horam, ſuper quē dormiat ad lubitum.

Poſt

Poſt ad.v.vi.uel vij.dies ab aſſumptione ſyruporũ digeſtiuorum, recipiat hanc medicinam, ſolutiuam uentris, ut ſequitur.

Recip. *Florum uiolarum, boraginis, bugloſſæ, ana.m.ſ. arthemiſiæ, capilli ueneris, meliſſæ, ana unc.ſ. radicũ apij, fœniculi, ana unc.i.(aliás drach.i.) paſſularum enucleatarum, liquiriciæ raſæ, ana unc.ſ. aneſorũ.m.ſ. fiat decoctio ſecundum artem, ad conſumptionem medietatis. Colati recipe.q.ſ. ad diſſolutionem diacatholici unc.ſ. diaphænici, drach.ij. electuarij* Indi *maioris ſcrup.iiij. miſce fiat potus, & dulcoretur cum melle roſato colato. Detur calidus ante diem per horam, tamen cum incipit operari nõ amplius dormiat, poſt quatuor horas ab aſſumptione illius pharmaci, hauriat hoc lauatiuum.* — *Potio ſolutiua, & ſubtiliatiua.*

Recip. *Brodij cicerum rubeorum unc.vi. ſacchari rubei unc.i.ſ. miſce.* — *Lauatiuum*

Inſtante proxima nocte dent̃ hæ pilulæ. — *Pilulæ.*

Reci. *Pilularum fœtidarũ, aggregatiuarũ, ana drac.ſ. (aliàs ſcrup.i.) agarici electi, uel trochiſcati ſcrup.i.gra. iiij. pulueretur agaricus, & miſceatur cum dictis, & reformentur pilulæ nume.vij. cum ſyrupo arthemiſiæ.*

Deinde *fiat prouocatio menſtruorum hoc modo, ut ſequitur.*

Prouocatiua menſtruorum.

Recip. *Radicum apij, fœniculi, petroſelini, ruſci, aſparagi, ana drac.i. radicum rubeæ tinctorũ drach.ſ. cicerum rubeorũ, uel nigrorũ gra.xv. bulliant in.ſ.q. aquæ fluuialis, ad conſumptionẽ tertiæ partis.* Et *illi decoctioni adde mellis lib.ſ. aceti unc.iij. & bulliat iterũ & deſpumetur, quouſq; deueniat ad excoctionem dimidij, deinde coletur, de colatura dentur unc.v. ante diem per horam, ſit autem* — *Syrupus prouocatiuus menſtruorum.*

potus hic calidus cum propinatur.

Aliud efficacius prouocãs menſtrua.

Aliud prouocatiuum ualentius.

Recip. Trochiſcorum de myrrha drach.i. puluer etur ſubtiliter & diſſoluatur in.ſ.q. aquæ arthemiſiæ, calefiat, & exhibeatur ante diem per horam.

Fomentatio ad idem circa pectinem.

Fomẽtatio.

Reci. Pulegij, calamenti, origani, ſauinæ (aliàs ſatureiæ) arthemiſiæ, ana m.i. rubeæ tinctorum. m.ſ. radicum apij, petroſelini, ana drach.i. bulliant omnia in.ſ.q. aquæ fluuialis, uſq; ad conſumptionẽ medietatis. Deinde accipe ſpongiam unam, & infundatur in prædicta decoctiõe, quæ expreſſa inter duas pecias lineas ſubtiles, ponatur ſuper ſumen, quod prouocat menſes aperiendo uias.

Cucurbitulatio. Notio de Phlebotomia.

Eliciuntur item menſtrua, apponendo uentoſas magnas ſub poplite, ſine ſcarificatione, & in ſuris pedum; nam potenter euacuat, & ſi phlebotomia poſſet fieri uenæ ſub poplite, efficacior eſſet, quàm ſaphenæ, propter proximitatem loci.

Balnea.

Poſſunt etiam fieri balnea, uel ſemicupium, tam fomẽtando, quàm lauando, prout fieri ſolet in aquiminarijs. Fiat igitur lauacrum ex iſtis rebus, in quo ſedeat mulier, & prouocabuntur menſtrua.

Balneũ ad cienda muliebria probatiſſimũ.

Lauacrum ducẽdis mẽſibus aptũ.

Reci. Iuæ, calamenti, origani, pulegij, arthemiſiæ, meliſſe, ſerpilli, abſynthij, praßij, parietariæ, mercurialis, ana.m.i.ſ. radicum uel fuſtium fœniculi. m.i. radicũ apij, petroſelini, aſparagi, rubeæ tinctorum, ana.m.ſ. bulliant omnia in uaſe magno, in aqua fluuiali. q.ſ. ita quod aqua ferè ſit ad dimidũ excocta, alias legitur, bulliant ad cõſumptionem tertiæ partis, & ponantur in ſemicupio, in quo deſideat mulier, uſq; ad umbilicum, perduret autem

in hoc

in hoc balneo per horæ dimidium, deinde recipiat ſe cubitum, & exiccetur, poſt inungatur cum oleo calaminthite, ſeu crinino calido. Vnctio.

Suffumigium ad idem.

Reci. Iuæ, matricariæ, meliſſæ, ana drac. i. caſſiæ ligneæ. cinnamomi electi, rubeæ tinctorum, ana ſcru. ij. galliæ moſchatæ drach. i. Fiat ex omnibus illis puluis ſubtilis, cum quo ſuffimugetur matrix hoc modo, ſuper carbones ignitos ponatur parũ illius pulueris, & recipiatur fumus ad matricem, per embotum, hoc pacto: ut pars lata ponatur ſuper carbones, ſtricta ad matricem. Idq; fiat mane, & ſero ſtomacho ieiuno. Puluis pro ſuffitione.

Pilulæ ad idem.

Recip. Myrrhæ electæ, cinnamomi optimi, caſiæ ligneæ, ana drach. ſ. radicum dyptami ſcrup. i. pulueren̄tur ſubtiliter, & cum ſyrupo de arthemiſia reformentur pilulæ ſex pro drach. i. de quibus accipiat nume. v. de mane ante diem per horam. Pilulæ.

Confert etiam exhibere drachmam i. uel ſcrupulos binos, theriaces antiquæ, diſſoluendo ipſam in ſextante uini meracioris. Theriaca.

Item ad idem confert exhibere drach. i. uel. i. ſ. radicis dyptami albi, tenuiter puluerati, diſſoluẽdo in aquæ (alias uini) elixationis dyptami unc. iij. uel iiij. Quod etiã ſummopere ualet, ad difficultatem partus. Ad menſes ciendos. Ad partum accelerãdũ.

Ad idem ualet ſumere ſtercoris accipitris, cinnamomi electi, ſubtiliter puluerati, ana drach. ſ. diſſoluendo in uino pleno, ut ſupra. Ad idem.

Naſcale, ſeu peſſus ad idem.

Recip. Succi mercurialis unc. iiij. in quo infundatur ſubſequens peſſarium, & imponatur matrici, & alligetur Peſſarium.

ſilum coxe, ut extrahi poßit. Et, cum ſteterit in matrice per binas horas, extrahatur; poſtea clyſterizetur matrix cum balneo ſupraſcripto.

Clyſterizatio.

Peſſarium de quo ſupra.

Peſſarium. Recip. Gentianæ ſcrup. ij. colocynthidis, nigellæ, ana drac. i. ſ. carnium ficuū. q. ſ. ad incorporādum, & fiat cū ſucco linozoſtis, aut cucumeris aſinini peſſulus.

Aliud peſſarium. Vel formetur peſſariū ex coto filatum, quod in prædicto ſucco mercurialis imbibitū genitalibus imponatur.

Aliud ad idem.

Aliud naſcale. Recip. Gallæ moſchatæ, quātitatem caſtaneæ, qua inſerciatur pecia tenuis, ad formamq; naſcalis reducatur, & locellis ſubdatur, coxæ, ut prius, ad alligatum.

ADDITAMENTA PROPRIA.

Regimē Eugubij, pro uxore mea quōdam ordinatū, dū mēſtrua purgatione ad ſemianni ſpaciū careret.

Primitus recipiat hoc lenitiuum.

Lenitiuum. Recip. Electuarij lenitiui unc. i. diaphœnici drac. ij. ſ. diſſoluantur cum aquæ boraginis, & lupulorum, ana. q. ſ. fiat potio, quam capiat in aurora, & dormiat per horā, poſtea ſurgat, & ambulet.

Die uerò ſequenti, incipiat ſumere hos ſyrupos præparatorios.

Syrupus digeſtiuus. Rec. Syrupi de arthemiſia, oxymellitis ſcyllitici, ſyrupi ſtœchaditeis rhodomelitis colati, ana unc. ſ. aquarū betbonicæ, arthemiſiæ, capilli ueneris, ana unc. i. miſce, capiat in aurora, & dormiat ſuper ipſum quantum poteſt.

Phlebotomia. Et poſtquā acceperit. v. ex iſtis ſyrupis, tandē ſexta die detrahat. iiij. uel v. unc. ſanguinis ex baſilica brachij dextri. Deinde iterū proſequatur ſyrupos præordinatos, die ſequenti, ita, ut accipiat. v. alios, ut ſint in totum nume. x.

uel

uel xi.& deinde completis ſyrupis,ea die,qua compleuit ſaciat ſibi phlebotomare ſaphenam dextri pedis, uel ſiniſtri, ſecundùm quòd magis apparebit uena tumentior in uno pede,quàm in alio; & ſi uena in nullo pede appareret,ponãtur ſuper ipſam duæ,uel tres ſanguiſugæ,& extrahantur iterum iiij.uel v.unciæ ſanguinis:demum quieſcat per diem,& poſtea accipiat hoc pharmacum. *Sectio ſaphenæ.* *Sanguiſugæ.*

Recip.*Electuarij lenitiui, drac.vi.benedictæ ſimplicis, diaphœnici,ana drac.ij ſem.* Diſſoluantur *cum decoctione florum,et fructuum cordialium,addito modico epithymi : & fiat potio; quam capiat per horam ante diem,& dormiat per ſpatium unius horæ, & tardet per v.horas ad minus.* *Pharmacum ſolutiuum.*

Quibus expeditis,utatur iſtiuſmodi electuario conforratiuo.

Recip.*Diambræ completæ, unc.i.ſem. diamargariti, unc.i.diagalangij,unc.ij.cõſeruæ boraginatæ,& bugloſſatæ,ana drac.x.b.p.& cum melle roſato colato,q.ſ.fiat miſtura:de qua ſumat ad quãtitatem caſtaneæ per iiij.horas ante prandium; & poſt ipſam bibat ſemiunciam uini albi odoriferi.* Quòd *ſi ſentiat aliquando aggregari ſuperfluitates in ſtomacho,uel matrice,capiat de his pilulis.* *Electuarium cõfortatiuũ.*

Pilulæ matricales.

Recip.*Specierum de benedicta, ſpecierum hieræ ſimplicis,ana drac.ij agarici præparati,pilularum aurearum ana dra.i.*Reformẽtur *pilulæ cũ ſucco caulium; de quibus capiat drac.i.pro uice,bis in mẽſe,circa mediam noctem.* *Pilulæ contra ſuperfluitates matricis.*

Pro matrice uerò,faciat iſta naſcalia.

Recip.Radicum Mercurialis *optimè piſtatarum,q.v. poſtea reducãtur ad formã digiti craſſi, & ſuperaſperga tur de puluere ſauinæ:uel ſi ea non adſit,de ſpeciebus benedictæ* *Naſcalia pro matrice mũdificãda.*

nedictæ ſimplicis,& inuoluantur in zyrbo caſtratino, uel bœdino,uel alterius animalis,& ligatæ cum filo lõgo ſupponantur intra uuluam.

Diæta. *Item,pro regulatione diætæ, abſtineat ab omnibus cibis oppilatiuis,ſicut à paſtilibus,caſeo,et pellibus animalium,ac ipſorum uentribus,& alijs id genus.*

Brodiũ pro uocatiuum. *Vtatur ſæpius brodio cicerũ rub.decocto cum radicibus petroſelini,fœniculi,et folijs ſaluiæ;diſſoluendo parũ in eo;ſi lubet;antidoti hæmagogi:& ſumatur calidè.*

Ex proprijs adiectamẽtis,hęc ſunt uſitatiora.

Tragæa ad ciendos menſes.

Tragæa ad ciendos mẽſes. *Recip.Specierum diamargariti,drac.ſ.trochiſcorũ de myrrha,ſcrup.i.ſauinæ,ſcrup.ij.pulegij, baccarum lauri, caſsiæ ligneæ,utriuſq; ariſtolochiæ,ana ſcrup.i. cinnamomi electi,drac.ij.ſacchari,unc.ij.ſem. Miſce,fiat tragæa.*

Digeſtiuum.

Syrupus digeſtiuus. *Reci.Syrupi de arthemiſia,unc.i.ſ. de eupatorio,unc.ſ.aquarũ urticæ,ſaluiæ,matricariæ, ana unc.i. Miſce,fiat hauſtus,qui ſumatur in aurora calidus circa prothẽſmiã.*

Deinde fiat purgatio cum his catapotijs.

Pilulæ matricales. *Recip. Maſſæ pilularum fœtidarum maiorum, drac.ſ. caſtorij,ſcrup.ſem.gran.v.xyloaloes, gran.iij.trochiſcorum balhandaal,gra.v.Miſce;cum aqua matricariæ fiant pilulæ vij,& dentur de nocte.*

Puluis pro fumigio ad idem.

Suffitus ad idem. *Recip.Veratri candidi,drac.ſem opoponacis,ſcrup.ij. rubeæ tinctorum,centaurij,foliorum ruthæ,ana drac.ſem. radicum arthemiſiæ,ſcrup.ij.uel iij. Miſce;fiat puluis,cũ quo fiat ſuffumigium pro orificio uuluæ.*

Peſſaria ad idem.

[illegible]ſaria. *Recip.Ciclaminis,ſcammonij,colocynthidis,ana drac. i.ſagapeni,*

i.ſagapeni, drac.ij. Fiat peſſarium arte.

Aliud.

Recip. Chalbanes, armoniaci, aſſæ fœtidæ, baccarum ſa uinæ, ana drac.i. Cum ſ.q. ceræ fiat peſſarium.

Aliud.

Recip. Abrotoni, galbani, myrrhæ candidæ, ſcammonij, cucurbitæ ſylueſtris, ana drac.i. ſerapini, drac.ij. Fiat peſ-ſarium cum cæra, ad hoc ſufficienti, & intingatur in oleo petrolei, & ſupponatur cum cautela.

Aliud.

Recip. Tanaceti, abrotoni, uerbenæ, daphnidium, ca-ſtorij, aſtoriciæ, ſingulorum ſcrup.ij. Fiat, ut ſupra.

Bibat decoctum peucedani, lyguſtici, peoniæ, mane, & ſero calide. Decoctio.

Alia cura ad idem experta.

Primò, dentur aliqua digeſtiua ſic. Syrupus.

Recip. Syrupi de quinque radicibus, de calamento, de peonia, ana unc.i.ſem. aquarum hyſſopi Peruincæ, lilio-rum conuallis, ana unc.i. Miſce; detur in aurora calidè.

Poſt fiat euacuatio cum his pilulis.

Recip. Pilularum de hiera picra, pilularum de ſerapi-no, & opoponaco, ana ſcrup.i. diagridij, gran.ij. uel iij. Formentur pilulæ yij. uel ix. & dentur de nocte. Pilulæ.

Vltimò propinetur hæc potio.

Recip. Boracis, caſſiæ ligneæ, ana drac.i. aquæ capil-li ueneris, q.ſ. Detur in neomenijs, uel circa ſtatum men-ſtruornm terminum, calidè. Potio.

DE NI-

LEONELLI FAVENTINI DE NIMIA EXPVRGATIONE MVLIEBRI, CAP. II.

PRAETERNATVRALEM *fluxum menſtruorum rubeorum hoc pa ćto curabimus.*

A Liquando accidit fluxus huiuſce- modi ſuperfluus propter nimiam debilitatem, & caliditatem ſanguinis, quæ fit à cholera miſta ſanguini: unde cholera ſanguinem exacuit, & ſubti liat, orificia uenarũ aperit propter mordicationem, quan tum facit. Iccircò, *remouendo cauſam eius, oportet bilem ipſam euacuare, & incraſſare ſanguinem; primò, dãdo ui- delicet digeſtiua, quæ ſint choleræ, & ſanguinis conden- ſatiua; unde exhibe hoc digeſtiuum.*

Digeſtiuum — Recip. *Syrupi de endiuia, ſyrupi de myrtho, ana drac. yi. aquarum plantaginis, portulacæ, endiuiæ, ana unc. i.* M*iſce; & exhibeatur iſte potus per horam ante diem.*

Tandem poſt quinq;, uel ſex dies, accipiat infraſcriptam medicinam, choleræ euacuatiuam, & ſanguinis mundificatiuam.

Solutiuũ choleræ, & mũ dificatiuũ sã guinis. — Recip. *florum boraginis, bugloſſæ, roſarũ rub. ana* M. *i. corticum myrobalanorum citr. unc. ſ. ſeminis plantaginis, drac. i.* Bulliãt *in ſ. q. aquæ endiuiæ, ad cõſumptionem me- dietatis; deinde coletur: colaturæ accipiatur q. ſ. ad diſſol uendum, electuarij de caßia, drac. y. electuarij de ſucco ro ſarum, drac. i. electuarij de dactylis, ſcru. iiij. rhæibarbari- ci electi, drac. i. ſpicæ, gran. iij.* Rhæobarbarum *cum ſpica ſubtiliter pulueretur, & cum prædictis diſſoluatur, & fiat potus; qui dulcoretur cum ſemiuncia ſyrupi uiolacei, & propinetur*

propinetur calidus ante diem per horam,ſuper quem dormiat horarium.

Dehinc ad quinq; horas, ab aſſumptione pharmaci prædicti,capiat lauatiuum ſequens.

Recip. *Aquæ hordeaceæ,cotylas,num.ij.ſacchari,unc. i.uel i.ſem.* *Lauatiuum.*

Facta purgatione,ueniamus ad ſtringentia fluxũ,quorum quædam extra applicãtur,quædam intra.Fiant itaq; fomenta,balnea,illinitiones,& emplaſtra,inchoando primitus à fomentatione hac,circa ſumen,& pectinem.

Fomentatio reſtrictiua.

Recip. *Roſarum rub.ſumachij,foliorum plãtaginis,balauſtiorũ,malicorij,hypocyſtidis,quercularũ,fol.cypariſſi,& nucularũ eius,ana M.ſ.Cõtundantur craſſo modo,et bulliãt in ſ.q.aquæ,et aceti,ita quòd acetũ ſit ſubduplum ad aquam,et bulliant ad conſumptionem iij.partis:deinde infundatur ſpongia in prædicta decoctione, quæ fortiter expreſſa,ponatur ſuper ſumen, & dorſum, & ſic ter,uel quater fomentetur;poſt hæc,detergatur locus,& inungatur cum infraſcripta unctione.*

Vnctio reprimens hæmorrhagian.

Recip. *Olei roſacei,myrthei, ana unc.i. boli armeni, ſanguinis draconis,acaciæ,ana drac.i.gummi arabici,tragacanthi,ana drac.ſem roſarum rubearum,ſcrup.i. Puluerabilia tenuiter puluerentur,& cum modica cæra fiat unguentum,quo ungatur ſumen,& pecten.*

Simplicia fluoris menſtrui cohibitiua.

Neotton,ſiue putamen,aut cortilago ouorũ,quæ pullos gallinaceos excludũt,ſi pulueretur, & potui detur,nimio muliebriũ promanationi medetur. Puluis itẽ cornu ceruini,radicis, *Puluis teſtarũ ouorũ unde pullus exit.*

Simplicia fluxũ ſiſtentia. *ni,radicis,uel ſeminis nymphe æ,incineratio ranarum uiridium,radix uerbaſci,et hipolapathi:hæc ſunt,quæ ſtringunt menſtrua.*

Balneum, in quo ſedeat.

Balneum reſtrictiuum. Recip. *Rerum ſuperius ſcriptarum pro fomentatione, omnium ana man.iij.quæ bulliant in ſ.q.aquæ ferratæ,ad conſumptionem tertiæ partis; deinde ſedeat in prædicta aqua tepida uſque ad umbilicum.* Hoc *balneum potentiſſimum eſt ad reſtringendum.*

Ad idem linimentum à balneo.

Linimentum à balneo. Reci. *Aquarum roſarum,unc.ÿ. albuminis oui cõquaſſati (aliàs aluminis Iamem, uel Iameni) olei roſacei,ana unc.i.ſem.anteræ,unc.i.(aliàs aceti) boli armeni,ſanguinis draconis,terræ ſigillatæ, ana drac.i.* Pulue rentur *iſta ſubtiliter,& miſceãtur cum prædictis:deinde accipiat pecias lineas,& infundantur in prædicto liquore,& ponantur partim ſuper rhenes,partim ſuper Iumen.*

Ad intra reſtringendum, ſumat hoc electuarium.

Electuarium *reſtrictiuum* Recip. *Conſeruæ roſarum antiquæ, diacydoniten cum ſaccharo ſine ſpeciebus,diatriaſandali,ana drac.vi.coralliorum rubeorum,coriandri præparati,cornu cerui deuſti, ana ſcrup.ij.(aliàs gran.ij.) ſeminis plantaginis,ſportulacæ,ana drac.ſem.* Puluerẽtur *cum prædictis,& ſyrupo roſato,q.ſ.*

Doſis electuarij *præſcripti.* Reformetur *electuarium;de quo ſumat mane,& ſero,ante cibum per ij.horas,ad quantitatem caſtaneæ.*

Puluis expertus ad idem.

Puluis *ad idẽ expertus.* Recip. *Caryotarum,coralliorum rubeorum, coriandri præparati,ana drac.i.* Fiat *puluis ex omnibus, de quo recipe in uino ſtyptico, mane in crepuſculo diei, ſcrup.i. aut alterum.*

Ad

Ad idem in forma pilularum.

Reci.Trochiſcorũ de terrà ſigillata,boli armeni præparati,ana drac.ij.Puluerentur ſubtiliter, & cum ſyrupo roſato reformentur pilulæ,num.x.de quibus ſumantur y. numero,ante diem per horam Hinc ad iiij.uel y.dies reiteretur ſumptio earundem pilularum,deuorando iterum quinas,ut ſupra. *Pilulæ ad reſtringendum*

Ad idem aliud.

Recip.Pilularum de bdelio, ſcrup.ij. Fiant pilulæ iiij. uel y.numero,& exhibeantur. *Aliæ pilulæ ad idem.*

Et ſi ſupraſcripta non conferunt,utatur opiatis ſubſequentibus.

Recip.Pilularum de cynogloſſa,ſcrup.i. & gran. iiij. Fiant pilulæ ternæ:de quibus ſumat alternatis uicibus unã. *Pilulæ opiatiuæ.*

Ad idem confert exhibere drac.i.ſem. philonij perſici. *Philoniũ Perſicum.*

Cuius deſcriptionem Meſueus in ſuo,de appropriatis, cap.de fluxu ſanguinis ab ore.

Quantum autem ad diætam, dimittat uinum potens, omnia acuta,omnia aromatica:& decoquãtur cibaria ſua in aqua chalybeata. *Diæta.*

Carnes ei conuenientes ſunt,trunculi, uel pedes uitulorum,caſtratorum,pullorum; & eiuſmodi debẽt elixari.

Coquantur autem cum aqua chalybeata.

Aues degentes in arboribus ſunt conuenientes.

Fercula competunt,ex oryza,milio,farre,& frumento.item,legumina cocta.

Vitet exercitium forte;potius quieſcat,iram,furorem, mœſtitiam:deniq; quicquid animum ſolicitare poteſt,ablegat,ac dimittat.Hæc,pro retẽtione;& econtrario etiã, fluxu nimio menſtruorum rubeorum dicta ſufficiant.

ADIECTIONES PROPRIAE.

Exuberantiam menſium ſiſtit hic potus.

Potus. Recip. *Aquarum burſæ paſtoralis, arnogloſſæ, ſanguinariæ, ana unc. i. ſem In quibus diſſolue rob de berberis, drac. iij. athanaſiæ* Nicolainæ, *diaolibani eiuſdem, ana ſcrup. ſem.* Miſce, *& detur potui frigide.*

Aliud.

Aliud reſtrictiuum. Recip. Radicum *ſerpentariæ rubræ, ſeminis plantaginis, ana drac. i. ſem. Pulverizentur, & cum malo cotoneo aſſato ſumatur drac. i. ex eo.*

Aliud.

Aliud. V*ſnea mortualis, creſcens ſuper caluaria defuncti, pulverata, & cū puluere cretæ rubræ, hæmatitis, & nucleorum tamaryndorum data, confeſtim ſiſtit fluorem fœmineum. Potes ob meliorem ſaporem addere puluerem ceratiorum, uel xyloceratorum.*

Ad idem clyſtere ſtypticatiuum, ualens menſtruis retinendis.

Enema. Recip. V*ini nigri ſtyptici, lib. i. uel ij. & fac cū eo bullire caſeum ſiccum; & adminiſtra: mirabiliter enim ſtringit tam fluxum inteſtinalem, quàm menſtruum.*

Miſtura reſtrictiua.

Miſtura reſtrictiua. Recip. Diacydoniteis *ſimplicis, unc. ij. conſeruæ roſaceæ ueteris, unc. i. ſ. coralliorū, ſcrup. iiij. trochiſcorum de karabe, de terra ſigillata, ana ſcrup. ij. ſpodij, lapidis hæmatiteis, ana ſcrup. ſ. Fiat miſtura cum miua cydonite, uel rob de ribes.* Doſis, *à drac. ij. uſq; ad ſemiunciam.*

Tragæa ad idem experta.

Tragæa ad idem. Recip. *Specierum diacameron, ſcrup. iiij. boli armeni, drac. ſ. maſtyches, raſuræ eboris, coralliorum rub. ana ſcr. i. ſacchari penidiati, triuncium.* M*iſce, fiat tragæa.*

DE CVR-

DE CVRSV, SIVE FLVXV HVMIDITATVM ALBARVM, *ſeu de curſu matricis, ſecundùm Auic.*

CAP. III.

HVIVSMODI *fluxus poteſt eueni-re à tribus cauſis principaliter, aut à toto, ſiue ab hepate, & à capite, & ma trice. A`toto prouenit, quando hepar debilitatur in ſanguificando, ita, quòd non poteſt bonum ſanguinem generare. Sed generat ſan-guinem aquoſum, qui tranſmittitur per femur ad ma-tricem, ita, quòd ex hoc fluxu quandoque ſequitur to-tius alleuiatio. Si fuerit à capite, quandoq; multiplica-tur humiditas in cerebro, per uiam indigeſtionis, uel ex uaporibus eleuatis ad caput, ſeu cerebrũ, & ibi cõuerti-tur in aquã, quæ humiditas deſcendit per nucham, uſq; ad matricẽ, & ita euacuatur iſta humiditas per fluxũ à ma-trice. Cuius ſignũ eſt, grauitas capitis præcedẽs, & ſigni-ficat repletionẽ capitis, & ſentitur manifeſtus deſcenſus humiditatis euidẽter à parte poſteriori colli. Si ſit à ma-trice. Tertio põt prouenire huiuſmodi fluxus à matrice, per uiam indigeſtionis, quãdo matrix propriũ ſuũ nutri-mentũ non bene digerit, nam illud mutatur in humidita-tes multas, quas natura expellit ad extra. Cuius ſignũ eſt, quia matrix ſemper humida inuenitur, neq; nocumentum ſentit in toto corpore, ſiue in aliquo alio mẽbro, excepta matrice. Huiuſmodi diſpoſitio eſt uerẽda, quia ut plurimũ prohibet impregnationẽ, & cõceptũ. Primo, quia humi-ditas matricis corrũpit ſemẽ, ſiue ſperma uirile, & quia facit ipsũ lubrificare ad extra, et nõ retinet. Tertio, quia nõ poteſt cõſtringi ſuper ſperma, et ipſum cõplecti un le*

Triplex fluxus alborũ menſtruorũ cauſa.

1 A`toto.

A`capite. 2

A`matrice. 3

Tria impedimenta cõceptionis.

Aphoriſmus. *Aphoriſmus. Quæcunq; duras, et frigidas matrices habēt.*

Cura à toto corpore, uel ab hepate.

Fit hæc cura. Primo deponendo, ſeu minorando materiam noxiam. Secundo, digerendo, & eradicando illam, Tertio, hepar confortando ſemper, ut poßit bonum ſanguinem generare.

Minoretur ergo primo materia ſic.

Minoratiuū in forma pilularum. Rec. *Pilularū aggregatiuarū ſcru. ij. agarici trochiſcati ſcru. i. miſce, fiăt pilulæ nu. v. dĕtur ante diē per horā.*

Digeſtiuum ad idem.

Syrupus digeſtiuus. Rec. *Syrupi de eupatorio, mellis roſati colati, ana dra. vi. ſyrupi de endiuia dra. ij. aquarū abſyntij, capilli ueneris, cichorij, an. un. i. utatur his ſyrupis, ut alijs digeſtiuis.*

Deinde recipiat hāc medicinā ſolutiuā.

Potio ſolutiua. Reci. *Florū boraginis, bugloſſæ, meliſſæ, ana. m. ſ. paſſularū enucleatarū, liquiriciæ raſæ, ana unc. ſ. ſebeſten nu. viij. iuiubarū x. abſynthij m. ſ. ſpicæ ſcrup. i. fiat decoctio in ſ. q. aquæ, ad excoctionē dimidij. Colati recipe q. ſ. ad diſſoluēdum, diacatholici drac. v. diaphœnici drac. i. ſ. electuarij Indi maioris drac. ij. miſce, fiat potus, qui dulcoretur cū modico melle roſato colato, detur ut ſupra.*

Et poſt v. horas accipiat tale lauatiuū.

Lauatiuum. Recip. *Brodij pullini, caſtratini, uel uitulini unc. vi. ſacchari rubei unc. ſe. Dabis hoc calidè potădum ægrotanti mulieri.*

Alia medicina in forma pilularum.

Pilulæ. Reci. *Pilularum Indarū drac. ſ. aggregatiuarū ſcru. ij. reformentur pilulæ nume. v. uel vij.*

Si prouenerit à capite, minoret materia ſic.

Aliæ pilulæ minoratiuæ Reci. *Piludarum fœtidarum, cochiarum, ana ſcrup. i. cum hiera reformētur pilulæ nume. v. dentur in ſero poſt cœnam,*

cœnam,per duas horas.

Deinde detur eiuſmodi digeſtiuũ,aliquot uicibus in aurora.

Reci. *Syrupi de ſtœchaditeis,mellis roſati colati, oxymelitis ſimplicis,ana unc.ſ. aquarum bethonicæ, meliſſæ, bugloſſæ,ana unc.i.miſce.* — *Digeſtiuũ.*

Eradicatiuum materiæ.

Reci. *Pilularũ fœtidarũ,cochiarũ, agarici trochiſcati,ana drac.i.fiant pilulæ nu.y.cũ ſyrupo de ſtœchade.* — *Pilulæ eradicatiuæ.*

Vnctio.

Vngatur nucha cum oleo coſtino, ſero quando it dormitum. — *Vnctio.*

Item ponatur puluis ſequens ſuper coronalem comiſſuram calidus,amoueatur mane à capite cum pectine.

Et puluis eſt talis.

Reci. *Corticum thuris,maſtyches, ſandarachæ,ſtœchadis Arabici,cubebarum,roſarum rubearum,ana drach.ſ. fiat puluis ſubtilis,adhibeatur ut ſupra.* — *Puluis capitalis.*

Si à matrice,minoretur materia ſic.

Re. *Pilularũ fœtidarũ.P.de benedicta.ana drach.ſ.*

In alio Codice ſic legebatur.

Rec. *Pilularũ fœtidarũ drac.ſ.P.de benedicta ſcru.i. fiant pilulæ nume.y.& dentur mane.* — *Pilulæ minoratiuæ.*

Deinde detur tale digeſtiuum.

Recip. *Syrupi de arthemiſia,mellis roſati colati,oxymelitis ſimplicis,ana unc.ſ.aquarum arthemiſiæ,meliſſæ, adianti,ana unc.i.miſce,detur tempore conſueto.* — *Digeſtiuum pro matrice.*

Deinde euacuetur materia ſic.

Reci. *Pilularum fœtidarum,aggregatiuarum.P.de benedicta,ana ſcru.i. diagridij gra.i.ſ. reformentur pilulæ nume.vij.& dentur ut ſupra.* — *Euacuatio per pillulas.*

Factis iſtis intentionibus, fortiſſima, ac præcipua ſit cura ad matricem mundificandum, & confortandum, quod fit hoc modo.

Confortatiuũ, & mũdificatiuũ matricis.

Peſſarium matricale. Reci. *Mercurialis recentis, & parũ piſtatæ, ut ſuccus ueniat ad ſuperficiẽ herbæ, deinde cũ filo (ut ſupra) reducatur ad formã digiti auricularis, & fiat peſſarium, quod imponatur matrici, ita, ut portio fili remaneat extra.*

Aliud.

Reci. *Coti, quãtum ſufficit ad faciẽdum ſuppoſitoriũ. Ligetur cum filo, ut ſupra: & inuoluatur in melle, & imponatur more ſolito.*

Poteſt etiam fieri clyſtere lauatiuũ, taliter, uel tale.

Clyſtere lauatiuum. Reci. *Hydromelitis unc. vi. mellis roſati colati unc. ij. miſce, & cliſterizetur eo matrix.*

Vnctio circa ſumen, & pectinem.

Vnctio. Reci. *Olei lilini, ſpicati, coſtini, ana unc. i. peciæ lineæ in tali unguine infundãtur, expreſſæq́; tãdẽ applicẽtur.*

Puluis pro peſſario ad idem.

Puluis pro peſſario. Reci. *Ligni aloes, galangij, cinnamomi electi, galliæ moſchatæ ana drac. i. pulueriz ẽtur ſubtiliter, & cũ aqua roſacea moſchata aſpergatur iſte puluis. Deinde ligetur in pecia linea tenui, & ponatur in matricem. Stet in ea per horã unam, aut alterã, imò trihorariũ, ut tibi uidebitur.*

ADIECTITIAE MEDELAE.

Ad idem.

Contra fluxum menſtruorũ alborũ puluis expertum.

Puluis albos menſes cohercens. Recip. *Boli armenij præparati unc. ſem. polytrichi, drac. ſ. nucis moſchatæ drac. ij. caryophyllorum ſcrup. ij. miſce,*

miſce, fiat puluis. Doſis à drach.ſ. ad ſcrupu.ij.uel.iij. cum aqua ſanguinariæ,uel detur ſine aqua illa.

Vnguentum repreſſiuũ utriuſq; fluxus muliebris.

Recip.Olei myrthei,cydoniteis,menthacei,ana unc.ſ. pulueris trochiſcorũ de karabe,de ſpodio,de ſcoria ferri,ana ſcrup.i.ceræ candicatæ.q.ſ.miſce, fiat unguentũ, quo ungatur,& peſſarizetur locus. *Vnguẽtum repreſſiuum utriuſq; fluxus.*

Arcanum meum.

Propinetur aqua deſtillationis antheræ,de roſis albis. Poſt imponatur naſcale contextum ex erugine ferri, & ſedeat mulier in decocto ſcoriæ ferreæ. *Naſcale.*

PRAEFOCATIO MATRICIS, CAP. IIII.

TOTVM *regimen huius ægritudinis cõpletur quadriformiter,uidelicet definitione, cauſis,ſignis,& cura.* Regimen.

Definitio prædicti morbi.

Eſt autem ea ipſa matricis præfocatio nihil aliud, quam aſcenſus quidam eiuſdem matricis uerſus diaphragma, propter fumos & uapores corruptos,eleuatos à materiebus corruptis exiſtentibus in matrice. Quia uapores uenientes ad cor,& pulmonem ipſos aſtringunt,& adeo coanguſtant anhelitũ,quod aliquando ſtrangulantur mulieres. Ideo præfocatio matricis ab accidente. Vapores autem in matrice,inflãt corpus matricis, & propter talem inflationem attingit diaphragma, unde coarctatur officina ſpirandi. Iſti humores aſcẽdunt ad pulmonem,& cor,& coanguſtãdo meatus iſtos,& uias illas efflationis inducitur præfocatio. Aliquando aſcendunt ad cerebrũ,

Definitio. Cauſa præfocationis. Vapores ad cor. Ad pulmonem. Strangulatus uteri ratio.

Ad cerebrũ. Ad uentriculum. cerebrũ, & pariunt ſcotomiam, & uertiginẽ, & ſæpenumero etiam epilepſiam. Aliquando petunt ſtomachum, & ingerunt nauſeam, & inclinationem ad uomẽdum, tamen non fit uomitus, & fit ut plurimum eructuatio, propter quam uapores illi exhalant. Ad gulam. Aliquãdo ad gulam, & uidetur quòd mulier ſtrangulatu ſit interitura, & quandoq; Guttur. inflatur guttur, & propter hoc dicunt uulgo mulieres, quod aſcẽdat matrix ad guttur, quod tamẽ (Galeno teſte) Ad uentriculum. fieri nequit. Aliquando impetit uentriculum, ſeu ſtomachum laceſſit. Aliquãdo ad alta loca fertur. Quod autem collum pertingere nequeat, Anatomicis liquido conſtat, quicquid uetulæ huius rei prorſus ignaræ blaterent, quin potius uapores in cauſa ſunt, eleuati ſcilicet à matrice, eiuſmodi dolorem excitantes.

Cauſæ præfocatiõis matricis. Quantum autem ad cauſas, uideamus an cauſæ præfocationis matricis aliquãdo proueniant ex retentione ſanguinis menſtrui, in matrice putreſcentis, à quo eleuantur Ex retẽtione menſiũ. uapores corrupti, ad loca iam dicta. Aliquando prouenit ab alijs humoribus exiſtentibus in matrice corruptis, à 1 quibus ſimiliter eleuantur uapores. Aliquãdo à ſpermate Ab humoribus noxijs. corrupto, retento in matrice, à quo ſimiliter erumpũt uapores, ad prædicta iam loca.

2 Signa autem, quod fit à retentione menſtruorũ ſunt, Signa retentorum menſium. quando ſolebat menſtruari, & nunc non menſtruat, ratio, quia eſt ſanguineæ complexionis ſentit pondus etiã circa pectinem, & hora, qua ſolebat menſibus laborare, ſentit torſiones, & dolores circa partes materierum (aliàs matricis.)

Signa à retẽtione ſpermatis. Signa aũt, quando fit à retentione ſpermatis, ſi quãdo mulier eſt iuuenis, & apta coitui, uel aſſueta concubitus, ſicut in uiduis, & fortiter abſtinentibus, item in monialibus,

bus,in iſtis enim mouetur ſperma propriũ ad matricẽ,& quãdo nõ licet exire,retinetur in matrice,et corrũpitur. Ideo inter cæteras præfocationes iſta eſt deterior.

Præfocatio ex ſpermatis retẽtiõe cæteris deterior.

Cauſa eſt,à qua poteſt prouenire,& eſt ab humoribus exiſtẽtibus in matrice corruptis,cuius ſigna ſunt,quia mulier bene menſtruatur ſi utatur coitu, quod ſignum oſtendit,non prouenire præſocationem à retẽtione menſiruorum, uel ſpermatis.

Præſocatio, et epilepſia, morbi ſociales.

Hæc paßio uidetur magnam habere compartitionem, ſeu cõuenientia cum epilepſia. Attamen ſtrangulatus uteri ab epileptico morbo nõnihil diſcrepat,ſunt enim ſigna amborũ affectuum diuerſa,& ſic diſtinctiua. Primo,quia in epilepſia fit ſpuma in ore,hic uerò non. Item ſecundo, quia epilepticus nõ audit,nec ſentit,nec intelligit, præſocata autẽ omnia hæc facit,ac patitur,niſi quod nõ loquitur. Item ab apoplexia differt per eadẽ ſigna,à læthargo quoq; diſtat,cum hac enim eſt ſebris,cũ præſocatione nõ. Aliquãdo tamen præfocata uidetur mortua: quantum ad colorem laridum, liueſcit enim uultus earum mulierũ,& quia non mouentur. Quando autem medicus dubitat de morte,an ægrotãs uere ſit præſocata,uel enecta,aut mortua,recipiat cotum carminatũ,ponendo ipſum circa os,et nares. Si mouetur cotũ,quando camera,in qua cubat,bene clauſa eſt,tunc certo portendit uitam. Item recipiat ſpeculum terſißime expolitũ,& mundum,ponatur circa os, ſi inficitur,ſignum eſt uitæ.

Diſcrimẽ inter præſocatiõẽ & epilepſiam.

Differentia inter ſtrãgulatum matricis,& apoplexiã,& lethargum.

Signũ præſocationis, uel mortis.

Quantum autẽ ad curam attinet,ſi prouenit ex retẽtione menſtruorum,tunc prouoca menſes omni modo,& ingenio. Vnde ſi adeſt repletio magna in toto, fiat phlebotomia,ut Auicẽnas 22.tertij. adſerit,per eam enim natura alleuiatur,propterea facile expellit ſuperfluum ad inferio-

Cura ſuffocationis matricis ſi ſit ex defectu menſium.

Phlebotomia.

inferiora, ſcilicet ad matricem. Et *ita fit prouocatio.*

Poſt hoc per biduum fiat phlebotomia ſaphenæ dextri lateris, ex qua quincunx ſanguinis detrahatur, deinde fiāt omnia, quæ potis ſunt prouocare menſes, tam per interiora, quam exteriora, de quibus dictum eſt, in capite de retentione menſtruorum.

Frictio ualida.

Ad intra dentur medicinæ ſuperius commemoratæ, in prouocādo ſcilicet menſtrua. Fiant *etiam fricationes fortes circa tibias, trahendo materias ad inferiora.* Ponēdæ *uentoſæ in coxa, & ſub poplite in parte domeſtica.*

Cucurbitulatio.

Extra omnia applicentur, quæ dicta ſunt in capite de retentione menſtruorū. Si autē prouenit à retētione ſpermatis, corrupti in matrice, tunc dimittatur phlebotomia, & queratur exitus ſpermatis illius à matrice.

Cura ſi ſit à retentione ſpermatis.

Infricatio mollitiua.

Cōducatur ergo obſtetrix, quæ digitū ſuum in oleo lilino, in quo diſſoluta ſit una gutta de moſcho, infundat, & ponat digitū ſuū in matricem, eādem bene ſtimulādo, quoniam ex hoc mouebitur matrix, & expellet ſperma retētum. Q*uòd ſi habuerit maritum, ipſam uehementer ſubagitet, ut illud ſperma emittatur.* Hoc *enim affert magnum iuuamentum patienti.*

Cura, ſi cā ſint hūores corrupti.

Si uerò hūores corrupti exiſtētes in matrice, in cauſa ſunt. Cura eſt eos euacuare, & primitus minorādo, deinde digerēdo, poſt eradicādo, poſtremo cōfortādo matricē.

Cura corruptorum humorū in matrice quatrifaria.

Minoratiuum autem eſt hoc.

Reci. *Maſſe, pilularū de hiera* Nicolai *drac.ſ. p. fœtidarum ſcrup. 1. fiant pilulæ nume. v. dentur ante diem per horam unam, mundificant enim matricem mirabiliter.*

Pilulæ mundificatiuæ

Digeſtiuum ad idem.

Reci. *Sirupi de arthemiſia, mellis roſati colati oxymelitis ſimplicis, ana unc.ſ. aquarum matricariæ, meliſſæ, bugloſſæ.*

bugloſſæ,ana unc.i.Miſce,fiat potus præparatorius mate riæ;qui exhibeatur in diluculo matutinali. *matricis, ex pertæ,& mirabiles.*

Deinde detur medicina eradicatiua talis.

Recip. Arthemiſiæ,matricariæ,iuæ,boraginis,bugloſſæ,ana man.ſ.paſſularum enucleatarum, liquiritiæ raſæ, ana unc.ſem.ſebeſten,nu.viij.iuiubarum x. Fiat *decoctio in ſ.q. aquæ, ad conſumptionem medietatis:colaturæ recipe q ſ.ad diſſoluendum;diacatholici,drac.v.electuarij indi maioris,ſcrup.ij.diaphœnici,ſcrup.iij. Miſce,fiat potus;detur,ut ſupra. Poſtea recipiat lauatiuum ex brodio pullino,& ſaccharo rubeo paratum.* *Digeſtiuum ad idem.* *Lauatiuum.*

Confert inſuper exhibere hoc electuarium, quod eſt ſummum confortatiuum matricis, præſertim ſi prædicta uniuerſalia præceſſerint.

Recip. *Diamargariti,drac.i.ſ.(aliàs ponitur unc.i.ſ.) aromatici roſati,drac.i.uel unc.i.diamoſchi dulcis, drac. ſem.uel unc.ſem. Miſce;reformando fiat electuarium; de quo recipiat ad quantitatem caſtaneæ ante prandium per quatuor horas,ieiuno ſtomacho.* *Elect. cõfortatiuũ matricis,et fœtus in utero.*

Fiat etiam hoc ſuffumigiũ ad matricem.

Recip. *Ligni aloes,ſtyracis ſiccæ,picis hygræ, calami aromatitis,maceros,ana drac.ſ.Pulverentur ſubtiliter,et addito exiguo aquæ roſaceæ,in qua diſſolutum ſit gran.i. moſchi,et fiat paſta,ex qua fiant pilulæ ad magnitudinem lupinorum;et una ex illis ponatur ſuper carbones ignitos, & recipiat fumum per infundibulum ad matricem,ut ſupra,cap.de retentione menſtruorum.* *Suffumigiũ ad matricẽ.*

Item fiat peſſarium ad idem tale.

Recip. *Specierum iãiam pro ſuffumigio ſupraſcriptarum;quæ diſſoluantur in aqua arthemiſiæ;deinde fiat tenta craſſa,* *Tenta pro matrice.*

ta craſſa,ad quantitatem,ſeu formam digiti maioris,et imponatur in dicto liquore;ſit tamen tenta ligata cum filo, & ſic imponatur matrici per duos horas.

Vnctio ad loca ſuminis.

Vnctio ad idem. Recip. *Olei liliacei,chirini, ana unc.i.moſchi boni,electi,gra.ij.ambræ tantũdem,ligni aloes,ſcrup.i.* Puluerãda *puluerentur,& cum dictis oleis, & exiguo ceræ fiat unguentum arte,quo inungantur loca pectinis, & ſuminis:& continuè fiant ante cibum fricationes, & ponãtur uentoſæ ſine ſcarificatione in iiſdem locis.*

ADDITAMENTA PROPRIA.

Pomum pro matrice.

Pomum matricale,et cõtra epilepſiam. Recip. *Caſtorij,drac.iij.aſſæ fœtidæ,drac.ij.chalbanes tantũdem,ceræ,q.ſ.pro incorporatione, & fiat pomum; quod ualet tam in ſtrãgulatu uuluæ,quàm epilepſia,naribus admotum:inferius aũt,diapaſma aliquod adhibeatur.*

Puluis in præfocatione m̃ricis expertus.

Puluis, ſeu potus ad idẽ Recip. *Radicum dyptami,ſeminis bauciæ, ana drac.i. cinnamomi electi,caſſiæ ligneæ,meliſſæ,ana ſcrup.ij.croci orientalis,ſcrup.ſ.caſtorij pinguis,& recentis,ſcrup.i. Miſce,fiat puluis.* Doſis *eius ſit, à drac. dimidiata uſq; ad integram,cũ aqua urticæ,maluæ,camomillæ,myotidis,uel chelidonij,q.ſ.& detur potui,ieiuno ſtomacho,uel quãdo ſentit matricem eleuari.*

Aliud experimentum D. Pauli Ricij Oenipontani,quondam Protomedici, in ſuffocatione matricis, epilepſia,& uerminatione,in forma unctionis.

Vnctio contra præfoca Recip. *Allium,nume.i.incidatur per medium,& ſupra prunas ponatur,& addatur aloes hæpatitis parum,& ita*

ſuccus

ſuccus colligatur: quo deinde hyſtericæ mulieris umbilicus inungatur: pulſus item, tempora, & nares; & ſtatim præfocata expergiſcitur: expertum. *tionē matricis, epilepſiā, & cōtra uermes.*

Peſſarium ad idem,

Recip. *Caryophyllorum, xyloaloes, ſtyracis calamitæ, ana drach. i. folij parum, moſchi, ambræ, ana ſcrup. i.* Fiat *puluis, & cum oleo ſpicæ odorifero fiat peſſulus cum ſyndone, uel panno raro.* *Peſſarium ad præfocationē matricis.*

DE APOSTEMATE MATRICIS, CAP. V.

Definitio.

EST TVMOR *præter naturam in ſubſtantia matricis exiſtens; cauſatus à materia, uel humore præternaturali, in illa exiſtente. Diſtinguitur hoc apoſtema ex parte ſitus materiæ in matrice, quandoq; ex parte ipſius materiæ.* Primò, *quia aut eſt in fundo matricis, aut in lateribus, aut in collo eius.* Secūdò, *quia tale apoſtema uel prouenit ex parte humorum, ſanguinis, phlegmatis, choleræ, uel aquoſitate: ſed hoc rarò fit.* *Definitio.* Origo.

Signa apoſtematis abſolutè in matrice, ſunt iſta.

Dolor circa pectinem grauatiuus, durities in tangēdo, difficultas egeſtionis, & urinæ; quia matrix eſt in medio inter inteſtinum rectum, & ipſam ueſicam. *Signa.*

Signum, quando apoſtema eſt in concauo matricis.

Vel *eſt in parte uerſus inteſtinum rectum, tunc cōſtringitur inteſtinum, ut non poßint feces excerni.* Si *autem eſt uerſus collum ueſicæ, comprimitur collum ueſicæ, et ideò* *Signa apoſtematis ubi latitet in matrice.*

urina non poteſt exire. Si in concauo; ſentitur grauitas, et durities circa umbilicum. Si in collo inferius; circa latus dextrum, & ſiniſtrum ſentitur grauamen.

Signa humorum.

Signa humorum redundantium. *Apoſtema ſi fuerit à ſanguine, rubedo apparet in urina, et craßities: ulterius, ſi mulier eſt ſanguineæ cōplexionis, rubor emicat in oculis, & facie, &c. adſunt etiam alia ſigna, quæ oſtendunt dominatum ſanguinis.*

Si à cholera.

Signa apparent choleræ, ut caliditas matricis.

Si à phlegmate.

Signa eiuſdem apparent, & quia ſæpe fluunt humiditates albæ, ſimiliter ex proprijs ſignis patet.

Si à melancholia.

Itidem indicia melācholicæ redundātiæ ſeſe prodeunt.

Quādoq; in matrice eſt apoſtema durum, ex melancholia. & dicitur ſcyrrus, nō purum (aliàs ſephiros dictum) per admiſtionem choleræ; tūc apparet dolor ingens in locellis. *Scyrrus matricis.*

Quandoq; eſt ex aduſtione choleræ: & tunc eſt cancer.

Signa cancri.

Signa cācri in matrice. *Carcinomatis in matrice generati ſignū eſt, dolor mordicatiuus; ut circa matricem, & caliditas intenſa; in tactu loci affecti ſentitur calloſitas indurata quaſi circūquaq;, uenæ duræ ad tactū, & nigræ, quæ ſunt ſicut uenæ pedis: & huiuſmodi apoſtema eſt pernitioſum inter alia, quia ſi cancer in exterioribus eſt, difficilis curæ iudicatur, quanto magis in interioribus.* *Cācer matricis difficilis.*

Cura apoſtematis ſanguinei.

Cura apoſtematis sāguinei. *Primò, fiat phlebotomia de baſilica dextri lateris, quæ facienda eſt ad emiſsionem v. uel vi. unc. ſanguinis.*

Item

Item in principio ponanť repercuſſiua talia. *nei in matrice.*

Reci. Olei roſacei, myrthei, ana unc. i. roſarũ rub. myrtillorum, ſumachij, hypocyſtidis, boli armeni, ana drach. i. Puluerabilia redigantur in puluerem tenuem, & cũ prædictis oleis miſceantur, & circa matricem fiat unctio, infuſis pecijs, & applicentur ubi oportet. *Phlebotomia. Vnct. repercuſsiua.*

Fomentatio ad idem.

Recip. Roſarum rub. balauſtiorum, ſumachij, hypoquiſtidis, camomillæ, ana M. i. Contundantur craſſo modo pro fomentatione, & bulliant in ſ. q. aquæ, ad conſumptionem tertiæ partis: deinde recip. ſpongiam, infunde in dicta decoctione quæ expreſſa, ponatur ſuper pectinem; & cum cœperit tepefieri, remoueatur inde. *Fomentatio ad idem.*

Poſt, in augmento apoſtematis, ponantur repercuſſiua cum reſolutiuis, uincentibus tamẽ repercuſſiuis: in principio igitur augmenti præcipuè fiat talis fomentatio.

Recip. Camomillæ, meliloti, roſarum rub. balauſtiorũ, ſumachij, ana M. i. Conquaſſentur craßiuſculè, & bulliant in ſ. q. aquæ, ſecundùm artem fiat fomẽtum: quo facto bis, uel ter, ungatur locus cum ſequenti unguento. *Alia fomentatio.*

Recip. Olei roſati, camomalini, ana unc. i. Infundantur peciæ lineæ in dicto liquamine; quæ expreſſæ, ponantur ſuper pectinem, & femur. *Vnguentum*

Quum autem fuerit apoſtema in ſtatu, tũc apponantur reſolutiua temperata; utputa.

Recip. Camomillæ, anethi, meliloti, ſeminis lini, fœni græci, matricariæ, meliſſæ, ana man. i. Contundantur, & bulliant *Fomentũ reſolutiuum.*

bulliant in ſ.q.aquæ,& fiat ſomentatio.

Deinde fiat hoc unguentum reſolutiuum.

Vnguentum ad idem.

Reci. *Olei liliacei,camomalini,ana unc.ſ.matricariæ, arthemiſiæ,pulegij,calamenti, ana drac.ſem:* Puluerãda *puluerentur,& cum modico ceræ fiat unguentum.*

Si apoſtema eſt cholericum.

Phleboto=mia.

Tunc *urina apparet rubea cũ aliqua craßitie,quia cholera fluit cum ſanguine ad matricem:fiat ab initio phlebotomia,ſaltem diuerſiua ex baſilica dextra:ab hinc per ij. dies detur hoc minoratiuum.*

Potio minoratiua.

Recip. *Electuarij de ſucco roſarum,elect.indi maioris, ana drac.i.caßiæ nouiter extractæ,unc.i.Diſſoluantur in aqua arthemiſiæ,& capilli ueneris, ana q.ſ.ad diſſoluendũ prædictas medicinas:fiat potus,qui cõdulcoretur cũ ſemũcia mellis roſ.colati,uel(quod melius)cũ ſyru.uiolaceo.*

Digeſtiuum.

Reci. *Syrupi uiolati,mellis roſ.colati, ſyr.acetoſi ſimplicis,ana unc.ſ. uel loco rhodomelitis ponatur tantũdem ſyr.de endiuia,aquarũ ſeminũ cõium frig.meliſſæ,bugloſſæ,ana unc.i. Miſce;detur calidè ad v.uel vi.dies,donec appareat digeſtio in urina:deinde recipiat hãc medicinã.*

Syrupus,ſeu potus.

Recip. *Florum boraginis,bugloſſæ,anethi,ana M.ſ.paſſularum enucleatarum,liquiriciæ raſæ,ana unc.ſ.prunorũ nu.v.ſebeſten viij.ſeminum cõmunium frig.dra.ij.Cõtunde,& bulliant in ſ.q.aquæ,ad cõſumptionem medietatis: colaturæ recip.q.ſ.ad diſſolutionem diacatholici, elect.de caßia,ana drac.ij.elect.de dactylis,drac.i ſ.elect.de ſucco roſarum,drac.i.electuarij de pſylio,drac.ſ. Miſce:fiat potus;dulcoretur cum ſyrupo uiolarum,& exhibeatur.*

Aliud in formæ pilularum.

Pilulæ.

Recip. *Pilularum aggregatiuarũ,ſcrup.ij. p.fœtidarũ ſcrup.*

ſcrup.ſ.rhæobarbarici electi,ſcrup.i.ſpicæ,gran.ij.(aliàs ſcru.ſem.) Pulverizetur rhæobarbarum cũ ſpica ſubtiliter,& reformentur pilulæ,num.vij.cum ſyrupo uiolaceo; dentur ut aliæ prius dictæ.

Euacuatione præmiſſa detur hoc electuarium confortatiuum matricis,& mẽbrorum deſeruientium ei.

Recip.*Diamargariti,unc.i.ſem.ſacchari uiolacei,diatriaſandali,ana unc.ſem. Miſce; reformetur electuarium cũ ſyrupo uiolaceo;de quo accipiat mane,& ſero ad quantitatem caſtaneæ,quamdiu durauerit.*

Si apoſtema eſt phlegmaticum.

Primò, minoretur materia phlegmatica in matrice exiſtens,ſic.

Recip.*Pilularum fœtidarum,ſcrup.ij.*Fiãt *pilulæ,nu. v.cũ ſyrupo de arthemiſia:dẽtur ante diẽ per horas binas.* Minoratiuũ in pilulis.

Digeſtiuum ad idem.

Recip.*Syrupi de matricaria,ſyr.de ij.radicibus,oxymelitis ſimplicis,ana unc.ſ.aquarũ arthemiſiæ,fœniculi, bugloſſæ,ana unc.i.* M*iſce,detur in crepuſculo diei.* Digeſtiuum.

Facta digeſtione humorum,fiat radicatiuum tale.

Recip.*Florum boraginis,bugloſſæ,meliſſæ,ana* M.*ſ.radicum fœniculi,petroſelini,ana drac.i.paſſularũ enucleatarum,liquiriciæ raſæ,ana unc.ſ.matricariæ,drac.i.* Fiat *decoctio in ſ.q.aquæ,ad cõſumptionem medietatis:colati recip.q.ſa.d diſſoluendum, diacatholici, drac.v. electuarij indi maioris,drac.ij.agarici electi,ſcrup.iiij.ſalis gem mei,zinziberis,ana gra.iiij.electuarij eleſcoph,drac.ſem. agaricus,& ſal gẽmæ cum zinzibere;infundantur in oxy melite per v.uel vij.horas; poſt,fiat fortis expreſſio,& fiat* Era dicatiuũ

fiat potus: cui adde mellis roſati colati, unc. ſem.

In forma pilularum.

Pilulæ ad idem.

Recip. Pilularum fœtidarũ, drac. ſem. p. aggregatiuarum, agarici trochiſcati, ana ſcrup. i. Miſce, fiant pilulæ.

ADDITAMENTA PROPRIA.

Vnguentum contra cancrum.

Mortificatio cancri.

MOrtificato cãcro ſucco chelidonij, uel ſucco fol. oliuæ, aut cum diacadmia; applicetur hoc ungentum.

Vnguentum aduerſus cãcrum.

Recip. Ceruſæ, unc. ſ. camphoræ, drac. ij. plumbi uſti, drac. i. Abluantur iſta cum aqua roſacea iiij. uicibus; poſt, adde boli armeni, drach. ſ. ſucci ſemperuiui, olei roſati, & ceræ dealbatæ, q. ſ. fiat unguentum arte.

Item eluatur matrix hoc enemate, tam mitigatiuo doloris, quàm ſanatiuo.

Enema anodynũ, & cõſolidatiuum.

Recip. Herbarũ ſaniculæ, ſaluiæ, conſolidæ ſaracenicæ: item, maioris, mediæ, & minimæ, bletæ ſylueſtris, uetonicæ, agrimoniæ, gratiæ dei, ſana mundi, millefolij, ana M. ſ. Piſtentur parum, & bulliant in ſ. q. aquæ lanceolatæ: colaturæ recip. q. ſ. pro uno clyſteri: cui adde uitellũ oui, num. i. floris lactis, olei maſtychini, irini, cyprini, roſacei, ana unc. i. unguenti populnei, dialtheæ, diſſolutorum, ana drac. i. Miſce, fiat enema matricale ſecundùm artem, & adminiſtretur per oetranchyton inſtrumentum.

Poſtea per ſuppoſititiam maſſulã filatam immittatur hoc unguentum mirè deſiccans, & ſine mordacitate perſanans apoſtema cancroſum.

Vng. deſiccatiuũ, & ſanatiuũ cancri,

Recip. Anthimonij, æris uſti, lithargyrij, cadmiæ, argenti uiui, marchaſytæ, ſeu chryſocollæ, ceruſæ lotæ, balauſtij, aluminis, ſarcocollæ, corticũ thuris, põpholygis, ana, drac. i. Confi=

i. Cõficiantur cũ elæomagmate, hoc eſt, fece olei antiqui, q.ſ. & addita cæra alba fiat unguentũ arte. Oportet aũt ut mũdificatũ ſit prius corpus bene, et enectus ipſe cãcer.

& aliorũ ulcerũ, et apoſtematum.

Aliud unguentũ, quo utor in omnibus ſedis, & m͂ricis ulceribus apoſtemoſis calidis, ſed recẽtibus potiſſimè corruptis, & ſanioſis, cãcrenoſitate tamen prius amolita.

Aliud unguentũ ad idem.

Recip. Rhodini, *cæræ candicatæ, ana drach. vi. ſucci fructus uuæ lupinæ drach iiij. ceruſæ drac. i. plumbi uſti, & loti, pompholygis, olibani, ana drach. i. liqueſiat cæra, & oleũ, & deponãtur ab igne, & alia ſubtiliter puluerata, & cribellata ſimul omnia in mortario diutius commiſceantur, & deſuper ſuccus dictus infundatur, & ſine intermiſſione per ſex horas, cum fuerit agitatum, permitte coagulari, & ſupernatantem liquorem proijce, & reſultabit quædam materia emplaſtrica, qua utere in prædictis caſibus, eſt enim mirabilis.*

DE PRAECIPITATIONE, SEV DESCENSV MATRICIS, CAP. VI.

Definitio.

Definitio.

DESCENSVS *matricis eſt exitus eius, ſeu prolapſio de loco ſuo naturali ad inferiora. Vnde (quum uidelicet illa procidua uidetur, ac prominens) tantopere feminas urget, ut aliquãdo uſq; ad coxã dilabatur. Cuius cauſa eſt hũiditas relaxãs ligamenta matricis, unde corpus eius mouetur ad inferiora. Quãdoq; eſt cã uẽtoſitas, matricẽ impellẽs ad inferiora.*

Cauſa præcipitationis matricis.

Si hoc eſt ab humore phlegmatico, quod multoties cõ-

tingit, debemus purgare phlegma à matrice, & toto corpore, unde detur primo hoc digeſtiuum una, uel, ſi res poſtulat, altera atq; altera uice.

Recip. *Syrupi de ſtæchade, de matricaria, oxymelitis ſimplicis, ana unc. ſ. aquarũ arthemiſiæ, meliſſæ, ana unc. i. miſce, detur ut ſupra.*

Celebrata digeſtione, detur hoc medicamentum ſolutiuum ſub forma potionis.

Potio ſolutiua.

Reci. *Florum boraginis, bugloſſæ, matricariæ, meliſſæ, ana m. i. paſſularũ enucleatarũ, liquiriciæ raſæ, ana unc. ſ. ſtæchadis* Arab. *m. ſ. aneſorũ drac. ij. fiat decoctio ſecundum artem.* Colati *reci. q. ſ. ad diſſoluendum, diacatholici drac. v. electuarij* Indi *maioris drach. ij. diaphœnici, elect.* Eleſcoph, *ana drac. ſ. miſce fiat potus, dulcoretur cũ modico mellis roſati colati, & propinetur ex more.*

Pilulæ ad idem.

Pilulæ ad idem.

Recip. *Pilularum fœtidarum, cochiarum, ana drach. ſ. fiant pilulæ nume. iij. dentur ut ſupra.*

Fomentatio ad idem.

Fomentatio ad idem.

Reci. *Pulegij, calamenti, origani, matricariæ, meliſſæ, ana m. i. foliorum cupreſſi, & nucularũ eius, ſumachij, malicorij, ana m. ſ. contundantur craſſiuſcule, & bulliant in ſ. q. aquæ, & in coctio illo bis, ter'ue infundatur ſpongia, quæ expreſſa ponatur ſupra matricẽ. Sic cõtinuãdo ternis, ſeu quaternis (ut dictum eſt) uicibus, deinde exiccetur matrix, & ungatur iſto oleo calido.*

Vnctio ad intropellendum matricem.

Recip. *Olei roſacei, myrthei, ana unc. ſ. miſce, quo ungatur matrix, & poſt reducatur ad locũ naturalem.*

Si matrix præcipitatur ad inferiora, ita, quod uuluam exeat ante uentrem, fiat fomentatio talis.

Fomentum

Reci. *Origani, calamenti, menthaſtri, matriariæ, pulegij, ana*

gij, ana. m. i. bulliant in. ſ. q. aquæ, & uini, ſeu in puſca. Deinde molliatur cum hac decoctione, & fomẽtetur, poſt exiccetur in panno calido, & ungatur cum iſto oleo. ad matricẽ exuntem.

Reci. Olei liliacei, myrthei, ana unc ſ. miſce, ungatur matrix, poſtea aſpergatur de ſequenti puluere. Vnctio.

Reci. Thuris, maſtychis, boli armeni, myrtillorum, ſumachij, gallæ omphacitidis, ſeu quercularũ, capulorũ roſarũ, acaciæ, ana drac. ſ. fiat puluis ſubtilis, quo aſpergatur matrix. Deinde obſtetrix ungat manũ ſuã, & ſuauiter impellat matricẽ intrò (aliàs ad ſuperiora.) Mulier tamẽ prius ſituetur reſupina, ita, quod teneat crura eleuata, ut obſtetrix poſſit reducere matricẽ ad locum ſuũ. Poſtea ponat uentoſam magnã ſupra ſumen, & teneat ibi per unam horæ quadrã, qua remota, cæratũ illud apponatur. Pilis tamen pubetenus prius deraſis, ac tonſis. Puluis pro reducenda matrice.

Recip. Boli armeni, ſanguinis draconis, hypocyſtidis, ſumachij, ana drach. ſ. roſarũ rubearũ, glandiũ, coralliorum rubeorũ, myrtillorũ, ana ſcru. ſ. (aliàs drac. ſ.) pulverizẽtur, & cũ pice, & reſina pinea. q. ſ. fiat cæratũ in forma quadrata, applicetur cũ corio, uel aluta ſuper ſumẽ. Cæratũ pro reductione matricis exeuntis.

Si non habuerit beneficium uentris, fiat clyſtere purgatorium in hunc modum.

Recip. Camomillæ, meliloti, aneſi, anethi, fœniculi, pulegij, ana. m i. (aliàs. m. ſ.) Bulliãt omnia in. ſ. q. aquæ, modica bullitione. Colaturæ recip. unc. xv. in quibus diſſolue ſacchari rubei unc. ſ. (aliàs unc. iij.) hieræ, benedictæ, ana drach. i. (aliàs drach vi.) olei lilini unc. iiij. ſalis cõmunis drach. i. ſ. miſce, fiat enema. Enema.

Vbi eſſet maior neceſſaria euacuatio, dentur pilulæ infraſcriptæ.

Reci. Pilularum fœtidarum, aggregatiuarũ, ana ſcru. Pilulæ.

 ij. ſ.

ij.ſ.fiant pilulæ nu.y.& exhibeantur,ut ſupra.

Notio. *Si matrix ſiniſtrorſum deuergat, ideſt declinauerit ad læuam,tunc affigatur ad dextrā cucurbita,ratione diuerſionis.* Et *ſi ad dextram reclinata,ſeu præcipitata fuerit, præcipiatur fieri contrarium , ut matrix reducatur ad ſuam ſedem,& locum ſuum naturalem ſeſe recipiat.*

Cætera mors intempeſtiua incomparabilis uiri uidelicet Leonelli *denegauit,et intercepit,ſed ne quid deforet,ſupplementū totius materiæ haurire licebit ex adiūcto* Codicillo *muliebriū affectuū.*

ADDITAMENTA PROPRIA.

E*Adem ferè cura indiget matrix dislocata,quæ procidens anus,in hac difficaltate plurimū ualebit obſtetricum opera,& induſtria.* Equidem *à nonnullis,obſtetricandi munus primum auſpicantibus hac de re conſultus,hoc dedi conſilium,& res proſpere ceßit.*

Conſiliolum in prociden tia uteri. Primo,*ut reſupinati mulieri, prius omni feculentia tā excrementorū,quàm lotij depoſita,leui manu maſtychino oleo delibuta uterum reponant , ſi uerò is propter induratam extuberantiam intropelli nequeat,*

Vnctio. Inſeſſus. *ſeßione facta in decocto myrthi,fomentent,aut balneent,dein ſubſequenti ſuffumigatione locum foueant,& tum demū procidentem hyſteram, priſtinæ ſedi reſtituant, ac ſtrictius ſubligent, ac faſciant. Eſt autem ſuffitio talis.*

Retinaculū ſuffumigiū expertū ad procidentiā uteri matricalis. Rec. *Aſpalti drac.ij. boliti,ſeu ſtercoris bubuli,melius uaccini drac.i.quæ trita miſceantur pro ſuffumigio.*

Et *ſi applicetur illud emplaſtrum poſtquam matrix in locum ſuū fuerit rurſus collocata,tenacius hæret,ac firmius perſtat,nec ſinit eam deſcendere.*

Emplaſtrū poſt repoſi= Reci. *Olibani,maſtyches, opoponacis , galbani, ſerapini , terebenthinæ , ſtyracis liquidæ , picis aridæ , ana drach.i.*

drach.i.uel unc.i.ceræ parum, fiat emplaſtrū arte, appo natur ante, & retro, & faſcijs ſuſpenſis circūnectatur, & reuinciatur.

tionem matricis.

Nicolaus adſerit, ouum gallinæ fœtidum, ſeu putidū, ſuppoſitum cum reticulo tenui, uel carpta lana ſubito matricem procidentem reducere. Tamen caueat mulier olfactum iſtius graueolentiæ, quin potius interim odoret res odoras, ac delectabiles.

Nicolaus.

Male olētia ſubtus adhibita uterum præcipitatū reducunt.

Potus in diſlocatioue matricis expertus poſt uniuerſaliora.

Reci. Seminis paſtinacæ domeſticæ drach.i. contunde, & da cum uino bono.

Potus in diſlocatiōe matricis.

Alius potus ad idem.

Rec. Foliorū myrthi, pulueris cornu cerunini, ana dra.i. detur in potu, & confeſtim retrahetur matrix.

Alius potus ad idem.

Eandem deniq; retinet puluis iſte, poſt impoſitionem inſperſus, ſi cum ſubligaculo, ſeu pulmacibus locus complicetur, ac colligetur.

Rec. Gummi lentiſcini, thuris, nucularum cupreſſinarum, antbimonij, malicorij, balauſtij, balani iouialis, ana drach.ij. miſce, fiat puluis, & utere ut dictum eſt.

Puluis pro matrice egreſſa expertus, et in exitu aui.

EIVSDEM LEONELLI FAVENTINI, DE FEBRIBVS FRAGMENTVM, CVM PROPRIIS

Appendiculis, interiectim appoſitis.

Cauſa febris.

De ortu febris lege Galenũ, de ratione curandi per ſanguinis miſſionem.

Febris quid?

Febris ſanatur quadriformiter.

ORIGO, *ſiue materia febris in genere, eſt ex habundantia quatuor humorum. nam ex redundãtia ſanguinis, generatur febris continua. Ex ſuperfluitate bilis gignitur* τϱιθεος, *ſiue tertiana Ex dominatu nimio phlegmatis, ephemerina, ſiue quotidiana prouenit.* Febrem *uerò generaliter ſic definiũt medici, quod ſit calor innaturalis, ſupergrediẽs naturã, ſuoq; lædens effectu.* Ea *(inquiunt) ſanatur itidem quadriformiter, hoc eſt quatuor modis, uidelicet ſudore, uomitu, uenæ ſectione, & pharmacis, aliqui addunt ſomno.*

Galenus adſerit febres ſanguineas, alijs eſſe ſimpliciores, de differentijs febrium, lib. 2. cap. 8.

ASSIGNATIO APHORISMORVM

Hippocraticorũ, de febribus loquẽtiũ, ſcitu perquàm neceſſariorum.

1 PAroxyſmos, & conſiſtentias morbi indicabunt & anni tempora, & circuitum febriliũ ſucceßiua incrementa. Aphor. 12. lib. 1.

2 Qui creſcunt, plurimum habent innatũ calorem, &c. in fine. Et propter hoc & ſenibus nõ ſimiliter febres fiũt acutæ, frigidum enim habent corpus. Apho. 14. lib. 1.

3 Acutæ ægritudines in ſemimẽſe, hoc eſt 14. diebus iudicãtur, quod & de febribus intellige. Apho. 23. lib. 2.

4 Aeſtiuæ quartanæ & multum ſunt breues, autumnales uerò

les uerò longæ, maxime uerò quæ ad hyemem coniunguntur. Aphor. 25.lib. 2.

5 Febrem in ſpaſmo melius eſt fieri, quàm ſpaſmum in febre. Aphor. 26.lib. 2.

6 Febricitantibus non fortiter, neq; omnino in ſuperficie permanere, et nihil minuere corpus, aut tabeſcere magis, eò quòd ſecundum rationem fit; malum eſt, hoc enim longitudinem ægritudinis ſignificat, hoc autem imbecillitatem. Aphor. 28.lib. 2.

7 Circa principia, et fines, omnia imbecilliora, circa ſtatus omnia fortiora, qui de febribus intelligendus eſt, &c. Aphor. 30.lib. 2.

8 In morbis minus periclitantur ægrotãtes, quibuſcũq; propriæ naturæ, & ætatis habitudinis, & horũ ægritudo ineſt, magis quàm quibus non propria ſecundum aliquid horum ineſt. Apho. 34.lib. 2.

9 Cum æſtas ſit ueri ſimilis, ſudores multos in febribus expectare oportet. Apho. 6.lib. 3.

10 In ſiccis temporibus, febres acutæ fiunt, & ſiquidẽ annus talis exiſtens amplius fuerit, qualem conſtitutionẽ fecerit in pluribus: & tales ægritudines expectare oportet. Apho. 8.lib. 3.

11 In Autumno acutiſsimæ fiũt ægritudines: & maxime mortiferæ, ut in pluribus. Ver uerò ſuauiſsimum, & minime mortiferum, quos duos etiam de febribus intellige. Aphor. 9.lib. 3.

12 De temporibus ſiquidẽ, hyems ſicca, & borealis fuerit. Ver uerò pluuioſum, & auſtrinum, neceſſe eſt æſtate febres acutas, & ophtalmias, dyſenterias fieri, maxime mulieribus, & humidis natura. Apho. 11.lib. 3.

13 Aeſtate uerò quædam horum, & febres continuæ:

 & cauſon,

& cauſon, & tertianæ plurimæ, & uomitus, & dyſſenteriæ, & oculorũ, & aurium dolores, oris ulcerationes, & pudendorum putredines, & deſudationes ſubſequuntur. Aphor. 21. lib. 3.

14 Quibuſcũq; in febribus ſexto die rigores fiunt, difficile iudicium ſequitur. Apho. 29. lib. 4.

15 Laborioſis, ſeu laßitudinem habentibus in febribus in articulos, & circa maxillas potißimũ abſceſſus fiunt. Aphor. 31 lib. 4.

16 Febres quæcũq; nõ intermittẽtes, tertia die fortiores fiunt, magis periculoſæ. Quocũq; aũt modo intermiſerint, periculum abeſſe ſignificatur. Apho. 43. lib. 4.

17 Quibus febres longæ, bis tubercula, uel labores in articulis fiunt. Apho. 44. lib. 4.

18 Si rigor incidat febre non deficiente, ægro iam debili, lethale eſt. Apho. 46. lib. 4.

19 In febribus non intermittentibus, ſi partes exteriores frigidæ, interiores uruntur, & ſitim habeat, lethale eſt. Apho. 48. lib. 4.

20 Quibus tubercula, uel in articulis labores ex longis febribus fiũt, hij pluribus utũtur cibis. Apho. 45. lib. 4.

21 In febre nõ intermittente, ſi labrum, uel oculus, uel naſus, uel ſupercilium peruertatur, uel nõ uideat, uel non audiat iam debili exiſtente corpore, quicquid horũ euenerit, mors proxima eſt. Aphor 49. lib. 4.

22 Vbi in febre non intermittente difficultas ſpirandi, & delyrium acciderit, lethale. Apho. 50. lib. 4.

23 In febribus, abſceſſus qui ad primas iudicationes nõ ſoluũt, longitudinẽ morbi ſignificãt. Apho. 51. lib. 4.

24 Quicunque in febribus, uel in alijs morbis ſponte illacrymant nihil abſurdum: qui uerò non ſponte abſurdius,

dius. Aphor. 52. *lib.* 4.

25 *Quibus circa dẽtes in febribus quidam lentores naſcuntur, his fortes fiunt febres.* Aphor. 53. *lib.* 4.

26 *Ex inguinum tumoribus febres omnes malæ, præter diarias.* Aphor. 55. *lib.* 4.

27 *Febricitanti ſudor ſuperueniens, febre non deficiente, malum; prorogatur enim morbus, & multam ſignificat humiditatem.* Aphor. 56. *lib.* 4.

28 *A febre ardente, habito rigore ſuperueniente, ſolutio.* Aphor. 58. *lib.* 4.

29 *Tertiana exquiſita, ſeptenis circuitibus: quod tempus longiſsimum eſt; iudicatur.* Aphor. 59. *lib.* 4.

30 *Quibus in febribus aures obſurduerunt, ſanguis ex naribus fluens, aut aluus turbata, ſoluit morbum.* Aphor. 60. *lib.* 4.

31 *Quibus in febribus quotidie rigores fiunt, quotidie febres ſoluuntur.* Aphor. 63. *lib.* 4.

32 *Quibus in febribus morbus regius ante diem ſeptimum accidit, malum.* Aphor. 62. *lib.* 4.

33 *Quibus in febribus morbus regius ſeptimo, uel ix. uel xi. uel xiiij. ſuperuenerit, bonum; niſi dextrum ilium obduruerit: ſi uerò non, non bonum.* Aphor. 64. *lib.* 4.

34 *In febribus circa uentriculũ, et fortis æſtus, & cordis morſus, uel dolor, malum.* Aphor. 65. *lib.* 4.

35 *In febribus ex ſomnijs timores, uel conuulſiones, malum.* Aphor. 67. *lib.* 4.

36 *In febribus ſpiritus offendens, malum, conuulſionem enim ſignificat.* Aphor. 68. *lib.* 4.

37 *In acutis febribus conuulſiones, & circa uiſcera dolores fortes, malum.* Aphor. 66. *lib.* 4.

38 *Quibus in febribus ardentibus tremores fiunt, delyrio ſol-*

rio ſoluuntur. Aphor. 26. lib. 6.

39 In acutis paſsionibus, quæ cum febre ſunt luctuoſa ſu ſpiria, malum. Aphor. 54. lib. 6.

40 Sudores febricitanti ſi inceperint, boni; et tertio die, y. yij. ix. xi. xiiij. xyij. xx. xxyij. & xxxiiij. hi enim ſudores indicāt morbos: qui uerò nō ita fiunt, laborē ſignificāt, & morbi longitudinem, ac recidiuam. Aphor. 36. lib. 4.

41 Victus tenuis, atq; exquiſitus, in morbis quidem longis ſemper: in acutis uerò, in quibus non conuenit, difficilis: et rurſus, qui ad extremum deuenit tenuitatis, grauis eſt; nam & repletiones, quæ ad extremum deueniunt, graues ſunt. Aphor. 4. lib. 1.

42 In tenui uictu ægri delinquunt; quo fit, ut magis lædantur: quicunq; enim error cōmittitur magnus, maior in hoc fit, quàm in paulò pleniori uictu; propterea etiam ſanis periculoſus exiſtit, ualde tenuis conſtitutus, et exquiſitus uictus, quoniam errores grauius ferunt. ob hoc igitur tenuis uictus, atque admodum exquiſitus eo, qui ſit paulò plenior; magis, ut in pluribus, periculoſus. Aph. 5. lib. 1.

43 Extremis morbis, extrema exquiſitè remedia optima ſunt. Aphor. 6. lib. 1.

44 Vbi morbus peracutus eſt, ſtatim extremos habet labores, & extremè tenuiſsimo uictu utendum eſt: ubi uerò non, ſed pleniorem uictum contingit adhibere, tantum cibi indulgendum eſt, quanto morbus extremis eſt mollior. Aphor. 7. lib. 1.

45 Quando morbus in ſuo uigore conſtiterit, tunc uictu tenuiſsimo utendum eſt. Aphor. 8. lib. 1.

46 Coniectari autem oportet, an æger cum uictu ſufficiat perdurare, donec morbus conſiſtat; & nunquid prius ille deficiat, nec poſsit cū uictu perdurare, uel morbus antea defi-

tea deficiat,atque hebeteſcat. Aphor. 9. lib. 1.

47 Quibus igitur ſtatim morbus conſiſtit,his ſtatim tenuis uictus adhibendus eſt:qui uerò poſterius debet conſiſtere,his & in ipſo conſiſtendi tempore,& parum ante illud,cibus ſubtrahendus; prius uerò uberius agendum, ut æger ſufficiat. Aphor. 10. lib. 1.

48 In acceßionibus abſtinere oportet;nam cibum dare nociuum eſt: & quibus per circuitum fiunt acceßiones,in ipſa acceßione abſtinere oportet. Aphor. 11. lib. 1.

49 Senes facillimè ieiunium ferũt;ſecũdo loco,qui ætatem conſtitutam habent;minus,adoleſcentes;omnium minimè, pueri; præſertim, qui inter ipſos ſunt uiuidiores. Aphor. 13. lib. 1.

50 Qui creſcunt, plurimum habent calidi innati; plurimo igitur egent alimento, alioquin corpus abſumitur: ſenibus uerò parum calidi innati ineſt, paucis propterea fomitibus egent,quia à multis extinguuntur. hanc etiam ob cauſam febres ſenibus non ſimiliter acutæ fiunt;frigidum enim eorum corpus. Aphor. 14. lib. 1.

51 Ventres hyeme,& uere natura calidißimi ſunt, & ſomni lõgißimi,quare per ea tẽpora alimenta copioſiora ſunt exhibẽda;etenim tũc calor innatus plurimus eſt,unde & pluribus egent alimentis; indicio ſunt, ætates, & athletæ. Aphor. 15. lib. 1.

52 Victus humidus febricitantibus omnibus confert, maximè uerò pueris,& alijs,qui tali uictu uti conſueuerunt. Aphor. 16. lib. 1.

53 Et quibus ſemel, aut bis, & quibus pluráne, an pauciora particulatim oporteat afferre, conſiderandum:condonãdum autem aliquid tempori, ætati,& conſuetudini. Aphor. 17. lib. 1.

54 Aeſta-

54 *Aeſtate,& autumno cibos difficilimè ferunt,hyeme facillimè;ſecundum locum uer habet.* Aphor. 18. *lib.* 1.

55 *His,qui per circuitus acceſsionem habent,nihil dare oportet,neque cogere,ſed ſubtrahere adiectioni ante iudicationes.* Aphor. 19. *lib.* 1.

DE CVRA FEBRIS SANGVINEAE, CAP. I.

Digeſtiuum.

Digeſtiuum in febre ſanguinea.

RECIP. *Syrupi de endiuia,unc.i.ſem. bugloſſati,unc.ſem.aquarum lupulorū, endiuiæ,bugloſſæ,ana unc.i.Miſce,detur in aurora.*

Aliud digeſtiuum.

Aliud.

Recip.*Syrupi* Acetoſi,*unc.i.ſem.de endiuia,unc.ſem. aquæ deſtillationis humuli,endiuiæ,acetoſæ,ana un.1.Miſce;utatur,ut ſupra.*

Aliud præpararorium noxij humoris.

Aliud.

Recip.*Syrupi,uel potionis acidæ ſimplicis,unc.1.ſem. de endiuia,unc.ſem.aquarum taraxaconis,cichorij,uiolarum,ana unc.i.Miſce.*

Aliud.

Aliud.

Recip.*Syrupi uiolati,unc.i.ſem.de endiuia, unc.ſem. aquarum boraginiis,nenupharis,acetoſæ,ana unc.i. Miſce,utatur modo prædicto.*

Aliud.

Aliud.

Recip. *Syrupi roſati,unc.ſem.nenupharini, uel de cichorio,oxyzaccharæ, ana drach. yi. aquarum aceduſæ,roſarum,uiolarum, ana unc.i.Miſce; ſumatur, ut dictum eſt.*

Dige-

Digeſtiuum ubi eſt oppilatio ex tenaci pituita.

Recip. Syrupi abſynthiteis, bizantini, oxymelitis compoſiti, uel ſyrupi acidi compoſiti, ana unc. ſem. aquarum hyſſopi, bethonicæ rubeæ, eupatorij, ana unc. i. Miſce: capiat in diluculo matutinali. *Digeſtiuum, et deoppilatiuũ phlegmatis craßi.*

Ante ſyrupos, & medicinam in hac febre, fiat phlebotomia dextri lateris ex baſilica ad quincũcem ſanguinis, de ſero, aut xxij. hora, unc. iij. uel iiij. melius eſt enim reiterare, quàm exquiſitè euacuare. *Phlebotomia Galen. aliter ix. terapeu.*

Deinde da medicinam ſanguinis mundificatiuam, ut.

Recip. Caßiæ nouiter extractæ, unc. ſem. electuarij lenitiui, diaprunis ſolutiui, ana drac. iij. electuarij de dactylis, drac. i. Diſſoluantur in decoctione florum, & fructuum, & fiat potus. *Potio ſanguinis mundificatiua.*

Dilutum pro nobilibus, & delicatis.

Recip. Rhæobarbari electi, drac. i. ſpicæ, gran. iij. Fiat infuſio ſecundùm artem, in aquis uidelicet boraginis, uiolarum, acetoſæ, uel maluæ, ana q. ſ. deinde fiat fortis expreßio: cui adde diacatholici, drach. vi. electuarij de ſucco roſarum, diaphœnici, ana drac. i. ſem. diſſolue in decoctione florum, & fructuum. Fiat potio ſanguinis purificatiua, & laxatiua prauorum humorum. *Infuſio de rhæobarbarico.*

Syrupus in febre quotidiana de phlegmate naturali.

Recip. Radicum petroſelini, fœniculi, apij, carui, aneſi, leuiſtici, ſileris montani, ozymi, ameos, maioranæ, ana unc. i. polypodij, drac. ij. agarici, turbith, eſulæ, unc. iij. chamedreos, bruſci, aſparagi, cinnamomi, caßiæ ligneæ, ana unc. ſem. herbarum cichorij, ſcolopendrij, polytrichi, abſynthij, *Syrupus Lexipyretos in cã phlegmatica.*

ſynthij,calamenti,origani,hyperici, ana man.ſem.ſacchari,uel mellis,q.ſ.Fiat ſyrupus arte.

DE TERTIANA PVRA, CAP. II.

Enema pro febricitantibus.

ANTE *omnia fiat lenitio uentris cum clyſteri,ſi aliàs caruerit beneficio uentris,& hoc omni die.*

Clyſtere.

Recip.*Mercurialis,matris uiolarum, hordei,ana man.i.* Fiat *decoctio; de qua recip.lib.i.ſem. uitelli i.oui,ſalis,drac.ij.uel iij.ſacchari rubri,mellis uiolacei,ana unc.i.ſem.olei uiolati,unc.iij.caßiæ medulloſæ drac.vi.* Miſce,*fiat enema.*

Digeſtiuum præmiſſo clyſteri.

Digeſtiuum in tertiana.

Recip.*Syrupi acetoſi ſimplicis,unc.i.ſem.de endiuia, unc.ſem.aquarum bugloſſæ,endiuiæ,ana unc.ij.* Miſce;*detur hora conſueta.*

Medicina pro lautioris fortunæ homine,
poſt ſyruporum acceptionem.

Infuſio de rhæobarbaro.

Recip.*Rhæbarbarici electi,drac.i.ſpicæ,gra.iij.* Fiat *infuſio ſecundùm artem in aquis cordialibus,q.ſ.per vi.horas,uel diutius;deinde fiat fortis expreßio: cui adde electuarij lenitiui,drac.vi.uel mannæ tantundem.* Miſce,*fiat potio cum decoctione florum,& fructuum.*

Si patiens non ſit ualde diues,detur
ei talis medicina.

Alia potio laxatiua.

Recip.*Electuarij de ſucco roſarum,unc.ſem. caßiæ nouiter extractæ, unc.i. Diſſoluatur in decocto florum, & fructuum.*

Aliud.

Potio cum

I*n aqua decoctionis iiij.ſeminum frigidorum: puta,citrulli,*

trulli, melonum, cucumeris, cucurbitæ reſoluatur medulla caßiæ fiſtularis, & tamarindorum, ana unc. i. uel ſem. & in colatura admiſceantur rhæibarbarici electi puluerati, drac. binæ, ſpicæ, ſcru. dimidiatus, & ſumatur in mane. *rhæobarbaro in ſubſtātia, in calida cauſa.*

Aliud lenificatiuum ad choleram educendam, & feruorem febrilem reprimendum.

Detur tamarindorū, unc. i. uel ſem. cū ſucco marathri, endiuiæ, uel apij, uel ſero caprino, adminiſtrando ieiune. *Alius potus leniens.*

Si corpus eſt durum, & ruſticum, propinetur hæc potio.

Recip. Diaprunis ſolutiui, electuarij de ſucco roſarum, ana drac. ij. diacatholici, unc. i. Diſſoluātur cum decoctione florum, & fructuum; detur hora competenti. *Alia potio.*

Quoniam cū febre cholerica cōplicatur dolor capitis plerūq;, ideò faciendum erit tale defenſiuum. *Dolor capitis.*

Recip. Olei roſati, unc. ij. aceti roſacei, unc. ſem. Miſce, fiat oxyrhodynum. *Oxyrhodynum.*

Vel ſic.

Reci. Albumen i. oui, aquæ roſaceæ, rhodyni, aceti roſati, unc. i. uel ſem. Miſce, fiat oxyrhodynum. *Aliud oxyrhodynum.*

Epithema meum expertum, & eſt uice oxyrhodini.

Recip. Aquarum cucurbitæ, roſaceæ, ana unc. iij. uiolaceæ, nenupharinæ, ana unc. ij. Miſce cum albumine ouali, rhodyno, & aceti momento ad penetrandum; & infuſa pecia in tali liquamine, applicetur fronti. *Epithema in cephalæa febrili.*

Aliud oxyrhodinum *Oxyrhodynum.*

Recip. Succi plantaginis, unc. i. ſandali rubei, drach. i. olei roſati, unc. ij. aceti roſacei, unc. i. Miſce, & applica.

Cucurbitulatio. — Dolore iſto perſeuerãte poſſunt apponi uentoſæ in ſpatulis: ſi uentoſæ facerent ægritudinem, fiat ſcarificatio in cute: ſi caro non ſit nigra, non fiat ſcarificatio.

Solet etiam huic ægritudini rhenum dolor accidere, cui ſic medendum erit.

Rhenũ dolor. — Reci. Vnguenti roſati, unc. i. infrigidãtis Galeni, unc. ſem. Miſce: fiat unctio pro rhenibus.

Vel ſic.

Vnctiones pro rhenibus. — Recip. Miracopi populnei, unc. i. & fiat unctio.

Aliter.

Reci. Succi plantaginis, unc. i. albuminis i. oui, olei nenupharini, unc. i. Miſce: fiat unctio pro rhenibus.

Si iſta non contulerint, uel non ſuffecerint ad nephritiden, fiat ſequens fomentum.

Fomẽtũ pro rhenibus. — Recip. Aquarum acetoſæ, enduiæ, ſolatri, ana lib. i. & cum ſcarlato fiat fomentatio, & poſtea cum ſuperioribus unguentis ungantur loca rhenum.

Calida quibus, et quando propinãda febrientibus. — Siti exiſtente nimia, ſi omnia conſentiunt, & ſi febricitans eſt iuuenis, & fortis, & habet ſtomachum non imbecillem, & fortitudinem uiſcerum, & ante non ſit paſſus apoſtema ſtomachi, & ſit aſſuetus bibere aquam, & nõ ſit ſpleneticus, & tempus ſit calidum, tunc detur ei aqua fontana quantum bibere poſsit; ſin cætera non conſentiunt, fiat huiuſmodi potus.

Iulep in febre tertiana — Recip. Aquæ enduiæ, acetoſæ, bugloſſæ, nenupharis, ana lib. ſem. ſacchari finiſſimi, unc. iiij. ſyrupi de acetoſitate citri, unc. i. ſem. Miſce, fiat iulep longum ſecundum artem; quo completo, ſæpius de ipſo bibat.

Maſticatoria — Item ſubinde teneat in ore de partibus cucumeris, uel de partibus

de partibus Damaſcenorum prunorum, malorum grana= torum, uel portionem pomorum bene aſperſorũ in aqua: uel poteſt fieri ſub alia forma iulep talis. *ſitim ſedan= tia.*

Recip. *Aquarum enduiuæ lib.i. acetoſæ, hepaticæ, bu= gloſſæ, ana unc.iiij. uini granatorum unc.iij. fiat iulep ſe= cundum artem.* *Iulep ad ſi= tim extin= guendam.*

Electuarium Adipſon bonũ ad idem.

Reci. *Tamarindorũ unc.i.ſ. ſacchari albiſſimi unc.ſ. iulep uiolacei unc.i. miſce, fiat electuarium arte, de quo ſæpe teneat modicum in ore ad lambendum.* *Electuariũ Adipſon.*

Inſtantiæ uigiliarum ſi patientem moleſtent, ſic curẽ= tur. Primo fiat unctio circa tempora, & alias partes ca= pitis cum unguento populneo. *Vnctio.*

Vel ſic.

Recip. *Seminis papaueris albi unc.i.ſ. unguenti po= pulnei unc.i. olei nenupharini unc.ſ. miſce, fiat unctio frontis, & temporum.* *Anodinum.*

Aliter.

Reci. *Lactucarum, foliorum ſalicum, corticum papa= ueris albi, florum nenupharis, camomillæ, uiolarum, ana m.i. fiat decoctio, & in iſta fiant lotiones.* *Lotio.*

CVRA TERTIANAE PVRAE, CAP. III.

INTENTIO *circa diætam, & res non naturales. Prima eſt adminiſtra= tio debiti regiminis, quod debet eſſe frigidum, & humidum, cibus craſſior in principio, ſubtilis in ſtatu. In prin= cipio detur panatella per duos dies ſaltem conſtante ro= bore, nec debemus in principio admiſcere ſemina commu* *Prima intẽ= tio.* *Ratio ui= ctus.*

nia, uinum non ex toto prohibeatur, ſed diluatur multa aqua cocta ſine hordeo, per biduum debet fieri panatella cum brodio pulli, & ſeminibus cõmunibus ſtante uirtute, ſed ſi uirtus fuerit debilis, dentur oua ſorbilia. Si autem eſſet intentio infrigidandi, & humectandi, procedatur ſubtiliando in ſtatu diætam.

Motus eſt uitandus, licet in die quietis poſsit aliqualiter exerceri, ſomnus nocturnus competit, uitetur omnino diurnus, accidentia animi quàm maxime uitanda.

Secunda intentio. *Altera intentio conſiſtit in lenitione uentris, quæ fieri poteſt hoc pacto.*

Recip. *Caſiæ nouiter extractæ, bonæ, pingis unc. i. ſacchari q. ſ. fiat dactylus.*

Dactylus lenitiuus. Deinde reci. *Aquæ endiuiæ unc. ij. ſumat dactylum in mane, poſt cuius aſſumptionẽ, bibat aquam endiuiæ.*

Vel ſic.

Potio. Reci. *Caſiæ unc. i. uel drach. vi. aquarum cichorij, uel endiuiæ q. ſ. ad diſſoluendam caſiam, fiat potio, & ualet loco dactyli.*

Vel ſic.

Alia potio. Reci. *Mãnæ drac. vi. ſyrupi uiolati unc. ij. fiat potio.*

Enema pro tertianarijs, & alijs febricitantibus.

Enema pro febricitantibus. Reci. *Mercurialis, bletæ, matris uiolarum, maluæ, ana m. i. foliorum ſenæ, polypodij, ana unc. i. decoquantur in aquæ lib. i. ſ. ad cõſumptionẽ ferè tertiæ partis, coletur, colato admiſceatur, caſiæ fiſtularis extractæ unc. i. benedictæ laxatiuæ unc. ſ. olei uiolati, anethini, ſingulorũ unc. i. ſalis gemmei drach. ſ. miſce, & fiat enema.*

Aliud clyſtere ad idem. Aliud clyſtere ad idem.

Recip. *Foliorum uiolarum, maluæ, hordei. m. ij. ſiclæ, mercuria=*

mercurialis,ana.m.ſ. Si uis facere fortius,adde foliorum ſalicum,nenupharis,ana pugillos.iiij. bulliant, & de iſta decoctione recip.lib.i. diſſoluendo in ea caſiæ unc.ſ. uel drach.vi.ſacchari rubei unc.ſ. olei communis unc.ij. uel iij.ſalis cochlear.i.fiat enema.

Regula.

Non cibetur infirmus niſi euacuetur uenter à fecibus, & fiat cibatio per nouem horas ante paroxyſmum. Et ſi timetur oppilatio,apponatur in cibo radix fœniculi.

Tertia intentio perficitur,primũ digerendo ſic.

Reci. Syrupi acetoſi ſimplicis unc.i.ſ.de endiuia unc. ſ.oxyzaccharæ drac.ij.Si materia fuerit acuta,diluantur cum aquis cichorij, acetoſi, lupulorum, ana unc.i.miſce, detur quinis uicibus,aut pluries. *Tertia intẽtio. Digeſtiuũ.*

Prouocatio urinę.

Reci.Syrupi acidi ſimplicis unc.i.lactis ſeminũ cõmunium unc.ſ.aquarum endiuiæ,humuli, ana unc.i.ſ. detur tempore apyrexiæ,uel poſt paroxyſmũ per.iiij.horas. *Diuretica potio.*

Euacuatio fit talis. *Quarta intentio. Euacuatiuũ*

Reci. Electuarij pſilitici, roſati laxatiui, ana drac.ij. Eliquentur cum.ſ.q.aquæ cichorij,& fiat potio.

Alia potio ad idem.

Recip. Caſiæ pinguis unc.ſ.rhæibarbarici electi drac. i.ſ.ſpicæ,ſquinanti,ana gra.ij.aquarum cichorij,lupulorum,ana.q.ſ.miſce,& fiat potio. *Alia potio.*

Vel ſic.

Recip. Rhæibarbarici electi drac.i.ſ.ſpicæ, ſquinãti, ana gra.ij.formentur pilulæ nu.vij.pro drachma,cũ electuario de ſucco roſarum,& dentur in mane. *Pilulæ ad idem*

Aliæ pilulæ nobiles ad idem de rhæobarbarico, ad omnes febres, auriginem, & cachexian.

Aliæ pilulæ contra febres, ictericiam, & cachexian.

Reci. *Turbithi electi unc.i. agarici, aloes, rhæibarbari ci omniũ electorũ, corticum myrobalanorũ citrinorũ kebulorum bene gũmoſorũ, ana unc.ſ. foliorũ menthæ, abſynthij, eupatorij, ana drach.ij. zinziberis, laccæ, ſeminis aneſi, maſtyches, piperis, aſari, ſpicæ nardi, uuarũ paſſularũ mundatarũ ab arillis, liquiriciæ mundæ, ana drac.i. conficiantur cũ oxymelite ſcyllitico. q. ſ. & fiant pilulæ,* Doſis á drach·i. uſq; ad binas. Poſſunt acui (ſi neceſſe fuerit) cum eſulæ præparatæ, & diagridij, ſingulorũ drach. ij. uel iij. Valent eadem catapocia, & in chronicis febribus, ad inchoantem primum hydropem uergentibus.*

Prouocatio ſudoris.

Quinta intentio.

Si ſit intentio, utatur balneo, ſed non eſt in uſu, uel rariſsime ſaltem.

Vel ſic prouocetur ſudor.

Recip. *Aquæ hordei unc.iiij. uini ſubtilis albi unc.ſ. detur in fine paroxyſmi.*

Item uomitus prouocatio, in his, qui ad reijciendũ procliues ſunt, fiat cum impoſitione digiti in os.

Vel ſic.

Vomitoriũ.

Reci. *Syrupi acetoſi ſimplicis unc.i. aquæ hordeaceæ, unc. v fiat commiſtio.*

Ego *utor Auicenniano uomitorio in his, & alijs plethoræ caſibus.*

Aliud in omnibus pletore caſibus.

Reci. *Aloes, ueratri nigri, ſcãmonij, omniũ ana ſcru.i. euphorbij, nitri amborũ ana ſcru.ſ. cõficiãtur cum ſucco caulis, doſis ſcru.i. uel ad ſummũ bini cũ aqua tepida, uel põt ſumi per ſe, cũ tantundẽ hieræ picræ ad modum boli*

mane

mane ſummo,uel (ut quidā innuunt) poſt repletionē.

Remotio accidentium.

Pro corde fiat tale epithema.

Recip. *Aquarū roſarum,uiolarū,ana unc.vi.bugloſſæ, acetoſæ, ana unc.iij.ſpecierum cordialium temperatarum drach.ij.uel.iij. uini maluatici unc.ij. aquæ uitalis cōpoſitæ fragrantis parum,miſce fiat epithema.* *Epithema cordiale.*

Epithema pro hepate.

Reci. *Aquarum endiuiæ,cichorij,ſolatri,ana unc.iiij. uiolarū unc.ij.abſynthij unc.i.aceti albi unc.i.ſpodij ſcru. i.ſ. ſpecierū diatriaſandali drac.i.ſ.* (Alius Codex uidebatur *legere trium ſandalorum) camphoræ gra.ij.uel.iij. miſce pro epithemate,quod ponatur ſuper hepar.* *Epithema pro hepate refrigerando.*

Ad fortius infrigidandum,ſi expedit, fiat unctio dorſi talis.

Reci. *Infrigidātis Galeni unc.iij.ſandali rubei drac.i. Corallij rubri drac.ſ. camphoræ gra.vi. fiat unctio ſuper dorſum uſq; ad caudam.*

Electuarium ad remouēdum caliditatē.

Reci. *Sacchari roſati unc.i.uiolati,bugloſſati,diatriaſandali unc.i.ſ.miſce, fiat electuarium cum ſyrupo roſarum,remouet omnem caliditatem.* *Electuariū frigorificū.*

Ad remouendum ſitim, & aſperitatem linguæ,& gutturis.

Teneatur *ſaccharū candi in ore, uel mucilago pſillij, facto cum aqua roſacea,& ſucco granatorum.* *Ad ipſa.*

Experimentum ad idem.

Rec. *Aquæ fontanæ puræ unc.iij.ſucci punicei unc.ij. ſacchari dr.i.detur mane in aurora,uel fiat iulep ex aqua acedulæ,& rob de ribes,adiecto momēto aceti roſati.* *Alia remedia ſitim reſtinguentia. Iulep.*

Si dolor,& æſtus caput grauat.

Rec. Vnguẽti populnei drac.v. telæ araneaceæ dra.ij. & per horã ante paroxyſmũ applicetur temporibus.

DE TERTIANA NON PVRA, CAP. IIII.

Clyſtere.

ANTE *omnia præmittatur tale clyſterium.*

Reci. *Camomillæ, maluarum, bletæ, mercurialis, & aliarũ herbarũ cacumium, ana m.i. fiat decoctio pro more, poſt adde, olei uiolati unc.iij. ſacchari rubei, mellis roſati colati unc.i.ſ. uitellum unius oui, ſalis cõmunis drach.ij. caſiæ extractæ drach.vi. miſce pro enemate.*

Facto clyſmate detur digeſtiuũ tale.

Digeſtiuum in tertiana non pura.

Recip. *Syrupi acidi ſimplicis. S. de endiuia, ana unc.ſ. aquarũ endiuiæ, buglosſæ, boraginis, ana unc.i. miſce.*

Vel ſic coquatur materia.

Aliud.

Recip. *Syrupi uiolati unc.i. mellis roſati colati unc.ſ. aquarum endiuiæ, bugloſſæ, acetoſæ, ana unc.i. miſce, ut ſupra.*

Aliud digeſtiuum.

Reci. *Syrupi uiolarum unc.i. mellis roſati colati unc.ſ. aquarum endiuiæ, bugloſſæ, lupulorum, ana unc.i. miſce, detur hora conſueta.*

Digeſta materia, ſi patiens eſt diues, det talis medicina ſolutiua.

Medicina ſolutiua pro diuitibus cũ rhæobarbaro.

Recip. *Rhæbarbarici electi drach.i. ſpicæ gra.iij. fiat infuſio ſecũdum artem per octo horas, deinde fiat fortis expreſſio, cui adde, diaphœnici, electuarij de ſucco roſarum, ana drac.i.ſ. electuarij lenitiui drac.vi. diſſolue cum decoctione florum, & fructuum, quod ſatis eſt.*

Pro

Pro mediocris fortunæ hominibus.

Rec. Diaphœnici, electuarij de ſucco roſarũ, ana drac. ij, diacatholici drac. vi, diſſolue cũ decocto priore.

Pro corpore ruſtico.

Recip. Electuarij Indi maioris, diaprunis ſolutiui, ana drac. ij. ſ. diſſolue cũ decoctione florũ, & fructuũ. q. ſ.

Si adſuerint accidentia, ueluti dolor capitis, uigiliæ, ſitis, inflammatio, ſedentur, ut ſupra dictum eſt. *Symptomata febris.*

Quando febris non ſoluitur præmiſsis ſyrupis, & primis medicinis, neceſſe eſt ut continuemus cum alijs ſyrupis, & alia medicina ulteriore. Detur ergo talis ſyrupus, ſi prima medicina nihil operetur.

Digeſtio.

Reci. Syrupi acetoſi ſimplicis unc. i. ſyrupi Bizantini, unc. ſ. aquarũ endiuiæ, capilli ueneris, bugloſſæ, ana unc. i. miſce pro digeſtiuo, poſt exhibeatur hæc medicina. *Digeſtiuũ.*

Reci. Rhæibarbarici electi ſcru. iij. ſpicæ gra. iiij. fiat infuſio ſecũdum artẽ, in uino, & aqua endiuiæ q. ſ. deinde fiat expreſsio, cui adde diacatholici drac. vi. uel mãnæ bonæ tantũdem, electuarij de dactylis drac. iij. elect. de ſucco roſarũ dr. ath. i. mellis roſati colati unc. ſ. diſſoluãtur cum decoctione fiorum, & fructuum, & fiat potio. *Infuſio rhæi barbarici.*

Aliud ſolutiuum in forma potus.

Reci. Electuarij Indi maioris, elect. de ſucco roſarum. ana drach. ij uel iij. caſiæ nouiter extractæ drac. vi. elect. lenitiui drac. ij. diſſolue in decoctione cõmuni q. ſ. *Alia potio ſolutiua.*

Vel fiat ſic.

Reci. Diaprunis ſolutiui drach. ij. electuarij de dactylis drach. iij. diaſenæ, elect. lenitiui, ana drac. ij. diſſolue in decoctione florum, & fructuum. *Aliud ſolutiuum.*

Vlcus, quod in hac ęgritudine ſtomachus plerũq; patitur, ſic curetur.

Vnctio.

Vnctio contra ulcus uẽtriculi.

Recip. *Olei maſtychini unc. i. ſ. fiat unctio loci dolentis ſiue ſtomachi.*

Vel ſic.

Aliud unguentum.

Recip. *Olei abſynthiteis, maſtychini, ana unc. i. corralliorum rubeorũ, chariophylorum, maſtyches, ana drac. ſ. cæræ momentum, fiat unguentum.*

Aliud unguentum ad idem.

Vnguentum ſtomachicũ.

Recip. *Olei cydoniteis, maſtychini, ana unc. i. pulueris coralliorum rub. maſtyches, ana drach. ſ. cæræ exiguũ fiat unguentum.*

Si febris ultra ſemeſtre ſpacium durarit, quid agendum?

Si huiuſmodi febris duraret ad ſex menſes, oportet hãc materiã ulterius, & totaliter euacuare, ut ſequitur.

Digeſtio.

Digeſtiuum.

Recip. *Syrupi de duobus radicibus, cũ ſaccharo unc. i. ſyrupi de endiuia unc. ſ. aquarum adianthi, endiuiæ, bugloſſæ, ana unc. i. miſce.*

Solutiua ad idem.

Pilulæ.

Recip. *Pilularum aggregatiuarum drach. i. fiant pilulæ v. uel vij.*

Vel ſic.

Pilulæ.

Recip. *Pilularũ de rhæobarbaro drach. i. fiant pilulæ v. uel vij. cum ſyrupo, uel deſtillatione abſynthite.*

Vel ſic.

Pilulæ.

Re. *Pilularũ aggrega. P. de rhæobarbaro, ana drac. ſ. fiant pilulæ v. cum aqua capilli ueneris, dentur mane.*

Stomachus debilis, qui ferè ſequitur hanc febrem, ſic confortetur.

Cõfortatiuum ſtomachi.

Reci. *Specierum diamoſchi dulcis, ſpecierũ diacori, in alio exemplari, aromatici roſati, ſpecierũ diatriaſandali,*

ana

ana ſcrup.i.ſacchari clarificati in aqua meliſſæ,unc.iiij. Fiat conſerua in forma rotulæ.

Vel ſic.

Recip.*Aromatici roſati, unc.iiij. de quo recip.quantitatem auellanæ.* **Aliud.**

Vel ſic.

Reci.*Diagalãgij,unc.iiij.de quo recip.mane,ut ſupra.* **Aliud.**

Vel ſic.

Reci.*Theriacæ antiquiſſimæ,dra.vij.* Diſſolue *in modico uini odori,uel aromatici;quam potionem capiat poſt mediam noctem.* **Aliud in forma potus.**

CVRA TERTIANAE NON PVRAE, CAP. V.

CONSIDERETVR *elõgatio,& propinquitas à pura:aer ſit minus frigidus,quàm in pura : diæta ſit craßior in principio,& uerſus ſtatũ ſubtilior: detur plus pulli,& de contuſo,quàm in pura:uinum magis cõpetit,quàm in pura:in declinatione totaliter non tolletur,& maximè in aſſuetis : exercitium ſit moderatum:repletio,& animæ accidentia uitẽtur; debilitant enim uirtutem:lenitiua debẽt eſſe fortiora, quàm in pura.*

Regimen. 1

Aſſuetis, uinum nõ interdicendum.

Lenitio uentris.

Et primò fiat tale clyſterium.

2 **Enema.**

Reci.*Foliorum maluæ,blitæ minoris,parietariæ,mercurialis,ana man.ij.chartami,man.ſem.* Decoquãtur *uſq; ad conſumptionem 3.partis, & ſumãtur paropſides duæ decoctionis iſtius,deinde recip.caſiæ pinguis,un.ſem.hieræ picræ,drac.vi.ſacchari rubei,unc.ſem. olei uiolarum, unc.ij.ſalis,cochlear i.Fiat enema arte:quod lenit,& abſtergit,*

ſtergit,ut eſt intentio.

Digeſtio.

Digeſtio. Digerendo,incohandum eſt à digeſtiuis minoribus,deinde gradatim ad ualidiora aſcendẽdum:exempli gratia.

3

Potio digeſtiua. Reci. Mellis roſati colati,unc.i.ſyrupi de endiuia,unc. ſem.aquarum capilli ueneris,bugloſſæ,cichorij,ana unc.i. Miſce,fiat potio.

Deinde poſt principium ſic procedatur.

Aliud digeſtiuum poſt principium. Recip.Syrupi acetoſi compoſiti,ſyrupi de 5.radicibus, unc.i.ſyrupi de endiuia,mellis roſati colati,ana unc.ſem. aquarum foliorum tamariſci,aut ſcolopendrij, bugloſſæ, ana unc.i.Miſce,fiat potio.

Deinde in fine detur talis potus.

Potus in fine. Recip.Syrupi de eupatorio,unc.i.ſem.abſynthiteis,de endiuia,ana unc.ſem.aquarum cuſcutæ,apij,lupulorũ,ana unc.i. Miſce,fiat potus.

Diureticum.

Diureticum. Fiat prouocatio urinæ cum decocto tamariſci,et aſari.

4

Diuerſio. Diuerſio fiat cum fricationibus, & lotionibus circa extremitates ſedis ex decoctionibus iſtis.

5

Lotio diuerſiua. Recip.Foliorum,ſiue florum camomillæ,uiolarum,hordei, foliorum lauri, ana man.i.Bulliant in ſ. q. aquæ,ad conſumptionem iiij.partis,fiant lotiones.

Deinde potes aſcendere ad fortiora,& calidiora

Euacuatio. Euacuatio perficitur phlebotomia de baſilica, ſi urina fuerit tincta craſſa.

6

Eradicatio. Eradicatio fit habita digeſtione cum turbitho, agarico,ſcammonio,ut uult Auic.

Vel

Vel ſic in forma potionis.

Reci.Electuarij indi, uel pſilitici, diaphœnici, electuarij de ſucco roſarum, ana drac.ij. aquarum fœniculi, cichorij, ana q.ſ. Miſce: fiat potio. Potus eradicatiuus.

In forma pilularum.

Recip. Maſſæ pilularum aggregatiuarum, drac.ſem. aureorum, ſcrup.ij. Formentur pilulæ v. uel vij, cum electuario de ſucco roſarum, uel de pſilio. Pilulæ.

Vel ſic.

Recip. Diaturbithi cum rhæobarbaro, unc.ſem. & detur mane. Aliud in forma ſolida.

Remotio caliditatis remanentis perficitur cum morſello electuarij de gemmis frigidi, uel aromatici roſati, diatragacanthi frigidi: & cum inunctione ſtomachi, rhenum, & hepatis cum unguento ſandalino, uel infrigidante Galeni, & epithematibus frigorificis. Remotio caloris.

Confortatio, & apertio fit per trochiſchos de eupatorio, & diarhodone, trochiſcis de abſynthio, per ſe, uel facta confectione. Aperitiua.

Confectio ad idem.

Recip. Trochiſcorum de eupatorio, q. v. Fiant pilulæ vij pro drac. cũ aqua fœniculi, uel endiuiæ, uel abſynthij. Correctio accidentium fiat, ut ſupra. Pilulæ ad idem.

Notio.

Et melius eſt uti in talibus febribus ſubtiliantibus, & aperitiuis, ut de radicibus fœniculi, petroſelini, quibus utãtur & in ferculis, et aquis eorum, uel diluant cũ his uinũ. Deoppilatiua.

Alia notio.

Sciendum etiam, quòd in quacunq; febre putrida eſt oppilatio utplurimum: ideò poſt ſeptimum, loco trochiſcorũ exhibeas decoctionem tamariſci, cuſcutæ, ſcolopendrij, eupatorij, Oppilatio cõiter in omni febre putrida.

Apozema aperitiuũ. *patorij, & his ſimilium. Illa enim decoctio eſt mirabiliter apertiua, quoniam illa ſimplicia ſunt huiuſmodi, ideò cõueniunt poſt ſeptimum diem.*

CVRA TERTIANAE CONTINVAE, CAP. VI.

1 Diæta. RIMA *intẽtio eſt adminiſtratio regiminis debiti. Primò, aer debet eſſe frigidior, quàm interpolatæ; diæta ſubtilior; quia ſtatus eſt propinquior, ut panatella cum iiij. ſeminibus, lactuca, portulaca, endiuia, cucurbita, & ſimilibus: cibetur per vi. horas ante exacerbationem: neq; cibetur uentre exiſtẽte indurato, uel ſicco. Vinum non conceditur, ſicut in interpolata: tamen propter conſuetudinem concedi poteſt acroma, uel puſca, ſiue dilutum multum. In decremento conceditur, quia prouocat ſudorem: motus non conuenit: ſomnus longus uitetur.*

Intententio leniendi uentrem talis eſt.

2 Potio leniens aluum.

Potio lenitiua. Recip. *Caſſiæ, unc. ſem. diaprunis ſimplicis, dra. iij electuarij de ſebeſten, drac. ij. ſyrupi uiolati, unc. i. aquæ hordei, uel cichorei, uel endiuiæ, q. ſ.* Fiat potio.

Vel ſic.

Pilulæ. Recip. *Pilularum de aloe lota, drac. ſem. rhæibarbarici electi, ſcrup. i. ſpicæ, ſchænuanti, ana gra. i. Formentur pilulæ cum electuario de pſylio, & dentur de nocte.*

Medicina danda poſt pilulas.

Potio. Recip. *Syrupi uiolacei, unc. i. aquæ endiuiæ, uel uiolarum, unc. i. ſem. Fiat potio propinãda poſt aſſumptionem pilularum prædictarum.*

Dige-

Digeſtio.

Digeſtiua debent eſſe frigidiora, ſic.

Recip. Syrupi nenupharini, papauerini, acidi ſimpliciis, ana unc. ſem. aquarum endiuiæ, uel ſolatri, uel bugloſſæ ana unc. i. uel omnium ſimul, unc. iij. Miſce. 3 Digeſtiuum.

Vel ſic ordinetur.

Reci. Syrupi uiolati, acetoſi ſimplicis, nenupharini, ana unc. ſem. aquarum endiuiæ, acetoſæ, humuli, ana unc. i. Miſce pro digeſtiuo: ſumatur circa auroram. Aliud digeſtiuum.

Eradicatio fiat uel per phlebotomiam, uel pharmacum conſentaneum, ut infra.

Venæ ſectio fiat de baſilica dextri brachij uſq; ad extractionem iiij. unc. ſanguinis. Eradicatio. 4

Pharmacum uerò ſit tale.

Recip. Rhæobarbarici electi, drac. i. ſem. ſpicæ, ſquinanti, ana gran. iij. Infunde rhæobarbarum in ij. unc. aquæ endiuiæ; poſtea coletur cum pecia, & fiat potus. Potio de rhæobarbaro.

Vel ſic in forma pilularum.

Recip. Rhabarbari, drac. i. ſpicæ, ſquinanti, ana gra. ij. Formentur pilulæ cum electuario pſylitico. Pilulæ.

Vel ſic.

Recip. Diaturbithi cum rhæobarbarico, unc. ſem. Detur incipiente nocte. Confectio.

Epithema circa cor, hepar, ſpinam, ſicuti in cura tertianæ: licet hic debent eſſe frigidiora. Epithemata

Prouocatio urinæ, & ſudoris fiat hoc pacto.

Reci. Aquæ hordei, unc. iiij. lactis, ſacchari, unc. i. ſem. Detur mane potus ille tepidus. Diaphoreticũ, & hydroticum.

Vel ſic.

Recip. Syrupi acetoſi compoſiti, unc. i. lactis ſeminum Aliud ad idẽ

cõmunium

cōmunium tantundem, aquæ hordeaceæ, unc.ij. ſacchari, unc.ſem. Miſce; *fiat potio, ut ſupra.*

Reſolutio *uaporũ fiat per lotiones circa tibias, et brachia.*

Lotio.

Lotio reſolues uapores.

Recip. Violarum, *nenupharis, foliorum ſalicum, uitis albæ, ana man.i. florum camomillæ, man.ſem.* Bulliant *ad conſumptionem y.partis, & fiant lotiones.*

Correctio accidentium perficitur cum tragæa ſandalina, & confectione de margaritis, & his ſimilibus confectis cordialibus refrigeratiuis.

FEBRIS QVARTANA, CAP. VII.

Exquiſitis ſignis, & cauſis, detur digeſtiuũ tale.

Digeſtiuum.

RECIP. *Syrupi acetoſi ſimplicis, unc.i. mellis roſati colati, unc.ſem. aquarum bugloſſæ, boraginis, uiolarum, ana unc.i.* Miſce; *fiat ſyrupus.*

Vel ſic.

Aliud digeſtiuum.

Recip. *Syrupi de bugloſſa, unc.i.ſem. aquarũ bugloſſæ, capilli ueneris, uiolarum, ana unc.i.* Miſce; *fiat ſyrupus.*

Vel ſic.

Aliud in forma potus.

Recip. *Syrupi uiolati, unc.i. ſeminis acetoſi ſimplicis, unc.ſ aquarũ ſcolopendrij, bugloſſæ, uiolarum, ana unc.i.* Miſce. *Poſtea detur aliqua ſubſequentium medicinarum.*

Solutiuum potabile.

Solutiuum.

Recip. *Confectionis hamech, drac.i. diaprunis ſolutiui, drac.i.ſem. electuarij indi, uel ſucci roſarum, drac.ij.* Diſſolue *in apozemate florum, & fructuum.*

Vel ſic.

Aliud ſolutiuũ de rhæobarbaro.

Recip. *Rheobarbari electi, drac.i. ſpicæ, gran.iiij.* Fiat *infuſio ſecũdum artem: deinde fiat fortis expreſſio: cui adde diaſenæ, drac.i. cōfectionis hamech, electuarij de dactylis, ele-*

lis,eleſcoph,ana drac.i.ſem.ſyrupi uiolati,unc.ſ. Diſſoluantur in decoctione florum,& fructuum.

Confortantia cõuenientia in quartana,uel interpolata,uel continua ſunt hæc.

Recip.*Specierum diamoſchi dulcis,ſcrup.ij.ſpecierum aromatici roſati,ſcrup.i. ſacchari clarificati in aqua bugloſſæ,unc.iij.Fiat confectio in rotulis.* *Cõfectio confortatiua in rotulis.*

Vel ſic.

Recip.*Specierum electuarij de gẽmis,drac.i.Fiat cõfectio in morſellis cũ ſaccharo clarificato in aqua meliſſæ.* *Morſelli.*

Vel ſic.

Recip.*Mithridatij antiqui,drac.i.uini maluatici,unc. ij.Miſce;recipiat per v.uel vi.noctes.*

Vel ſic.

Recip.*Theriacæ electæ,drac.i.aquarum bugloſſæ,meliſſæ,ana unc.i.Miſce.*

CVRA FEBRIS QVARTANAE, CAP. VIII.

VIDENDVM *primitus, utrum pendeat à melancholia naturali facta præter naturam,uel per aduſtionem ſanguinis,uel choleræ,uel phlegmatis.*

1 *Prima intentio uerſatur circa adminiſtrationem debiti regiminis:aer debet tẽdere ad caliditatem,& humiditatem:diæta talis ſeruetur:ieiunet in die paroxyſmi.prohibeatur cibus non ſtante neceßitate; cibus medicinalis ei cõuenit:cibaria debent habere iiij.cõditiones;quarum prima eſt,ut cibus non ſit crudus; ſecunda,nõ ſtypticus;tertia,non inducat cruditatem; quarta,ut ſit calidus,et humidus,ut oua ſorbilia,brodium cicerum rubeorum,*

Dieta. *rum,panatella,panis in brodio,carnes uitulinæ: dieta ſit tenuis uſq; ad quartum paroxyſmum.*

Dentur in principio panatella,et brodium,panis iurulentus,mica in iure cicerum rubeorum,carnes uitulorum, caponum,phaſidum,perdicum,uinum ſubtile,album,aromaticum ſine aqua,non auſterum,nec acerbum:motus,& exercitium,& accidentia non conueniunt.

Lenitio uentris per enema.

Enema. Recip. *Brodij pulli,lib.i.uitelli ouorum,unc.i. olei cõmunis,unc.i.uel ſem.ſacchari rubei,unc.ſem.* Miſce: *fiat enema ſine ſale;niſi adſit ingens alui durities,uel alioqui res poſceret uigorationem.*

Aliud enema fortius.

Aliud fortius. Recip. *Violarum,blitis,mercurialis,ana man.i.hordei man.ſem.* Bulliant *ad conſumptionem* γ. *partis:recip.decoctionis illius unc.xiij.uel pluſculum, in quibus diſſolue caſſiæ extractæ, uel diacaſſiæ pro enematibus,un.ſem.ſacchari rubei,tantundem,butyri non ſaliti,drac.yi.uitellũ oui, num.i.ſalis cochlear.i.medullæ caſſiæ in cãna, unc.ij,Fiat clyſtere,& exhibeatur.*

Sub forma boli. (bolus.

Bolus. Reci. *Caſſiæ nouiter extractæ,dra.yi.ſacchari,q.ſ.fiat*

Prouocatio uomitus,& hoc per horam ante cibum.

Vomitoriũ: Recip. *Syrupi acetoſi compoſiti,oxymellitis ſcyllitici, ana unc.i.aquæ hordei,unc.ij.uel aquæ hordei,& fœniculi,ana unc.i.ſem.* Fiat *potus;qui exhibeatur tepidus.*

Vrinæ prouocatio fieri poteſt cum ſupra dictis aperitiuis,& diureticis;uel cum ſubſcriptis apozematibus,ut.

Diureticum Recip. *radicum fœniculi,petroſelini,tamariſci,foliorũ ſcolopendrij,*

ſolopendrij,ana m.i.decoquantur in aqua,uel elixētur in brodio carnium,& detur de eo potui.

Vel ſic.

Recip. *Aquarum fœniculi,apij,ſcolopendrij,ana unc. i.uel.i.ſ.ſacchari albi unc.i.miſce.* *Aliud ad idē*

Sudoris prouocatio.

Balneum aquæ dulcis cōuenit,ſed non ubiq; in uſu eſt. Vtimur ergo fricationibus in dorſo, & humeris, ſed ſi uelimus exhibere balneū decoquantur in aqua folia apij, fœniculi,petroſelini,ruſci,aſparagi,&c.

Lauacrum in aquiminario factum hic non cōuenit. *Diaphoreticum.*

Minoratio materiæ fieri poteſt multifariam.

Vomitus in materia phlegmatica magis conuenit, quàm in alijs:licet & in alijs materijs competat. *Vomitus.*

Phlebotomia cōuenit,cū materia eſt cōiūcta ſanguini, aliter nō,quia multū debilitaret uirtutē,ea (ſi neceſſe ſit) fieri poteſt de uena nigra,uel cōmuni,aut media, uſq; ad uncias.v.uel vi.ſecundum tenorem uirtutis. *Phlebotomia.*

Quantū ad cathartica pertinet,in cholerica, ſeu melancholia per aduſtionem cholerræ detur iſte bolus.

Recip. *Diaſene drach.iij.electuarij de pſilio drac.ij.ſ. ſacchari q.ſ.fiat bolus.* *Bolus.*

Vel ſic in pilulis.

Rec. *Pilularum de fumoterræ,p.Indarum, ana ſcru.i. diagridij gra.iij.uel v. formentur pilulæ cum electuario Hamech.* *Pilulæ.*

In melancholia per aduſtionem phlegmatis potio.

Reci. *Electuarij Indi drac.iij.ſ.agarici infuſi ſecūdum artē ſcru.ij.electuarij hamech drac.i.diacatholici dra.iij.* *Potio.*

aquarum ſcolopendrij, fœniculi, ana q.ſ. fiat potio.

Vel ſic in forma pilularum.

Pilulæ. Reci. *Pilularum de agarico drach.ſ. ſalis gēmei gra.i. maſſæ pilularum Indarum ſcrup.i. for ementur pilulæ nu me.v. uel vij. cum electuario Indo maiori.*

In materia melāncholica per aduſtionem atræ bilis, pilulæ.

Aliæ pilulæ. Rec. *Pilularū de lapide lazuli ſcru.ij.ſ. uel drac.i. for mentur pilulæ nume.v. uel vij. cū electuario Indo.*

Vel fiat talis potio.

Potio ad idē Re. *Cōfectionis hamech unc.ſ. pulueris myrobalanorū Indorū ſcru.ij. electuarij Indi drac.i.ſ. aquarū fœniculi, ſcolopendrij, ana q.ſ. fiat potio, media nocte capienda.*

Digeſtio.

In melancholia per aduſtionem choleræ, detur tale digeſtiuum.

Digeſtiuum. Reci. *Syrupi uiolati, ſyrupi de fumoterræ, ana drach. vi. aquarum uiolarum, ſcolopendrij, bugloſſæ, ana unc.i. miſce, fiat potio.*

Per aduſtionem ſanguinis.

Aliud. Rec. *Syrupi uiolati, S. de pomis, ana unc.ſ. aquarū cichorij, uiolarū, bugloſſæ, ana unc.i. miſce, fiat ut ſupra.*

Per aduſtionem phlegmatis.

Aliud. Reci. *Mellis roſati colati, ſyrupi acidi compoſiti, ſyrupi de duabus radicibus, ana drach. vi. aquarum fœniculi, bugloſſæ, ſcolopendrij, ana unc.i.*

In materia facta per aduſtionē phlegmatis, uel melācholię naturalis, decoctio ſolēnis.

Decoctio. Reci. *Cicerum rubeorū paropſiden.i. mundentur bene, & cauentur, & ponantur in.iiij. uel v. phialas aquæ fontanæ, uel fluuialis, deinde reci. radicū fœniculi, petroſelini, apij,*

ni, apij, cichorij, ana m.ij. ſcolopēdrij m.i. tamariſci m.ſ. lauentur bene omnes iſtæ radices, & herbæ ſine abraſione, deinde incidantur, in fruſta, & omnia ponātur in dicta aqua de ſero, & dimittātur ſtare uſq; prope diem, deinde bulliant omnia ſimul, uſq; ad decoctionē cicerū rubeorū, ſine additione aquæ, ſcilicet uſq; ad apertionē cicerum. Deinde reci. de iſta decoctione mane unū cyathū per multos dies, nec debet aſſumi de iſta decoctiōe poſtquā acetoſizatur, ſed debemus facere iterū eādē decoctionē, & eſt mirabilis. Sed ſi melācholia eſſet admiſta ſanguini, addatur hordei, et uiolarum, q.ſ. foliculorum ſenæ unc.i. uel.ſ. Et hoc ad lubitum practicantis.

Eradicatio materiæ in melancholia per aduſtionē ſanguinis, fiat phlebotomia de baſilica ſiniſtri brachij, uſq; ad unc.v. Et modus in curādo quartanā, poſt euacuationem (ut expertus ſum pluries) eſt ſcilicet facere phlebotomiā hora reuolutionis de baſilica leui brachij: & rō eſt, quia cum humor ſit craſſus melancholia, motui, et euacuationi impetus, hora reuolutionis ſit agitatio, & commotio in maſſa ſanguinea, & in omnibus humoribus, unde humor iſte tunc tēporis eſt aptior euacuationi. Ideo aperta uena ſubito exibit, ſiue fuerit ex melancholia naturali, in qua nos facimus phlebotomiā de uena magna, ſiue fuerit per aduſtionem ſanguinis, ſiue phlegmatis, tunc cōuenit uenæ ſectio. Si autem iſti humores eſſent ſeparati à ſanguine, nullo modo congruit emiſſio ſanguinis. Eradicatio. Euacuatio per phlebotomiam.

Euacuatio per pharmaca. Euacuatio per pharmaca.

Rec. Diaſenæ drac.iij.ſ. electuarij de pſilio drac.iij. aquarum cichorij, fumiterræ, ana q.ſ. & fiat potio. Potio.

Aliter in forma pilularum.

Recip. Pilularum de fumoterræ, de rhæobarbaro, ana Pilulæ.

ſcru.i.pulpæ myrobalanorũ citrinorũ ſcru.i. uel.ſ.& cũ electuario de ſucco roſarum fiant pilulæ nume.vij.

In melancholia per aduſtionẽ phlegmatis.

Potio. *Reci.Electuarij Indi drac.ij.confectionis hamech.dra.i.ſ.agarici infuſi ſcrup.ij.cum aquis ſcolopendrij,& fœniculi,ana q.ſ.fiat potio.*

Ad idem pilulæ.

Pilulæ. *Reci.Pilularum Indarum,de agarico,ana ſcru.i.myrobalanorum,kebularum drach.ſ.turbithi gra.ij.zinziberis gra.i.ſ. formentur pilulæ cum electuario Indo,& de his accipiat quinq; pro uice.*

Confortatio membrorum poſt euacuationẽ fieri poteſt per epithemata,& cærata ſupradicta, item cum medicinis cor,& hepar roborantibus.

Vnctio pro ſplene. Vnctio ad ſplenem.

Reci.Olei capparacei unc.i.ſ.lilini,camomillini,irini, ana unc.ſ.pinguedinis gallinaceæ drac.ij.pulueris trochiſcorũ,de capparibus,ſcolpendrij,tamariſci,ana ſcrup.ij. meliloti,camomillæ,ana drach.ſ.croci ſcrup.ſ. ceræ parum, fiat unguentum molle. Hæc enim eſt unctio reſolutiua,& mollitiua.

Theriaca exhibita poſt euacuationẽ,mirabiliter cõfortat.

Extinctio caliditatis febrilis. *Extinctio caliditatis,quæ remanet in febribus,fiat ut ſuperius commemoratum eſt.*

Vtimur balneo aquæ dulcis tepido,ad irrorandũ,& refrigerãdũ.Item lotionibus ad brachia,& pedes.Item utimur iulepo,cum aqua hordei. Vtimur etiam ſorbitione, in qua poſita ſint ſemina communia frigida.

Ego utor eiuſmodi potu refrigerãte.

Potus cõtra æſtũ febris. *Rec.Oxyſacchare,rob de ribes,ana unc.iij.ſyrupi de acetoſa unc.ij.aquarũ endiuiæ, acetoſæ, ana quartal.i.ſ.*

ſucci

ſucci granatorum unc.i.ſ.miſce. Remotio accidentium.

Remotio accidentium.

Remouetur rigor per exhibitionē thæriacæ, ut infra. Remotio rigoris.

Reci. Theriacæ drachmam unam, uini albi unc.iij.miſce, dentur per horam ante acceßionem.

Aliud, quo cōiter utuntur practicātes.

Reci. Theriacæ drach.i. Gentianæ ſcrup.ij. & cū uino albo aromatico exhibeatur calide. Alius potus ad idem.

Exhibitio ſileris montani drachmæ unius, ante rigorem confert.

Idem facit præbitio calami aromatiteis, doſi drach.i. ante paroxyſmum, & cooperiatur pannis calidis.

Aliud probatū in compeſcēda horripilatione, in forma potabili.

Re. Pulueris aneſi dra.i. calami aromathiteis ſcru.ſ. & cū unc.iij. uini aromatici tepidi ante rigorē exhibeatur. Potus ad idē.

Vnctio à principio poteſt fieri uſq; ad decrementum.

Rec. Olei anethini unc.i. irini, crocini, laurei, ana dra. vi. pulueris ruthæ, mēthaſtri, ana dra.ſ. miſce pro unctiōe. Vnctio.

Poſſunt deniq; fieri fricationes remouentes rigorem. Frictio remouet rigorē.

FEBRIS PHLEGMATICA, CAP. IX.

In hac febre cōpetunt hæc digeſtiua.

Digeſtiuum primum.

RECIPE *Syrupi acetoſi ſimplicis, unc.i. mellis roſati colati tantundem, aquarum bugloſſæ, endiuiæ, boraginis, ana unc.i. miſce pro digeſtiuo.* Digeſtiua in febre phlegmatica. Digeſtiuū. 1

Alius ſyrupus digeſtiuus.

Digeſtiuum. 2. Reci. Oxymelitis ſimplicis unc.i.ſ. aquarũ bugloſſæ, menthæ, boraginis, ana unc.i.

Sub alia forma.

Digeſtiuum. 3. Reci. Syrupi acetoſi ſimplicis unc.i.ſ. aquarũ ſcabioſæ, bugloſſæ, meliſſæ, ana unc.i.miſce.

Digeſta materia, detur medicina eductiua phlegmatis.

Phlegmagogum. 1. Rec. Electuarij de dactylis drac.iiij.diacatholici unc.i. mellis roſati colati unc.ſ.diſſolue cum apozemate florũ, & fructuum facta in aqua abſynthij q.ſ.

Alia potio ſolutiua phlegmatis.

Phlegmagogum. 2. Recip. Electuarij Indi maioris unc.ſ.diaſenæ drach.i. Diſſoluantur in decoctione florum, & fructuum facta in aqua capilli ueneris.

Aliud ad idem.

Phlegmagogum. 3. Re. Electuarij de dactylis drac.iij.eleſcoph drac.ij.caſsiæ nouiter extractæ drac.vi.diſſoluantur ut ſupra.

In hac ægritudine ſolet aliquando contingere maxima anguſtia ſtomachi, cum ſit lacuna phlegmatis, cui ſuccurrendum eſt cum ſequenti confectione.

Cõfectio aduerſus anguſtiam ſtomachi. Recip. Specierum aromatici roſati, ſpecierum diagalangij ana unc.ſ.ſacchari clarificati in aqua meliſſæ unc. iiij.fiat confectio in rotulis.

Notio. Hæc febris non eſt cõtenta unica purgatione, ideo medicus ſit intentus ad plures purgationes. Detur ergo denuo talis ſyrupus digeſtiuus.

Syrupus digeſtiuus phlegmatis. 1 Reci. Syrupi Bizantini, ſeminis acetoſi ſimplicis, ana unc.ſ.uel drac.vi.aquarum capilli ueneris, buguloſſæ, lupulorum, ana unc.i.miſce.

Sub alia forma.

2 Reci. Syrupi de ij.radicibus unc.i.Syru.uiolati unc.ſ.

aquarũ

aquarũ abſynthij,endiuiæ,bugloſſæ,ana unc.i.miſce.

Alius ſyrupus.

Reci. Syrupi acidi compoſiti unc.i.ſ.aquarum abſyn-thij,bugloſſæ,ana unc.i.miſce. 3

Poſt prædictos ſyrupos præparatorios danda eſt hæc medicina ſolutiua.

Rec. Electuarij Indi maioris drac.ij.E.de ſucco roſa-rum,de dactylis,ana drach.i.uel i.ſ. diacatholici drac.vi. diſſolue in decocto florum,& fructuum. *Solutiuum phlegmatis.* 1

Aliter.

Rec. Agarici drac.i.zinziberis,ſalis gẽmei,ana ſcru. ſ.fiat infuſio in ſ.q.mellis roſacei ſecũdũ artẽ,deinde fiat fortis expreſſio, cui adde,electuarij de dactylis drach.i.ſ. diaprunis ſolutiui drac.i.uel ij diſſoluantur ut ſupra. 2

Sub alia forma.

Recip. Electuarij pſilitici drach.i.uel ij.E.Indi maio-ris drac.iij.diaſenæ drac.vi.diſſoluantur ut ſupra. 3

Nocte ſequẽti propinetur illud propotiſma.

Reci.Theriacæ antiquæ drac.i.uini boni unc.i.ſ. diſ-ſolue theriacã cũ uino, & fiat potus, quẽ recipiat ſexta hora noctis,et ieiunet vij horis.Deinde quũ iſta,febris ſit diuturna,& difficulter extirpabilis nõ curabitur binis di geſtiõibus,nec medicinis leuibus,quare aliquot diebus in-terquieſcẽdũ,poſtea tales ſyrupi digeſtiui ſunt renouãdi. *Propotiſma.*

Reci. Syrupi de.iij.radicibus.Syrupi acetoſi,ana unc. ſ.ſyrupi de endiuia tantundem, aquarum abſynthij, bu-gloſſæ, ana unc.i.miſce,ſumat in aurora,cõtinuando per triduum, uel ultra. *Digeſtiuum phlegmatis.*

Vel dentur iſtæ aquæ.

Reci.Aquarũ capilli ueneris,fœniculi,ſcolopendrij,ci chorij,ana unc.i.ſacchari fini unc.i.miſce fiat potus. *Potio de aquis deſtil-latis.*

Vel ſic.

Syrupus digeſtiuus phlegmatis. Rc. *Syrupi abſynthiteis unc.i. S.acetoſi unc.ſ.aquarũ lupulorũ,abſynthij,cichorij,ana unc.i.miſce.*

Exhibitis his ſyrupis, demum dentur huiuſmodi cathartica.

Catharticũ. 1 Reci.*Electuarij Indi maioris drac.ij.eleſcoph,diaphœnici,ana drach.i.uel i.ſ.diacatholici drach.vi.diſſolue cũ decocto florum,& fructuum.*

Vel ſic.

Catharticũ. 2 Reci.*Pilularum de rhæobarbaro, P.aloephanginarũ, ana drach.ſ.diagridij gra.i.uel ij.ſi res poſtulat,fiant pilulæ nume.v.uel vij.cum aqua adianthi.*

Vel ſic.

Catharticũ. 3 Reci. *Pilularũ aggrega.drac.i.fiant pilulæ,ut ſupra.*

Datis catapotijs pro rectificatione ſtomachi, tandem exhibeatur confectio talis, & ualet ad confortandum cerebrum.

Rotulæ pro confortatiõe cerebri. Reci.*Pulueris pliris narcotici, ſpecierum aromatici roſati, ſpecierum* Diarodon Abbatis, *ana ſcru.i, ſacchari clarificati cum aqua capilli ueneris q.ſ. fiat confectio in rotellis diadrachmæis.*

Febre diutius durante,ulterius etiam in euacuationibus perſiſtendum erit, materiam eradicatu difficilem digerendo,& ſubtiliando,ſic.

Syrupus digeſtiuus in febre phlegmatica. Rec. *Syrupi de v.radicibus unc.i. S.de endiuia unc.ſ. aquarũ fœniculi,bugloſſæ,acetoſæ,ana unc.i.miſce.*

Aliud.

Alia potio digeſtiua. Recip.*Radicum fœniculi,capilli ueneris, ana m.i.fiat decoctio,cuius dentur ſæpius unciæ vi.*

Solutiua poſſunt eſſe talia.

Potio ſolutiua. Recip. *Electuarij Indi maioris drach.ij. confectionis hamech,*

hamech,electuarij de ſucco roſarum,ana drac.i. diacatho lici,dra.yi. Diſſoluãtur cũ decoctione florũ, & fructuum.

Vel ſic.

Recip.Pilularum de rhæobarbaro,drach.i.diagridij,à gran.i.uſque ad iij.Fiant pilulæ cum aqua capilli ueneris. Pilulæ.

Vel ſic.

Reci.Pilularum aggregatiuarum,indarum, ana drac. ſem.Fiant pilulæ,num.y.uel yij.cum aqua abſynthij. Aliæ pilulæ

CVRA CAVSONIDIS, CAP. X.

ORDINETVR primò debiti regiminis adminiſtratio:aer debet eſſe frigidus;& cibus ſimiliter,ac potus:concedatur gelida:motus eſt uitandus,& ſomnus prouocandus lauacris, & lotionibus,ut ſequitur. Prima intentio.

Recip.Foliorum uiolarum,nenupharis,ana man.i.corticum papaueris albi,m.ſ.florũ camomillæ,quartam partem man.Bulliãt in ſ.q.aquæ,ad conſumptionem iiij.partis;fiant lotiones circa brachia,& teſticulos. Lotio ſomnifera.

Fiat lenitio uẽtris cum enemate,ut ſequit.

Recip.Foliorum uiolarum,maluæ,nenupharis,ſolatri, hordei,ana M.i.Bulliant in ſ.q.aquæ,ad conſumptionem iij.uel iiij.partis:cuius decoctionis recip.paraſides ij.& adde caſiæ pinguis,drac.yi.ſacchari rub. uel albi, unc.ſ. olei uiolacei,unc.ij.ſalis,drac.ij. Miſce;fiat enema. Enema.

Minoratiua non conueniunt,quando cholera non miſcetur cum ſanguine;ſed ſi opus ſit ea propinare,dent talia.

Recip.Caſiæ bonæ pinguis,unc.ſ.rhæobarbarici,drac. i.ſquinanti,ſpicæ,ana gran.ij.ſacchari,q.ſ. Fiat dactylus; uel cum Minoratiuũ

uel cum aqua uiolarum,& cichorij,ana q.ſ.fiat potio.

Alterum minoratiuum.

2 *Recip.Mannæ bonæ,unc.i.rhæbarbarici electi,ſcrup. ij.uel drac.i.ſpicæ,ſquinanti,ana gra.ij.uel iij.Pulueratæ diſſoluantur in aqua uiolarum,q.ſ.& fiat potio.*

Digeſtio.

Digeſtiuum 1 *Recip.Syrupi nenupharini,unc.i.oxyſacchar æ,unc.ſ. ſyrupi de endiuia tantūdem,aquarum uiolarum, nenupha ris,cichorij,ana unc.i.Miſce:fiat potio.*

Vel ſic.

2 *Reci.Syrupi de acetoſitate citri, S.de ribes roſati,ana unc.ſem.aquarum uiolarum,ſolatri, nenupharis,ana unc. i.Fiat potio.*

Euacuatio eradicatiua perficitur cum his medicinis minoratiuis,in maiori tamen doſi,& ſub his formulis.

Infuſio rhæo barbari. *Recip.Rhæobarbarici electi,drac.i.ſ.mannæ optimæ, unc.i.uel caſiæ pinguis,unc.ſ. Ponantur manna,& rhæo barbarum in infuſione aquæ enduiæ,unc.iij. Coletur, & detur infuſio.*

Alia formula eradicatiui.

Potio eradicatiua. *Recip.Elect.de pſilio,drac.iij.elect.de ſucco roſarum, drac.i.uel ij.aquarum roſarū,cichorij,ana q.ſ.Fiat potio.*

Vomitus prouocatio fiat cū hoc potu.

Vomitoriū. *Recip.Syrupi acetoſi ſimplicis,drach.ij. aquæ hordei, unc.iij.Detur tepidum.*

Ad eliciendum ſudorem, & urinam ciendam,detur hæc potio.

Potio diaphoretica,et diuretica. *Recip.Aquæ hordeaceæ,unc.iij. lactis ſeminum cōmunium maiorum frigidorū,unc.i.ſacchari,drac.iij.uel unc. ſem.Miſce,fiat potio.*

Con-

Confortatio cordis.

Applicetur cordi epithema, quod eſt mirabiliter expertum.

Recip. Aquæ roſarum, uiolarum, ana unc. ſi. bugloſſæ, unc. iiij. nenupharis, unc. ij. ſpecierum cordialiũ temperatarum, unc. ſem. uel drac. iij. camphoræ, gran. ij. uel iij. corralliorum rubeorum, ſcrup. ij. uini maluatici, unc. i. Miſce; fiat epithema circa cor. *Epithẽa cordiale expertum.*

Epithema circa hepar.

Recip. Aquarum ſolatri, ſemperuiui, endiuiæ, ana unc. ſi. uiolarum, unc. iiij. ſpecierum cærati ſandalini, drac. iij. ſpodij, ſcrup. i. camphoræ, gran. ſi. aceti albi, parum. Miſce; fiat epithema. *Epithẽa pro hepate inflãmato.*

Vnguentum frigorificum.

Recip. Oleorũ roſacei, uiolacei, nenupharini, ana unc. i. butyri loti, drac. ſi. ſandali rubei, drach. iiij. coralliorum rub. drac. ſem. camphoræ, ſcru. ſem. aceti, iiij. partem unc. i. ceræ rubræ, parum. Fiat unguentum arte. *Vnctio frigorifica.*

Remotio accidentium.

Remouetur ſitis cũ his, quæ præcedentibus cap. memorata ſunt: item, cũ iulepo uiolaceo, aut cũ uino granatorũ. *Remotio ſitis.*

Si timeremus phreneſim, fiant diuerſiones in ligaturis doloroſis, & cũ uentoſis. *Phreneſis.*

Confortatiuum bonum.

Reci. Sacchari roſati, unc. i. boraginati, bugloſſati, ana unc. ſ. trageæ cũ unionibus, unc. ſem. pulueris gẽmarum, dra. i. margaritarum, drac. ſ. coralliorũ rub. ſcru. i. ſpecierum cordialium tẽperatarum, drac ſ. Miſce, & cũ ſyrupo de acetoſitate citri, uel roſarũ fiat dactylus. Vtatur ad roborandum; doſi, unc. ſem. uel drac. ij. Eſt enim mirabile. *Cõfortatiuũ optimum.*

Sub

Sub alia forma.

Miſtura cordialis optima. Recip. Diambræ,diamoſchi dulcis,electuarij de gẽmis frigidis,ana drac.ſem.manus chriſti perlatæ,drac.ij.diã margariti,ſcrup.ij.conſeruæ roſarum, corticum citri conditi,ana drac.iij.uel unc.ſem.cum rob punicorum malorum fiat miſtura.Doſis ſit,ut ſupra:ualet in ſyncopi, cephalæa,& omnimoda debilitate.

CVRA FEBRIS SANGVINEAE, VEL SYNOCHAE SINE PVTREDINE, CAP. XI.

Prima intentio. 1 FIAT PRIMVM *debiti regiminis adminiſtratio : aer ſit frigidus; motus uitandus; ſomnus ſit moderatus; uictus ad tenuitatem aliquatenus tendens.*

Diæta.

Item fiat lenitio uentris per enema.

Enema. Recip. *Aquæ hordei,lib.ii.olei uiolati,unc.ij.uel iij.caſiæ,drach.vi.ſacchari albi,unc.ſem.ſalis, cochlearium.i. Miſce,fiat enema.*

Aliud clyſterium.

Aliud clyſtere. Reci. Fol.*uiolarum,nenupharis,maluæ,hordei,ana M.i.blitæ maioris,M.ſ.caſiæ medulloſæ,un.i.ſacchari taberzeth,unc.ſ.olei uiolac.unc.iij.ſalis,cochlear.i.fiat enema.*

2 *Euacuatio fit cum phlebotomia de uena baſilica uſque ad ſyncopim,ſed ſecurior eſt ſecundatio;& ſi eſſent multæ cauſæ prohibentes,apponantur ſanguiſugæ.*

Minoratio materiæ.

Minoratiua potio,et ſanguinis mũdificatiua. Recip. *Caſiæ,unc.ſem. rhæobarbari,ſcrup.ij. uel iij. ſpicæ,ſquinanti,ana gran.ii.uel iii.aquarum endiuiæ, lupuli,ana q.ſ.Miſce;fiat potio : & eſt medicina hæmagoga,mundifi-*

ga mundificans ſanguinem.

Alteratio, ſeu infrigidatio ſanguinis fit cum uenæ ſe-ctione, uel cum potatione aquæ hordei, aut cum gelida. Vtuntur aliqui lutro, hoc eſt, frigida lauatione; quod pleriq; improbant; nam pſycholutres utplurimum incurrunt ſpaſmum: ſubſunt etiam alia diſcrimina, et incōmoda, quæ ſparſim Gal. *commemorat. Satius eſt igitur cum medicinis refrigeratorijs æſtuātem, ac bullientem ſanguinem tepe-facere, ueluti cum infraſcriptis ſyrupis, ac zulapijs.* De hoc uide *cap.* Guaine*rij, de cura hecticæ.*

Recip. Syrupi de endiuia, unc.i. ſyrup. uiolati, nenupharini, ana unc. ſ. aquarū cichorij, humuli, ana un. i. uel plus. *Syrupus refrigerans.*

Si uelles fortius infrigidare.

Recip. Aquarum ſolatri, ſemperuiui, lactucæ, oxalidis, ana unc. i. ſem. Miſce pro ſyrupo.

Iulepum refrigeratorium bonum.

Recip. Succi punicei, unc. ii. aquarum lupulorum, unc. iii. Fiat iulep.

Alius ſyrupus refrigerans.

Recip. Acoris; ſed melius ſyrupi de acetoſitate citri; ſyrupi de endiuia, ſyrupi uiolati, ana unc. ſem. aquarum endiuiæ, ſolatri, uiolarum, ana unc. i. Miſce: de quo ſæpe ſorbeat cochlear unum, aut alterum.

Euacuatio aliorum humorum.

Recip. Elect. de pſylio, ſcrup. iii. rhæobarbari optimi, drac. i. ſquinanti, ſpicæ, ana gra. ii. aquæ cichorij, q. ſ. Fiat potio; detur ternis, ſeu quaternis horis, ante lucis ortum. *Potio euacuatiua de rhæobarbaro.*

Vel detur diaturbith cum rhæobarbaro, drac. i. robuſto potes dare ſemiunc. aut ſi placet, dētur iſtiuſmodi pilulæ. *Aliud.*

Recip. Pilularum de rhæobarbaro, ſcrup. ii. pilularum aurearum, ſcrup. i. Fiāt pilulæ yii. cū electuario pſylitico. *Pilulæ.*

Et poſt aſſumptionem pilularum propinentur unc. binæ *Lauatiuum.*

aquæ

aquæ endiuiæ loco lauatiui.

Item fiat epithema pro corde.

Epithema cordiale.

Recip. *Aquarum uiolarum, unc. yii. aquæ roſaceæ, unc. iii. acetoſæ, bugloſſæ, ana unc. ii. ſpecierum cordialium tẽperatarum, drac. iii. ſpecierum gẽmarum, drac. i. uini maluatici, unc. i. Miſce; & bulliat; & pecia de ſyndone in hoc decocto madefacta, ponatur ſæpe ſuper cor.*

Epithemetur etiam ad iecur, ſic.

Epithẽa pro hepate.

Recip *aquarum endiuiæ, unc. yii. ſolatri, cichorij, uiolarũ, ana unc. iiii. (aliàs x.) ſpecierũ diatriaſandali (aliàs pulueris trium ſandalorum,) dra. ii. ſem. aceti albi, drac. i. ſem. ſpodij, ſcrup. i. Miſce; fiat epithema ad hepar.*

Vnguentũ pro rhenibus efferueſcentibus.

Vnguentum refrigerans pro rhenibus

Recip. *Infrigidantis Galeni, unc. iii. ſandali rubei, dra. ſem. camphoræ, gran. yi. Miſce: fiat unguentum, cum quo ungatur dorſum per ſpinam ad os caudæ.*

Vrinæ prouocatio.

Diuretica potio.

Reci. *Aquæ hordei, in qua decoctæ ſint radices petroſelini, unc. ii. lactis ſeminum cõmunium, unc. i. ſ. fiat potio.*

Sudoris prouocatio perficitur cum fricationibus, & intentionibus ſupra dictis.

Remotio accidentium fiat, ut ſupra.

HECTICA FEBRIS, CAP. XII.

Leniatur uenter cũ eiuſmodi clyſteri.

Enema lenientium.

RECIP. *Caput caſtratinum: bulliat in aqua cum iſtis herbis, uidelicet.* Recipe *maluæ, blitis, matris uiolarum, ana M. ij.* Fiat *decoctio pro uicibus pluribus: pro una uice, recip. lib. i. cui adde uitellum oui*

lum oui i. ſacchari rubei, unc. i. ſem. olei camomalini, unc. iii. ſalis parum. Fiat clyſtere.

Aliud enema ad idem.

Recip. Mercurialis, matris uiolarum, ana man. ii. pru norum, num. vii. tamarindorum, unc. ſem. Fiat decoctio: cui adde, uitellorũ ouorum, nu. ii. ſacchari roſati recentis, unc. i. olei uiolarum, unc. iiii. Fiat clyſtere. *Aliud enema*

Digeſtiua fiant talia.

Recip. Syrupi uiolati, unc. i. ſem. aquarum uiolarum, endiuiæ, acetoſæ, ana unc. i. Miſce. *Digeſtiuum* 1

Vel ſic.

Reci. Iulep uiolarum, unc. i. ſem. aquæ hordei, unc. iiij. uel triuncium. Miſce. 2

Aliter.

Recip. Syrupi bugloſſati, unc. ſem. ſyrupi uiolati, unc. i. aquarũ endiuiæ, ſeminum cõmunium, acetoſæ, ana unc. i. 3

Ad idem alius ſyrupus.

Recip. Syrupi de teſtudinibus nemoralibus, à Guainerio deſcripti, cap. de cura hecticæ, unc. i. ſem. aquæ limaciarum, unc. x. Miſce, fiat ſyrupus. *Syrupus pro hecticis.*

Et quoniam intentio eſt infrigidare omni modo, ideò quum iam per ſyrupos, & clyſteria proceſſum ſit, nunc progrediamur etiam per unctiones; quarum aliquas deſcriptiones dabimus.

Recip. Olei uiolati, amygdalini amari, ana unc. ij. butyri uaccini, medullæ bubalinæ, ana unc. i. ſem. Miſce; fiat linimentum. *Vnctio pro hecticis.* 1

Aliud.

Recip. Medullæ cruris uituli, & cerui, ana unc. i. ſ. pinguedinis gallinaceæ, butyri bubalini, ana unc. i. olei amygdalini dulcis, unc. y. uel x. Miſce; fiat linimentum. *Linimentum* 2

Aliud.

Aliud.

Aliud linimentum. 3 Recip. Succi cucurbitæ, olei amygdalini dulcis, roſacei, omphacini, ana unc. ij. Miſce; fiat linimentum per totum corpus.

Aliud præſtantius omnibus alijs.

Vnguentum optimum. 4 Recip. Olei uiolati, cucurbitini, ſaligni, ana unc. i. butyri non ſaliti, pinguedinis recentis porci maſculi, mucilaginis tragacanthi, ana unc. ſ. medullæ cruris uituli, dracyi. ceræ albæ parum; & fiat unguentum arte: quod cum aqua frigida pluries lauetur: & ultimò, unc. i. lactis mulieris puellam lactantis cum eo in mortario admiſceatur.

Balnea proſunt ex decoctione oxyacanthæ, maluarum, matris uiolarum, & ſeminibus frigidis.

Item, balneum ex decoctione mutonis prodeſt, & eſt multi iuuamenti; ſed eſt nauſeabile.

Confectiones reſtauratiuæ.

Cõfectiones reſtauratiuæ. Guain. cap. de cura hecticæ. Primùm eſt, de teſtudinibus nemoralibus, deſcriptione Guainerij, cap. de cura hecticæ. Item, confectio de pulpa caponum, ſeu phaſidum, ibidem deſcripta. Deniq;, confectio ex quatuor conſeruis, & manus chriſti, & pulueribus cordialibus, ab eodem Guainerio cõpoſitum. Item, electuarium cancrorum fluuialium aduſtorum eiuſdem.

Valet in hoc caſu aqua carnis, ſecũdùm doctrinam Serapionis. Item, deſtillatio caponis. Item, brodium Guainerianum. Item, aqua hordei pro hecticis Serapionica. Denique, aqua ſublimationis ranarum uiridium, uel anguillarum, uel piſcium ſaxatilium, aut limaciarum, uel cancrorum, aut ouorum recentium: quæ omnia ſigillatim ab ipſo Guainerio deſcripta ſunt loco præallegato: ſed meo iudicio omnibus præualet iulep reſumptiuum eiuſdem Guainerij.

CVRA FEBRIS PHLEGMATICAE INTERPOLATAE, CAP. XIII.

PRIMA *intentio uerſatur circa adminiſtrationẽ ſex rerum non naturalium. Aer debet tendere ad caliditatem, quia digeſtioni conuenit. Cibaria ſint exiccatiua, ut brodium cicerum rubeorum, panatella cum melle, cum decoctione radicum fœniculi, petroſelini, & aliorum ſimilium. Item cappares cõditi. Item acetum cum melle, cum ſeminibus fœniculi, & petroſelino, cum ſeminibus menthæ. Aqua prohibeatur, uinũ albũ, ſubtile, aromaticum cõcedatur, tromata, & carnes facile digeſtibiles cõducunt in principio, ſicuti pullorum, uitulorum, hædorum, catulorum ſerinorum, uolucrum, & altilium. Si eſſet ex cholera miſta, detur ptiſana, panatella, cum. iiij. ſeminibus. Somnus conuenit ab initio uſq; ad ſeptimũ diem, tunc offeratur panatella, & prohibeãtur carnes, & ſimilia. Poſt ſeptimum uerò dentur carnes, & protrimenta, oua item recentia. Motus non conuenit, quo ad digeſtionem, niſi uſq; ad ſeptem dies (aliàs legitur, niſi poſt.)* Intentio 1.

Altera intentio conſiſtit in lenitione uentris, quæ his remedijs fieri poteſt. Intentio 2.

Recip. Foliorum blitis, mercurialis, maluæ, fœniculi, ana m. i. bulliant in ſ. q. aquæ ad conſumptionem quintæ partis. Deinde ſumantur duæ parapſides illius decocti, & adde ſequentia. Enema lenitiuum.

Rec. Caſsiæ medulloſæ recẽtis dra. yi. hieræ picræ dra. ij. uſq; ad unc. ſ ſacchari rubei unc. ſ. olei cõis puri unc. ij. uel iij. ſalis cochilium. i. miſce, fiat enema.

Potio ad idem.

Potio lenitiua. Recip. *Caſtæ pinguis drac.iij.uel unc.ſ. aquæ fœniculi q.ſ.miſce,fiat potio.*

Alia potio de manna,et penidijs. *Item in hac lenitione conuenit manna,& penidij,ſub hac forma potabili.*

Recip. Aquæ decoctionis iuiubarũ,& prunorum unc. vi.uel vij.in quibus diſſolue, electuarij de ſeben ſolutiui, dra.iij.mannæ penidiarum,ana unc.ſ.miſce fiat potus.

Minoratio. 2. *Tertia intentio eſt minoratio materiæ, quæ plurifariã fieri poteſt,ut ſequitur.*

Pilulæ. *Recip. Pilularum de hiera,cum agarico ſcrup.ij.formentur pilulæ nume.y.cum electuario de dactylis.*

Aliter in forma potionis.

Potio ad idẽ. *Reci. Diaphœnici communis, agarici infuſi in oxymelite,ana ſcrup.ij.zinziberis gra.i. miſce,cum aqua fœniculi q.ſ.fiat potio.*

Alia potio ad idem.

Alia potio. *Recip. Agarici infuſi in oxymelite dra.i.mellis roſati colati drac.iij.uel unc.ſ.zinzibe.gra.ij.miſce,ut ſupra.*

Pilulæ. *Congruunt hic pilulæ aloephanginæ,& de hiera ſimplici. Sed meliores ſunt pilulæ de agarico,doſi drach.i. præbitæ.*

Prouocatio uomitus. 4. *Quarta intentio perficitur cum pharmacis reiectionẽ cientibus,maxime poſt ſeptimum diem. Huius facultatis eſt decoctio raphani,cum oxymelite ſimplici uel compoſito.Vel decoctum ſeminis raphani,cum eodem liquamẽto dilutum,ſub hac forma*

Vomitoriũ.

1\.

2\. 3 *Reci.Oxymelitis ſimplicis, uel compoſiti unc.i.ſ.*

3\. *uel ij.aquarũ fœniculi,uel decoctionis raphani,uel aquæ ex ſemine raphani unc.iij.miſce,& exhibeatur.*

4\. 4 *Item oxymel cũ aqua marathri ſolum, uel aqua hordei,*

dei, ut ſupra.

5 Quinta intentio eſt digeſtio uſq; ad ſeptimũ diem, ut. 5. Digeſtio.

Reci. Mellis roſati colati unc.i.ſ.aquæ fœniculi unc. iij.miſce pro digeſtiuo. 5.

Pro pauperibus poſt ſeptimũ diem ualet iſte ſyrupus. Syrupus digeſtiuus, in materia phlegmatica

Reci. Oxymelitis ſimplicis, uel compoſiti, rhodomelitis colati, ana drac yi.aquarum fœniculi, bugloſſæ, apij, ana unc.i.miſce fiat ſyrupus.

Detur etiam brodium cicerum rubeorum, cum radicibus fœniculi decoctis.

In phlegmate ſalſo cũ cholera.

Recip. Syrupi acetoſi, S. de ij.radicibus, S.uiolati rhodomelitis colati, ana unc.ſ.aquarum cichorij, fœniculi, bugloſſæ, ana unc.i.miſce. Potio digeſtiua phlegmatis ſalſi cũ cholera.

Verſus ſtatum ualentiora digeſtiua conueniunt, utpote.

Rec. Syrupi Bizantini acetoſi, S.de.y.radicibus, mellis roſati colati, ana unc.ſ.aquarum fœniculi, bugloſſæ, apij, ana unc.i.miſce, & propinetur hora conſueta. Aliud digeſtiuũ fortius ad idem.

Aliud proprium.

Reci. Syrupi calaminthiteis, abſynthiteis, S.de eupatorio hyſſopo, praßio, ſingulorum drach.ij. uel iij.aquarũ bethonicæ rubeæ, faluiæ, tamaricis, origani, ana unc.i. miſce, detur per quatriduum in aurora, uel pluribus uicibus, ſi res poſtulauerit. Alius ſyrupus digeſtiuus.

Aduerſum infractus hepatis cõducunt ſubſignata deoppilatiua, uidelicet aqua cuſcutæ, ruſci, aſparagi, rubeæ tinctorum, & his ſimilia. Deoppillatiua.

Si materia eſſet multum uiſcoſa, tunc cõuenit oxymel ſimplex, uel compoſitum, pro abſterſione, inciſione, & mundificatione materiæ.

Eradicatio. Sexta intentio fit per eradicationē mor-
6. bificæ ſuperfluitatis, hoc modo.

Rec. Cōfectionis de thurbitho ſine rhæobarbaro unc. ſ. Detur mane ſummo, uel detur diaturbith cū rhæobarbaro tantundem, ſi materia ubertim excederet.

Aliud fortius.

Bolus purgatorius fortis. *Re. diaprunis ſolutiui drac. y. electuarij de ſucco roſarum drac. ij. confectionis hamech drac. i. ſ. miſce cum ſaccharo fiat bolus, quem ſumat media nocte.*

In pilulis.

Pilulæ. *Reci. Maſſæ pilularum aggregatiuarum ſcru. ij. agarici infuſi ſcrup. i. formentur pilulæ ſeptem, cum diaphœnico, uel electuario Indo, & dentur mane.*

Aliæ pilulæ ad idem.

Re. Pilularum de agarico Meſu. ſcrup. ij. formētur pilulæ nu. y. cum electuario Indo, uel de dactylis.

Item.

Potio. *Recip. Aquarum fœniculi, petroſelini, ana unc. i. ſ. bugloſſæ unc. i. ſacchari albi drach. ij. miſce.*

Pro pauperibus detur brodium cicerum rubeorum.

Diuerſio. *Diuerſio fit cū fricationibus ab humeris trahendo per*
7. *totū dorſum, cū tela aſpera, et à genibus infra deducēdo.*

Item fiat hæc lotio in manibus, & pedibus.

Lotio extremitatum. *Re. Fœniculi, maioranæ, foliorū lauri, camomillæ, anethi, ſaluiæ, ana m. i. bulliant cum ſ. q. aquæ fluuialis.*

Prouocatio. *Octaua intētio ſpectat ad prouocationē ſudoris, & lo-*
8. *tij, quæ fiat cū prædictis diaphoreticis, & diureticis.*

Cōſortatio. *Nona intentio uerſatur in confortatione ſtomachi ab*
9. *extra, & intra, ab extra, ut.*

Rec Oleorum, de ſpica unc. i. de abſynthio, de mentha, ana unc. ſ. & ſi adeſſet caliditas, olei roſacei unc. ſ. pulueris cha-

ris chariophylorū dra.i.maſtyches ſcru.ij.galangij drac.ſ.cornu ceruini,roſarū rubearū,ana ſcru.ij.ſ.ceræ parū, fiat unguentum pro ſtomacho molle. Item recipe ſyrupi abſynthiteis unc.i. ſummo mane pluribus diebus, & eſt optimū pepticum.Idem facit ſyrupus menthaceus.

Syrupus abſynthites ſtomachū mirè cōfortat, itē & menthaceus.

Aliud confortatiuum ſtomachi.

Detur trochiſci de abſynthio mane,cū aqua abſynthij. Item aromatici roſati,uel chariophylati, drachmæ binæ,ante prandium,uel ante cœnam per horam.

Trochiſci de abſynthio.

Decima intentio,eſt alteratio,quæ fit cum infrigidāte Galenico,ſi rhenes eo perungantur, & conuenit potare ſyrupum roſaceum,cum aqua cichorij.Item tragea ſandalina,ualde conducibilis eſt.

Alteratio. 10. *Potio. Tragæa.*

Vndecima intentio reſpicit urinæ retentionē,& impedimentum,cui ſic ſuccurritur. 11.

Re. Aquæ hordei,in qua decoctæ ſint radices fœniculi apij,& petroſelini,cuius detur cyathus.i.cū melle,mane.

Diureticū.

Aliud diureticum.

Propinetur uinum elixationis,ſeminū apij, marathri, petroſelini,ammei,hipperici,linariæ,aſſari,ana q.v.doſis ſit ſemiſcyphus,uel potius ſeſquiſcyphus.

Alia potio diuretica.

Remotio accidētiū,ut ſi adeſſent inſueta inſomnia,& inquietudo,adhibeantur anodyna,& ſomnifera leuia,per interius pauxillulū requiei Nicolai,uel athanaſiæ magnæ uel tripheræ,uel ſazanæ Meſuanæ,uel antidoti philonici deſcriptione Galeni quod ex his conſtruitur.

Vigiliæ. 12.

Recip. Croci denarios nume.v. pyrethri, euphorbij, ſpicæ nardi,ana denar.i.melanopiperis, hyoſcyami, ana unc.ij.ſ. Opij,denar.nu.x. ſuſcipiūtur,& cōficiuntur cū mellis attici, uel alias optimi tanta copia, quāta ſufficit. In cōpoſitione huius antidoti correſpōdet Actuarius om-

Antidoti philonis deſcriptio ſecūdū Galenum.

nino ferè Galeno,licet alij multifariã hanc prodant.

Per exterius autem,quod longe tutius eſt, prouocatur ſomnus unguentis,illinitionibus, lotionibus, denique topicis quibuſcũq; præſidijs,quorum ſyluulam quaſi reperias in capite phreneſis,& carptim alibi.

Si ſomnus eſſet nimius,educere materiam è capite, & remouere ſomnum conuenit.

CVRA FEBRIS PHLEGMATICAE CONTINVAE, CAP. XIIII.

IN HAC febre eædem intentiones, quæ in præcedenti ſeruandæ ſunt. Sed differunt, quoniã hic deſideratur diæta ſubtilior,et parcior. In febre phlegmatica conuenit ſemper paulatim digerere, & tractim euacuare, ad hoc confert ſyrupus acidus
Digeſtiua. ſimplex, oxymel ſimplex, S. item acetoſus zuccharinus, cum aquis capilli ueneris,marathri,uel ſcariolæ. Fiat miſtio pro digeſtiuis.

Solutiua congrua patent ex præſcriptis capitibus.

CVRA EPIALAE, ET LIPARAE, CAP. XV.

EPIALOS ex pituita frigida, uel uitrea,putrefactaq; generatur. In cuius cura eædem intentiones, quæ in phlegmatica interpolata requiruntur. In cõtinua calidiora,& ſubtiliora cõueniũt, quam in phlegmatica interpolata,& in cõtinua ualet ſyrupus zuccharinus ſi eſſet admiſta cholera, melius autem ſyrupus acetoſus, ſi eſſet materia phlegmatica ſola, enemata

mata ſunt conuenientia, cum hiera picra, electuarium de ſucco roſarum, uel de pſilio, uel diacatholicon, ſi materia eſſet miſta.

Offerantur cibaria minus calida, ſi eſt poßibile, cũ ſeminibus. In materia phlegmatica uerò detur panatella mellita, & decoctio radicũ apij, fœniculi, & petroſelini. Si eſt admiſta cholera, uinum non cõuenit. Expedit uti pilulis aloeticis. Item potione facta ex hieræ picræ ſemiunciа, & ſ.q. aquæ capilli ueneris, aut fœniculi. *Pilulæ.* *Potio.*

Roboretur uentriculus, cum medicinis ad hoc conſentaneis, per os cum ſtomaticho confortatiuo utrolibet, uel cum corticibus citri condititijs, uel miua cydonite, uel cum iſta tragæa.

Reci. Specierum aromatici roſati, ſtomachici, confortatiui, diagalangij, ana drach. i. ſacchari penidiati unc. i. uel. ſ. miſce fiat tragæa. *Tragæa ſtomachica.*

Regula generalis in quacunq; febre.

In omni febre ſiue cholerica, ſiue phlegmatica, ſiue quomodocunq; ſemper oportet apertiua quæpiam exhibere, ex quo materia ſemper ad uenas fluit, et oppillat. Ideo in principio quidem minoribus utendum aperitiuis, in fine fortioribus: et nota, quod ſyrupus de eupatorio, ſiue aqua eiuſdem multum prouocat, & aperit. *Notio.* *Apertiua.*

CVRA FEBRIS SYNCOPALIS HVMOROSAE, CAP. XVI.

SERVETVR *debitũ regimen: aer ſit magis tendens ad calidum, quàm frigidum, ſed ſit temperatus: cibaria ſint facilis digeſtionis, ut ptiſana hordeacea, cum ſaccharo: oua ſorbilia, recens* *Intentio. I.* *Victus rõ.*

nata : uinum conuenit, deinde pullus contuſus, patientem ſæpe, & parũ pro uice debet cibare : uomitus ualde iuuat ad confortationem uirtutis.

Inanitio confert. Repletio uitanda.

2. *Accidentia animi ſumma ui propulſentur.* Lenitio uentris procuretur cum enæmate lenitiuo, facto ex brodio pulli, uitello oui, & ſale, uel cum decocto blitæ, mercurialis, maluæ, additis prædictis.

Enema lenitiuum.

3. *Minoratio materiæ fiat cum pilularum de aloe lota, drach. ſ. uel pluſculum.*

Pilulæ.

Vel cum iſto bolo.

Bolus. *Reci. Electuarij de pſilio unc. ſ. caſiæ, diaphœnici, amborum drach. iij. adiecto ſaccharo fiat bolus, qui detur habita ratione circunſtantiarum.*

4. *Digeſtiua.* *Digeſtio primũ perficienda leuioribus, ut cum ſyrupo acetoſo mellino, & zuccharino, oxymelite ſimplici.*

Deinde fortioribus ueluti cũ oxymelite cõpoſito, ſyrupo Bizantino, cũ aquis fœniculi, apij, petroſelini, &c.

Euacuatiua. *Euacuatio poteſt eſſe cum pilulis de aloe lota, in maiore doſi quam ſupra dictum eſt de minoratione materiæ.*

5. *Pilulæ.* *Item pilulæ de agarico. Item pilulæ de hiera cũ agarico. Item fiant fricationes in toto corpore, deinde accede ad curas ſuperius dictas.*

Frictio.

Cõfortatio. *Confortatio uirtutis fieri poteſt cum cibis uirtuoſis, et alacriter reficiẽtibus, pineatis, amygdalatis, et his rebus, quas in capite ſyncopis commemorauimus.*

6.

Motio. *In febre cholerica, ante tertiam acceſsionem, uidelicet quum materiã ſit incraſſata, aliqui neq; phlebotomandi, nec purgandi facultatem dant. At Gale. in lib. 2. de uenæ ſectione, ſic dicit. In febribus phlebotomandũ in omni diei hora, omni noctis, ſed in declinatione particulariũ paroxyſmorum*

Gale. lib. de uenæ ſectione.

yſmorum, præcipuè in febre ſyncopali ex cholera (Gal. archimedici illius præmiſſu) largiuſculè, & refectoriè magis cibentur ægrotantes, & maximè poſt iiij. diem, iã humoribus, è quibus febres generantur, in coctionem uenientibus. In illa febre continua uenæ pedis incidendæ ſunt.

Idẽ de ingenio ſanit. 12 Cap. 6.

Phlebotomia

Tametſi Græci, & Arabes balneum ſuadeant in febrium decremento: tamen in hoc noſtro climate minimè conſultũ eſt, propter repletionem; nã balneũ aridam naturã debilitat; balneũ aquæ calidæ auget; ſed tepidæ, uel minus calidæ deprimit ad interiora calorẽ, et ſic augetur febris.

Notio de balneo.

Vrina ſpumoſa in febre, portẽdit morbi longitudinem.

In febribus aliquando paſtum ſuppeditamus, etiam in nocte, per paroxyſmum. Febris phlegmatica anticipando paroxyſmos mutatur in tertianam.

Flores perſicorum purgant choleram, in decoctione, infuſione, pulueribus, uel conſeruis.

Omne apoſtema ſequitur febris, maximè quod eſt in interioribus.

Regulæ generales in febribus ſcitu dignæ.

Vrina ſpumea quid præ diuinet.

Flores perſicorũ purgãt choleram.

Caliditas innaturalis in quotidiana, & quartana, nõ ex humoribus, qui frigidi ſunt ſed ex putrefactione prouenit.

Apoſtema ſine febre, eſt ſicut corpus ſine umbra. Intellige de ſanguineo, uel cholerico.

Optima cognitio principij cognoſcitur ex febre. Ex inuaſione paroxyſmi aliqua diei parte cõiijcere licet & perhiodicationem, & febris naturam.

Continuæ non horrent, quia non ſpargitur materia extra uenas ſuper membra ſenſibilia.

Cum febris ſit formaliter calor, & effectiuè ſiccitas, debetur ei reſiſti infrigidando, & humectando.

Vrinæ nunquam negligendæ in febribus. Gal. 1. cap. 37. de criſib. Ante læſionem cordis non fit febris.

Stante

Stante repletione in uentre, non demus ſyrupos.

Item, ſtāte repletione humorū malorū, nō exhibeamus ſyrupū ualde apertiuū, timendo de trāſitu eius ad hepar.

In ſimilibus caſibus cauendum ab aſſumptione theriacæ, uel electuarij calidi apertiui.

Vrina carens hypoſtaſi, malā digeſtionem prædiuinat.

Vrina tingitur nimio decubitu, inedia, cholera, cōmiſtione humorū, excalfactione, defatigatione, eſu rerū tingētiū.

Sicut in intermittentibus numeramus deinceps omnes acceſsiones in prædictionem futuræ indicationis, ſic in cōtinuis dies. 3. Prognoſt. & 2. Aphor. lib.. 2. 45. — **Galenus.**

EIVSDEM LEONELLI

FAVENTINI AVCTARIOLVM *de cura febris peſtilentialis, aliarumq́; acutarum in generali.*

Definitio.

Definitio. PESTILENTIA, *medicè loquēdo, nihil aliud eſt, quàm febris putredinalis: cuius putridus, ſeu corruptus aer ſingulari, et ſpecifica proprietate mortalibus obeſt, et aduerſatur. Gal. hāc ſic definit.*

Gal. lib. defini. medic. *Peſtis, inquit, eſt morbus in omnes, uel quāplurimos ſæuiēs ab aeris corruptione initium habens.* **Idem Gal.** *Idem paulò inferius eodem lib. ſic ſcribit. Peſtilēs febris, quæ cū uehementi calore ſitim intolerabilem affert, excretiones alui cum ſtrepitu exeuntes, fœtidas, atque male olentes reddit: urina multa, grauè olens, ſaltus exilis, & uix perceptibilis.*

Idē lib. 2. de diffe. febriū. *Hac febre pleriūq; affici teſtatur idem Gal. putredini obnoxia corpori. Datur autem origo peſtilentibus febribus;*

eodem

eodem Gal. teſte: ſicubi ex aeris intēperie, & elementorū inſalubritate, humores corporum ex uictus etiānum prauitate putredini ſunt obnoxij: hæc à Græculis quibuſdam Λοίμος *dicitur; quæ cùm ſit aliarum quarumcunq; febrium exitioſiſsima, & atrociſsima, ſolicitiorem ob id, & accuratiorem, celerioremq; curam depoſcit; in qua curanda quadriformis intentio requiritur.* *Ibidem.* *Intētio peſtilentē febrē curādi quadriformis.*

Prima, conſiſtit in mundificatione corporis, ſecunda, in obſeruatione diætæ debita; tertia uerò, in cōfortatione mēbrorum principalium, & aſſeruatione potētialium uirtutum, & operationū; quarta, in datione, uel adminiſtratione antidotorū, & functione chirurgica: nēpe circa phlebotomiam, maturationem, extractionem, & ſanationem carbunculorū. Præcuſtodia igitur uitādæ luis epidemicæ, ſecundùm Gal. pōt eſſe talis: nimirū obſiſtere putrefactioni, & ſtatim ab initio quæcūq; ſunt humida corpora omni uia exiccare; quæ uerò ſicciora, in antiquū ſtatum conſeruare: at in quibus cruoris, et noxiorū humorum ſuperfluitas redundat, hæc phlebotomia, & purgationibus ſanare; deniq; obſtructiones foraminū aperire. In cōibus febribus longiore proceſſu utimur; utpotè, minorando, præparando, ſeu digerendo, euacuādo, & eradicando: ſed quia hæc febris, negatis indutijs obluctatur, & rarò ad pacis conditiones deſcēdit, ad curationis ſcopum quātocyus properādū eſt. *Gale. lib. de diffe. febriū* *Mūdificatio*

Intentio prima.

Imminente peſtilentioſo aere, dum adhuc corpus illibatum eſt, propinari poteſt ſyrupus ſubſcriptus.

Recip. Syrupi de acetoſa, dra. iiij. ſyrupi punicei, unc. ſem. aquarum acedulæ, lactucellæ, ſcariolæ, ana unc. i. Miſce, capiat in aurora. *Syrupus digeſtiuus.*

Aliud

Aliud ad idem.

Aliud digeſtiuum.

Recip. *Oxyſacchar.æ, ſyru. de acetoſa, oxymelitis ſimplicis, ana unc. ſ. aquarũ endiuiæ, ſcabioſæ, cardui benedicti, ana unc. i. Vel, recip. aquarum acetoſæ, boraginis, bugloſſæ, uiolarum omnium, unc. iij. Miſce; utatur, ut ſupra.*

D. H. Eugubius.

Deinde fiat progreſſus, quo D. Hieronymus Eugubius, præceptor meus, olim uſus eſt, cum ingens peſtilitas Romæ uiguit, anno uidelicet à natiuitate Dñi M·D·X X I I· & ſunt tria prophylactica.

Primum prophylacticum.

Pilulæ præſeruatiuæ.

Reci. Aloes *electæ, unc i. myrrhæ, croci, ana dra. ij. agarici præparati, rhæibarbarici electi tantũdem, camphoræ, drac. i. ſcru. ij. ſandal. citrini, & rubei, roſarum* rub. coral*lij rubri, ana drac. i. dyptami, gẽtianæ, zedoariæ, tormẽtillæ, ana ſcru. iiij. Reformẽtur pilulæ cũ ſyru. acetoſitis citri, q. ſ. de quibus debet ſumi una pro uice omni die de ſero quando uadit dormitum: & ſit ad pondus i. ſcrup. pro qualibet: & pueris ſufficit præbitio ſemiſcrupuli.*

Secundum prophylacticum.

Electuarium præſeruatiuum.

Recip. Theriacæ *electæ, mithridatici* optimi, *ana unc. i. ſacchari roſati, boraginati, bugloſſati, corticum citri cõditi, ana unc. i. ſ. elect. de gẽmis, drac. x.* Diarhodonis *Abbatis, diatriaſandali, ana unc. i.* Miſce *cũ ſyrupo de corticibus citri, q. ſ. et de dicto elect. capiatur omni die, uel omni tertio die tempore ſuſpicionis peſtis, & capiant ipſum per iiij. horas ante prandium, ad quantitatem caſtaneæ; et poſt ipſum bibant parum uini aromatici.*

Si uerò (quod Deus prohibeat) aliquis eſſet iã oppreſſus à peſte, quãto citius fieri poterit, ſumat drac. ij. de in-

ſraſcripto

ſraſcripto puluere in dimidiato cyatho boni uini albi.

Tertium prophylacticum.

Recip. *Tormentillæ, dyptami, zedoariæ, gentianæ, ana drac. i. radicis carlinæ, radicum uerbaſci exiccatæ ad um bram, tantũ ut poßit piſtari, & puluerari, ana drac. i.* Fiat *ergo ex his omnibus puluis tenuißimus; &, ut dictũ eſt, quanto citius fieri põt; qui infectus eſt, capiat de iſto puluere drac. ij. in uino bono albo, poſtea cooperiat ſe in lecto multis pãnis, et tegumentis, ut ſudet, et uidebis mirabilia.* *Puluis cõtra peſtẽ expertus.*

Simili cura uſus fertur D. Ioannes Lotzerus Budorita*nus medicus inſignis, ingraſſante ſuperioribus annis* Hy*dronoſo, & fœliciter ſucceßit.* D. Io. Lotzerus.

Puluis diaphoreticus, quo ego ſum uſus in eodem morbo, & eſt expertus.

Recip. Boli *armenij, unc. ij. cinnamomi, unc. i. radicum tormẽtillæ, dyptami, ſandali rub. ana drac. ij ſ. ramẽti eburnei, drac. i. ſ. zedoariæ, drac. ij. ſpodij, ſeminis antheræ, ana ſcru. ij. corticũ citri, margaritarũ, ana dra. i. ſmaragdi, rubini, ana ſcru. i. karabæ, unicornij, ana drac. i. ambræ, gra. iij. uel iiij. auri, & argenti minutiſsimè limatorũ, ſcrup. i. moſchi, gran. iij. ſacchari, ad pondus omnium.* Fiat puluis *ſecundùm artem.* Doſis, *drac. i. uel exagium i. ſi calor adſit, cum aqua oxalidis; ſin frigus, ex uino meraciore.* *Alius puluis diaphoreticus, & cõfortatiuus optimus in peſte, & omnibus epydemijs.*

Alius puluis ad idem, & contra oẽ uenenum.

Reci. *Radicum pãpinellæ, tormentillæ, cinnamomi, ana unc. i. ligni aloes, mẽthæ, græcæ, ana unc. ij. granorum iuniperi, ſeminis nardi, ana tantũdem.* Fac *puluerem: uel cũ theriaca fina; & mithridatico electo, & ſyrupo de ribes, q. ſ. fiat miſtura.* Doſis, *drac. i. uel pluſculum.*

Pro ſecũda intẽtione hæc ueniũt obſeruãda.

Aer rectificetur, non odoramẽtis ſolum, ueluti trochi- *Intentio 2.*

ſcis,

ſcis, candelis, & pomis ambratis, ſed etiam confectionibus odoriferis per os ſumendis; quæ ſimul fœtorem uenenoſi aeris repellant, & cor, aliasq; principes partes uegetent, ac roborent.

Ad hoc egregiè ualẽt ſubſignata alexipharmaca.

Confectio, & electuarium tempore peſtis contra aeris infectionem, optimum.

Intentio 3. *Reci. Specierum Diarhodon Abbatis, drac. ij. ſpecierũ elect. liberãtis, dra. ij. ſpecierũ elect. de gẽmis, diamargariti, diatriaſandali, ana drac. ſ. pulueris dyptami albi, ſandali citrini, & rubei, coralliorum rub. corticũ citri, ana ſcr. i. moſchi, ambræ, ana gra. iiij. Fiat puluis; ex quo medietas fiat cõfectio in morſellis, addẽdo ſacchari albiß. lib. ſ. diſſoluto ſaccharo in aqua roſata, q. ſ. ex altero dimidio fiat elect. arte, ſubaddẽdo cõſeruæ roſarũ, ſacchari boraginati, & bugloſſati, corticũ citri conditorũ, ana unc. i. ſacchari cãdidiß. in aqua roſacea electa diſſoluti, lib. ſ. Et fiat elect. Doſis, à drac. i. uſq; ad binas, uel ternas mane, & ſero.*

Alia antidotus miræ utilitatis aduerſus omnem uirulentiam,

Intentio 4. *De quo ſumẽdum matutinis horis pondus dra. i. uel paulò plus, per ſe, uel cum uino, aceto, & aqua roſ. diluto, uel cũ aqua acetoſitatis limonis nõ ſaliti. Laudatur enim ab Auic. mirũ in modum in 4. de cura feb. acut. in generali. Aut detur cũ ſyrupo de ribes infraſcripto; et abſtineat ſe à cibo per iiij horas, & hoc in uia præſeruatiua: ſed poſt infectionem, ſtatim recipiat ægrotus huius elect: drac. i. et theriacæ optimæ tantũdem. Miſceatur: quo ſumpto, bibat mox hauſtum aquæ ſcabioſæ, uel acedulæ cũ modico aceti permiſtæ; uel elect. cum theriaca incorporatum in aquis prædictis eliquatum, bibat; & ad ſudãdum ſe componat.*

Anti-

Antidoti deſcriptio talis eſt.

Recip. Boli armeni cum aqua roſacea abluti, dra. ij. terræ ſigillatæ, coralliorum rub. ana drac. i. corticum citri, zedoariæ, croci, ana drac. ſem. ſacchari roſati, de roſis rub. unc. yi. ſyrupi acetoſitatis citri, unc. x. Omnibus ſubtiliſſime pulueratis fiat electuarium arte.

Syrupus de ribes ſic fit.

Reci. Succi ribes, lib. i. ſucci boraginis, quart. lib. ſeminum plãtaginis, cydonioru͂, ana drac. ij. Bulliant cu͂ parum aceti, ad cõſumptionem iij. partis: et colaturæ addatur ſaccbari taberzeth. q. ſ. pro dulcoratione, & fiat ſyrup. arte.

Exercitia, ſecundum Gal. in cura febris peſtil. ſint moderata, uictus temperatus, ſomnus, nocturnus mediocris, in affectibus animi competens moderatio. His præſidijs ubi peſtilens lues ingruit, dum corpus cõtagio caret, nitendu͂ eſt; ſed qui iam peſtilentia conflictantur, grauioribus, et ualentioribus adminiculis uti debent. Mundificandu͂ corpus à noxijs humoribus, ſi robur ſuppetit; deinde uena ſerie͂da, ſecundum competentiam; nec ad ſincopim, ſed iterando. Siquidem Gal. repetitam uenæ ſectionem laudat, lib. de ratione per ſanguinis miſsionem: ubi etiam febri acutiſsimæ cum incendio, & corporis plenitate uenam ſectam mederi tradit: hoc facto, bolus unus, aut alter antidoti in os inſerere oportet; cuius efficacia ueneni noxa reddatur eneruis, & cordi prorſus innoxia. De amolitione accide͂tium, quæ in hac ægrotatione ſolẽt euenire diriſsima, & pernicioſiſsima, plura reperies in Antidotario meo Epydemion inſcripto.

Galenus. Diæta. Intentio curatiua. Galenus.

FINIS.